*AUTHOR:*

CICERO, MARCUS
TULLIUS

*TITLE:*

ORATIONES VII

*PLACE:*

LIPSIAE

*DATE:*

1831

Master Negative #

91-80130-7

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

## BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record



Orationes 1831

Cicero, Marcus Tullius.

..,Orationes VII,pro S. Roscio, pro lege Manilia IV in Catilinam, pro Mvrana, invsvm scholarvm edidit Aug. Matthiae. Editio tertia avcta et emendata. Lipsiae, Vogel, 1831.

viii, 254 p. 21 cm.

Bound with;Cicero, M.T. Orationes VI...1830.



Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 mm REDUCTION RATIO: 11x

IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB

DATE FILMED: 7/10/91 INITIALS ER

FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

M. TVLLII CICERONIS

# ORATIONES VII

PRO

S. ROSCIO, PRO LEGE MANILIA, IV IN CATILINAM, PRO MVRENA.

---

IN VSVM SCHOLARVM

EDIDIT

*AUG. MATTHIAE.*

EDITIO TERTIA AVCTA ET EMENDATA.

---

LIPSIAE 1831

SVMTIBVS FR. CHR. GVIL. VOGEL.

VIRO

EXCELLENTISSIMO ET ILLVSTRISSIMO

FRIDERICO CAROLO ADOLPHO

DE TRVTZSCHLER

DYNASTAE PODERSCHAVII ET FALKENSTEINII,

COMITVM CONSISTORIANORVM ALTENBVRG. PRAESIDI,
DVCATVS ALTENBVERGNSIS CANCELLARIO
ETC. ETC.

VIRO ET DE PATRIA IMMORTALITER
MERITO,

ET TVM IVRIS ROMANI TVM TOTIVS LATINITATIS

PRVDENTISSIMO AESTIMATORI

HVNC LIBRVM

PRO

SVMMAE PIETATIS ET VENERATIONIS DOCVMENTO

ESSE VOLVIT

EDITOR.

# PRAEFATIO

## EDITIONIS PRIORIS.

Ciceronis orationum nonnullarum editionem eodem praecipue conſilio inſtitui, quo nuper eiusdem epiſtolas brevibus notis inſtructas edidi, ut adoleſcentes, qui ſcholis inferioribus erudiendi traditi ſunt, in iis, quae mox a magiſtris ipſis accuratius explicanda eſſent, praevia meditatione cognoſcendis, ubi in rerum, de quibus ageretur, natura vel nexu perſpiciendo haererent, haberent, unde earum rerum explicationem haurirent. Saepe enim animadvertiſſe mihi videbar, adoleſcentes, quum, etſi verborum vim tenerent, in rebus tamen explicandis fruſtra ſe laborare intelligerent, ad totum iſtum experiendi, quid ipſi per ſe valerent, laborem tardiores reddi, et nil niſi ad ſingula verba attendere, de rebus ipſis deque ſententiarum nexu ſecuros. Sed de hac re ſatis dictum puto in praefatione Ciceronis epiſtolis praemiſſa, nec quidquam moror eum, qui nuper, rationibus inſtituti mei, quas ibidem attuleram, neglectis ac ne commemoratis quidem, editiones nullis notis inſtructas ſcholarum alumnis utiliores eſſe edixit. Sed in epiſtolis nihil fere aliud explicandum cenſebam, niſi quae ad hiſtoriam et antiquitatem pertinerent, e grammaticis autem attingenda tantum ea, in quibus viros doctos vel haeſiſſe viderem,

vel emendationem tentaſſe (vid. Praef. p. V. VI.), quia ſatis habebam ea annotare, quibus adoleſcentes in *praeparatione*, quam vocant, adiuvarentur, reliqua praeceptoribus ipſis in ſcholis explicanda ratus. Nunc ab ea ratione receſſi, et ſaepe vim verborum et particularum ac conſtructionum genera explicavi, tum quod in his orationibus legendis privatam etiam induſtriam ab adoleſcentibus libentiſſime poni cognoveram, tum quod Ciceronis conſuetudinem nondum ſatis a viris doctis illuſtratam videbam. Qua in re non ſatis eſſe videbatur monere centies vel ſexcenties ſic in Cicerone legi, niſi ipſi loci adſcriberentur; quo fit etiam, ut notationes ita exemplis confirmatae altius in animo haereant, et ad alios etiam locos explicandos praeſto ſint. Sed in his alii fortaſſe plura, quam opus ſit, annotata eſſe, alii quaedam omiſſa eſſe querantur; omnibus ſatisfacere difficile eſt: nam alii alium puerorum, quibus haec explicanda et legenda tradantur, ingenii vel ſcientiae modum animo ſibi fingunt. Ego hanc operam deſtinavi iis, qui, ſupra elementa linguae latinae, non ſolum ea, quae *declinationibus* et *coniugationibus* continentur, ſed etiam ea, quae ad conſecutionem verborum (conſtructionem vulgo vocant) eorumque recte iungendorum leges, quas violare nefas eſt, pertinent, evecti, ad interiorem linguae naturam, orationis et proprietatem et elegantiam, ſingulas elocutionis virtutes tum cognoſcendas, tum ſcribendo imitandas inſtituuntur, quibus meo certe iudicio imprimis Ciceronis orationes atque epiſtolas ſelectas et Livii hiſtorias legendas tradere convenit.



Coram his de lectionis varietate, de ratione locos corruptos ſanandi vel ab aliis tentatos vindicandi diſputare ſemper mihi alienum et ineptum viſum eſt, niſi ubi talis locus occurrebat, ad quem emendandum vel defendendum mediocri linguae ſcientia opus eſſet. Itaque et in epiſtolis de critica nihil monendum duxi, (quod ne nunc quidem feciſſe me poenitet, quamvis Cenſor illius editionis in ephemerid. Jenenſibus m. Aprilis 1818 graviter illud tulerit, et hanc opportunitatem ſententiam ſuam de compluribus locis declarandi ſibi oblatam gaviſus multos locos quomodo ſcribendi eſſent indicaverit, me haec eadem monere oportuiſſe ſignificans ſcilicet) et in orationibus ad criticam ſpectantia ea tantum adſcripſi, quae vel locutionem illuſtrarent, ad quam editores offenderant (ut pro Roſc. §. 4. §. 6. p. 7. §. 16. p. 11. §. 22. p. 12 et 13. §. 33. ubi haeſerat Weiskius etc.) vel emendationes in aliis libris diſperſas indicarent, vel meam ipſius emendationem (ut pro Roſc. §. 39. 74. pro Mur. §. 13.) commendarent: nam Viris etiam doctis rationem textus a me paſſim vel mutati vel defenſi reddendam exiſtimavi, imprimis ſi ea cum utilitate ad iuventutem ſcholaſticam redundatura coniuncta eſſet; ubi iam a ſuperioribus editoribus locus emendatus erat, nihil monendum duxi. Neque vero criticam ab inſtitutione ſcholaſtica prorſus abigendam cenſeo, qua nec mihi ad ingenium vel excitandum vel alendum, ad iudicium ſubigendum, ad ſcientiam linguae latinae confirmandam quidquam aptius eſſe videtur; ſed eam reſervo iis, qui in altiſſimo diſciplinae ſcholaſticae

gradu collocati, idoneam facilitatem et explicandorum ſcriptorum et latine ſcribendi aſſecuti ſunt, ut, in ſingulis minus haerentes, ſummam librorum generis et hiſtorici et didactici facilius animo complecti, et de tota et ſententiarum et orationis conformatione rectius iudicare poſſint. His Ciceronis rhetorica, de oratore libros, oratorem, Brutum et philoſophica praelegere ſoleo, nonnunquam etiam ſplendidiſſimas auctorum *) poſterioris aevi, Quintiliani, Taciti, Senecae, partes, ut, quum, quantum horum oratio a principum illorum ſanitate diſtet, cognoverint, certioribus notis utrumque dicendi genus diſtinguere diſcant.

Altero volumine Ciceronis orationes pro Sulla, pro Archia p., pro Sextio, pro Milone eadem ratione illuſtratas dabo.

Scr. Altenburgi menſe Julio MDCCCXVIII.

*) Si cui haec verba, *auctor* et *praelegere*, non ſatis coloris antiqui eſſe videbuntur, quod Cenſori editionis epiſtolarum accidit, is Quintilianum, Plinium etc. velim evolvat, et ex iis, quid interſit inter *legere* et *praelegere*, diſcat; niſi forte Quintilianum, Plinium, Tacitum malos Latinitatis auctores exiſtimat. Quod vero idem Cenſor dicit, iniuria me Ciceronis oratorem a ſcholis removere: ſe certe hunc librum alternis annis diſcipulis ſuis ſummo cum fructu enarrare; non intellexit vir optimus, me id tantum ſignificaſſe, non videri oratorem eiusdem claſſis diſcipulis, quos ego in Ciceronis epiſtolis tractandis exerceri vellem, recte tradi poſſe, quod voluerat is, qui pro epiſtolis oratorem commodius tractari poſſe dixerat. Equidem oratorem et tres de oratore libros diſcipulis meis ſaepius iam enarravi, ſed iis, qui primae Gymnaſii noſtri claſſi, quam Selectam vocamus, adſcripti ſunt.

# ORATIO
## PRO SEXTO ROSCIO AMERINO.

### ARGUMENTUM.

Sex. Roſcium, municipem Amerinum, equitem R., apud M. Fannium quaeſitorem inter ſicarios, i. e. eum praetorem, qui eo anno, ſi quis tanquam ſicarius delatus eſſet, de ea re quaeſtionem haberet, parricidii reum fecerat Erucius, impulſu Chryſogoni, Sullae liberti, et duorum Roſciorum, qui, quum poſt caedem patris in filii bona invaſiſſent, non credebant, niſi filius condemnatus eſſet, ſe bona illa obtinere poſſe. Haec prima publica cauſa eſt, quam Cicero egit annos natus 26 (Quint. XII, 6, 4.) a. u. c. 673, L. Cornel. Sulla iterum, Q. Caecilio Metello Pio coſſ. (Gell. XV, 28 extr.). Publicae vero cauſae ſunt, quae ad totam rempublicam, ad vitam, ſalutem, fortunas omnium civium Rom. ſpectant, ut de caede facta, quae niſi vindicatur, in omnes periculum intenditur. Agebantur eae in foro in conſpectu populi circa ſubſellia iudicum coronam facientis. Iudices tum erant lege Cornelia e ſenatorio ordine delecti. Totius vero orationis deſcriptio haec eſt:

In *exordio* §. 1—15. cauſas exponit, cur ipſe prae ceteris, ſummis oratoribus hominibusque nobiliſſimis, huic cauſae patronus exſtiterit, quia et ipſe minimo periculo hoc facere poſſit §. 2. 3. et homines amiciſſimi et nobiliſſimi (ut Meſſala §. 149.) ab eo, ut eam reciperet, petierint. §. 4. Tum, quae cauſa hoc iudicium conflaverit, demonſtrat; id enim agi, ut Chryſogonus bona Sexti, in quae nullo iure invaſerit, illo iudicum ſententiis damnato, ſine metu obtinere poſſit §. 5. 6. atrociſſimum vero eſſe, cuius bona vi poſſideas, eius etiam vitam petere §. 7. et indigniſſimum, a iudicibus e ſummo ordine delectis hoc poſtulari, ut accuſatorum et praedonum libidini ſatisfaciant. §. 8. Qua in cauſa ut ſe attente bonaque cum venia audiant, §. 9. a iudicibus petit, §. 10. 11., et ut ſevere maleficium vindicent, hortatur §. 11—15.

Sequitur *narratio* §. 15—29, quae ita instituta est, ut Sextum Roscium a T. Roscio, non a filio, occisum esse, perspicuum fiat; quod crimen gravius etiam facit iis, quae §. 30. 31. 32. subiungit, et Rosciorum facto cum Fimbriano comparato §. 33.

*Argumentationem* ipsam ita *partitur* §. 35. (cf. §. 122.) ut primum crimen ipsum refutet §. 37—82, deinde Rosciorum audaciam demonstret §. 83—123, tum Chrysogoni potentiam accuset §. 124—142.

I. *Crimen* Erucii ita diluit Cicero, ut omnia argumenta, quibus is iudicibus probare illud voluerit, vana et nugatoria, ac potius nulla esse ostendat; nam neque mores Sexti perditos eum demonstrasse, a quibus tale scelus proficisci potuerit §. 37—39. et, quod accusator dixerit, idcirco Sextum patri infensum fuisse, quod huic non placeret (hoc vero ex eo apparere, quod in rus eum amandaverit), et quod exheredare eum voluerit, Cicero ostendit *primo*, nullam causam fuisse, cur pater filium odio haberet §. 40. 41. *deinde*, quod rure eum esse pater pateretur, factum esse consuetudine hominum e municipiis rusticanis, et honoris causa, quum Sextus colendis praediis praefuerit et certis fundis patre vivo frui solitus sit §. 42—45. (id quod comparatione fabulae Caecilianae illustrat §. 46—48.) vita etiam haec rustica honestissima et tunc habeatur et olim habita sit. §. 49—51. *Denique* quod patrem exheredare eum voluisse accusator dixerit, totum commentitium esse, quum nec, qua de causa ille hoc facere voluerit, nec cui hoc dixerit, planum factum sit, nec pater eum exheredaverit §. 52—55. Hinc, quae sint veri accusatoris officia, exponit, et Erucium mercede a Rosciis accepta, et quia neminem reo patronum futurum sibi persuasisset, ad Sextum accusandum accessisse demonstrat §. 56—58. simul negligentiam Erucii in accusando, e falsa illa opinione ortam, notat §. 59—61. Sequitur locus de atrocitate parricidii, quod quum ab ipsa natura respuatur, nisi multis et firmis argumentis convincatur, credi nullo modo possit §. 62—73. Sed missis causis, cur occiderit, quaerit, quae facultas occidendi fuerit. Hic dilemmate eiusmodi utitur Cicero: si Sextus patrem occidit, vel ipse percussit, vel aliis occidendum dedit. Ipse percutere non potuit, quum Romae non fuerit, pater autem Romae occisus sit. Si eum aliis occidendum dedit, hi vel liberi fuerunt vel servi. Liberi esse debuerunt vel Amerini, vel Romani homines. At Amerini nulli nominantur, Romanum autem neminem noverat Sextus. §. 73—76. Restat igitur, ut per servos patrem interficiendum curaverit. Ut hoc ostenderetur, de servis quaerendum fuisse; at quum Sextus duos servos paternos in quaestionem postularet, Titum Roscium identidem recusasse; ex quo suspicari debere omnes, eos, qui quaestionem fugiant,



caedis auctores esse §. 77—79. Ita dum ad ea, quae Erucius dixerat, eiusmodi tempus fuisse, ut homines impune occiderentur, respondens ostendit, in hac sicariorum multitudine Roscios ipsos duces ac principes fuisse §. 80—82. transitum sibi parat ad alteram argumentationis partem

II. in qua *de audacia Rosciorum* dicit, et primum de Tito Roscio Magno. Hunc caedem fecisse demonstrare conatur. Nam 1. si quaeritur, cui bono fuerit, Roscius Magnus ea caede ditissimus factus est, Sextus egentissimus; 2. Magnus antea tenuis fuit; est audax, avarus, illius, qui occisus est, inimicissimus §. 86. 89. Has tot ac tantas causas comparat cum causis, quibus Erucius Sextum caedis auctorem probare voluerat, et hunc irridet, qui in parvo accusatorum numero sat bonus accusator sit, quia tam multi accusatores proscriptione Sullana perierint §. 90—91. 3. Praeterea facultas magna fuit Magno occidendi Roscium; nam *a*) Romae erat Magnus, quum Sextus pater ibidem interficeretur §. 92. *b*) Sicarii, quos Erucius commemoravit, sunt vel ii, qui in bona proscriptorum invadebant, vel ii, qui conducebantur, ut aliquem occiderent; in illorum numero est Magnus, hi in Magni fide sunt et clientela §. 93. 94. 4. Caedem Sexti primus Ameriam nuntiavit Mallius Glaucia, Magni cliens et familiaris, maxima celeritate, et nuntiavit Roscio Capitoni §. 95—97. Capito ipse de Sexti tribus et decem fundis tres nobilissimos possidet, et multas iam caedes commisit §. 98—100., quo indignius est, hunc hominem testimonium in Sextum dicere velle §. 101—104. Iidem Roscii impulerunt Chrysogonum, ut occisi bona vendenda curaret §. 105—107. 5. Quod tam praeclara praedia Rosciis data sunt, ex eo apparet, ad eos caedem pertinere §. 108. Capito etiam socios legationis ad Sullam missae fefellit ac destituit, omnemque illis aditum ad Sullam interclusit, et hoc modo turpi crimine mandati se obligavit §. 109—118. 6. Caedis auctores fuisse Roscios, Magnum et Capitonem, ex eo etiam cognosci potest, quod servos Sexti in quaestionem dari, postulante domino, noluerunt §. 119—123.

III. Potentiam Chrysogoni ita impugnat, ut primum ostendat, bona Sexti venire non potuisse, quum neque proscriptus fuerit, neque apud adversarios occisus §. 124—126., et lex Cornelia proscriptiones venditionesque Kal. Iuniis finiat, Sextus autem Roscius aliquot post menses occisus sit, eiusque bona venierint §. 127. 128 med. Haec omnia intolerabili potentia Chrysogoni facta esse, imprudente L. Sulla; omnium architectum et machinatorem esse unum Chrysogonum, hominem insolentissimum et luxuriosissimum §. 129—135 med. Neque vero, haec quum dicat, se causam nobilitatis laedere; ornari eam potius, si homi-

nibus improbis reſiſtatur; quid vero indignius eſſe poſſe, quam Chryſogonum potentia ſua ita abuti, ut etiam fidem iudicum labefactare, eosque ex ipſius libidine ſententiam ferre velit? §. 136—142. Verum haec ſe non pro Sexto Roſcio, ſed pro ſe ipſo dicere (coll. §. 129.). Sextum enim nihil aliud, niſi culpa liberari et crimine nefario ſolvi cupere §. 143. 144. Ita orator ſenſim tranſit ad

*epilogum*, in quo oſtendit, nihil Chryſogono a Sexto metuendum eſſe, neque timendum, ne quando liberis proſcriptorum bona patria reddantur, neque indigne ferendum, quod diligenter defendatur §. 145—149. Sed, ſi non impetret a Chryſogono, ut vitae ſuae parcat, ad bonitatem et miſericordiam iudicum eum confugere, quos indignum eſſe, ad id reſervatos eſſe, ut eum condemnarent, quem ſicarii iugulare non potuerint, quum praeſertim nihil aliud agatur, niſi ut proſcriptorum liberi quavis ratione tollantur, et dubitari non poſſit, quin T. Roſcii Sextum, non filius, occiderint. Hoc vero imprimis iudicum eſſe, ut crudelitatem, quae tam diu in republica verſata ſit, tollant §. 150—154.

Abſolutum eſſe Sextum, ex eo probabile fit, quod Cicero in Bruto c. 90 extr. dicit, *eam orationem tantum commendationis habuiſſe, ut nulla eſſet, quae non digna eius patrocinio videretur.* cf. de offic. II, 14. Plutarch. etiam v. Cicer. 3. *ἀναδεξάμενος οὖν τὴν συνηγορίαν καὶ κατορθώσας ἐθαυμάσθη.* Quod addit Plut. Ciceronem metu Sullae in Graeciam conceſſiſſe, dubitari poteſt: nam ſi infenſus ei erat Sulla, ne in Graeciam quidem tutus ei ſeceſſus erat, et ſequenti etiam anno cauſam Arretinae mulieris contra Sullae voluntatem egit, pro Caec. 33, 97. Vera igitur cauſa profectionis eſſe videtur ea, quam ipſe attulit in Bruto 91, 314. ſed homines, aliud quid cauſae ſubeſſe ſuſpicati, falſum de eo rumorem propagaſſe videntur, ut ſemper ſunt, qui ad ſuam animi infirmitatem aliorum facta interpretentur.

---

# ORATIO

## PRO SEXTO ROSCIO AMERINO.

Credo ego vos, iudices, mirari, quid ſit, quod, quum I
tot ſummi oratores hominesque nobiliſſimi ſedeant, ego 1
potiſſimum ſurrexerim, qui neque aetate, neque ingenio,
neque auctoritate ſim cum iis, qui ſedeant, comparandus:
omnes enim hi, quos videtis adeſſe, in hac cauſa iniuriam
novo ſcelere conflatam putant oportere defendi, defendere
ipſi propter iniquitatem temporum non audent; ita fit, ut
adſint propterea quod officium ſequuntur, taceant autem
idcirco quia periculum metuunt. Quid ergo? audaciſſi- 2
mus ego ex omnibus? minime; at tanto officioſior, quam
ceteri? ne iſtius quidem laudis ita ſum cupidus, ut aliis
eam praereptam velim. Quae me igitur res praeter cete-

c. I. §. 1. Initium Archidami Iſocratei comparat Ern. *ἴσως τινὲς ὑμῶν θαυμάζουσιν, ὅτι, τὸν ἄλλον χρόνον ἐμμεμενηκὼς τοῖς τῆς πόλεως νομίμοις, ὡς οὐκ οἶδ᾽ εἴ τις ἄλλος τῶν ἡλικιωτῶν, τοσαύτην πεποίημαι τὴν μεταβολὴν, ὥστε περὶ ὧν ὀκνοῦσιν οἱ πρεσβύτεροι λέγειν, περὶ τούτων νεώτερος ὢν παρελήλυθα συμβουλεύσων.*

*ſedeant*, in ſubſelliis rei, tanquam advocati, qui etiam voc. proprio *adeſſe* dicuntur paulo poſt. Aderant autem Metelli, Servilii, Scipiones infr. §. 15. 77.

*aetate*, annum enim agebat viceſimum ſeptimum. *ingenio*, eloquentia, in qua primae partes ſunt ingenii, ſecundae doctrinae et uſus.

*auctoritate*, quae imprimis adminiſtratione reip. comparatur, ad quam Cic. nondum acceſſerat §. 3. vel nobilitate generis, ut in Meſſala §. 149.

*novo ſcelere*, inaudito, *quod fit nusquam gentium*, ut loquitur Plaut. Caſ. prol. 70. Hottom. laudat Terent. Phorm. V, 8, 78 *neque huius ſis veritus feminae primariae, quin novo modo ei faceres contumeliam.* Id. Adelph. IV, 7. 3 *fero alia flagitia ad te ingentia — nova, capitalia. Novum* autem *ſcelus* vocat, quod, qui patrem S. Roſcii ipſi occiderant, iidem filium parricidii accuſabant.

*defendi*, propulſari a S. Roſcio. Off. I, 18 *qui non defendit iniuriam neque propulſat.* cf. I, 19. Mil. 4, 9. Mur. 3 in. Beier. ad Off. I. p. 54. *in hac cauſa-defendi*, ut c. 3. §. 7.

§ 2. *Quid ergo?* Orat. III, 43, 171. *quid ergo? iſte Craſſus — quid efficit?* Brut. 26, 99. *quid ergo? eſtne iſta Fanni* oratio? quae loca ſuppeditat Turſell. Sic *quid igitur? τί οὖν;* Male Schütz: *quid? ergo audac.*

*ne iſtius — velim.* cupio quidem me hoc nomine laudari, ſed non ita, ut alii minus officioſi eſſe videantur. Iniuria haec Weiskio

ros impulit, ut caufam Sex. Rofcii reciperem? quia, fi
quis iftorum dixiffet, quos videtis adeffe, in quibus fumma
auctoritas eft atque amplitudo, fi verbum de republica fe-
ciffet, id quod in hac caufa fieri neceffe eft, multo plura
dixiffe, quam dixiffet, putaretur; ego etiamfi omnia, quae
dicenda funt, libere dixero, nequaquam tamen fimiliter
3 oratio mea exire atque in vulgus emanare poterit: deinde,
quod ceterorum neque dictum obfcurum poteft effe propter
nobilitatem et amplitudinem, neque temere dicto concedi
propter aetatem et prudentiam; ego fi quid liberius dixe-
ro, vel occultum effe propterea quod nondum ad rem-
publicam acceffi, vel ignofci adolefcentiae meae poterit:
tametfi non modo ignofcendi ratio, verum etiam cogno-
4 fcendi confuetudo iam de civitate fublata eft. Accedit illa
quoque caufa, quod a ceteris forfitan ita petitum fit, ut di-
cerent, ut utrumvis falvo officio fe facere poffe arbitraren-
tur, a me autem ii contenderunt, qui apud me et amicitia
et beneficiis et dignitate plurimum poffunt, quorum ego
neque benevolentiam erga me ignorare, nec auctoritatem
II asfpernari, nec voluntatem negligere debeam. His de
5



caufis ego huic caufae patronus exftiti, non electus unus,
qui maximo ingenio, fed relictus ex omnibus, qui mini-
mo periculo poffem dicere, neque uti fatis firmo praefi-
dio defenfus Sex. Rofcius, verum uti ne omnino defertus
effet.

Forfitan quaeratis, qui ifte terror fit et quae tanta
formido, quae tot ac tales viros impediat, quo minus pro
capite et fortunis alterius, quemadmodum confuerunt,
caufam velint dicere. Quod adhuc vos ignorare non mi-
rum eft, propterea quod confulto ab accufatoribus eius rei,
quae conflavit hoc iudicium, mentio facta non eft. Quae 6
res ea eft? bona patris huiusce Sex. Rofcii, quae funt
fexagies, quae de viro fortiffimo et clariffimo, L. Sulla,
quem honoris caufa nomino, duobus millibus nummum
fefe dicit emiffe adolefcens vel potentiffimus hoc tempore
noftrae civitatis, L. Cornelius Chryfogonus. Is a vobis,
iudices, hoc poftulat, ut, quoniam in alienam pecuniam
tam plenam atque praeclaram nullo iure invaferit, quo-
niamque ei pecuniae vita Sex. Rofcii obftare atque officere
videatur, deleatis ex animo fuo fufpicionem omnem me-
tumque tollatis, fefe, hoc incolumi, non arbitratur huius
innocentis patrimonium tam amplum et copiofum poffe
obtinere, damnato et eiecto, fperat fe poffe, quod adeptus
eft per fcelus, id per luxuriam effundere atque confumere.
Hunc fibi ex animo fcrupulum, qui fe dies noctesque

iufto verbofiora et fententia levior videbatur.

§. 3. *Concedi*, ignofci, ad Fam. VI, 6 (nostr. ed. ep. 115, 16) *non putat fe fuftinere poffe caufas multorum, fi tibi, cui iuftius videtur irafci poffe, conceſſerit.*

*cognofcendi conf.* nam qui aliquid liberius dixerant, faepe incognita caufa damnabantur. Hottom. comparat Terent. Heaut. II, 1, 6 *nam et cognofcendi et ignofcendi dabitur peccati locus.* Cf. Eunuch. prol. 42. Eft autem figura *παρονομασία s. annominatio.*

§. 4. *debeam.* Coniunctivus pofitus eft, quia haec, *quorum — debeam*, cogitantur, tanquam quae caufam contineant, cur, quod illi ab ipfo contenderant, faciendum fibi effe exiftimaverit. Vid. diff. de anacoluthis in Wolfii Anal. III, p. 13 not. p. 4 not. Cf. infra §. 23 *Qui in fua re fuiffet egentiffimus*, i. e. qui fuerat, et ob id ipfum quod fuerat eg. §. 26. §. 37. *in eum, qui mortem obtulerit.* §. 39 *qui ruri femper habitarit.* §. 41 *pater amens, qui odiffet.* §. 50 *qui putes.* Tufc. disp. I, 11, 24 *quid de Dicaearcho dicam, qui nihil omnino animum dicat effe? qui dicit* et *quum dicat.* pro Arch. p. 10, 25. *qui fedulitatem mali poetae duxerit aliquo tamen praemio dignam, huius ing.* etc. cf. Beier. ad Off. III, p. 283. Itaque in fragm. or. pro Flacco, a Maio reperto p. 97 ed. Heinr. *defendunt* in *defendant* mutandum potius, quam cum Duumviris doctiffimis, qui illa fragm. illuftrarunt, *cupiunt, — tenet* pro *cupiant — teneat* legendum. Si dixiffet *debebam*, fignificaffet, *debuiffe* quidem fe iis obtemperare, fed non obtemperaffe. Sic infra §. 51 *qui omni tempore ad gubernacula reip. federe debebant*, fed non fedebant, quum *in agris quoque colendis aliquantum operae temporisque confumferint.* Or. 15, 172. recte legebatur: *quamquam orationis faciendae et ornandae auctores locupletiffimi fummi ipfi oratores effe debeant. Debebant*, ut Schütz. edidit, fignificaret debuiffe quidem eos summos oratores effe, fed non fuiffe. cf. §. 53. Catil. I. §. 2 *oportebat.* §. 4. *convenit.* etc. Sic Graeci ἐχρῆν, ἔδει, de quo vid. ad Eur. Hec. 262.

§. 6. *quae funt fexagies* i. e. quae aeftimantur. Infra c. 8, 21, *haec bona fexagies.* Verr. III, 81. *Cum in Sicilia feftertiis binis tritici modius effet.* Off. III, 23 extr. *An emat denario, quod fit mille denarium?* Cf. Plin. epp. III, 19, 7. VI, 3, 1. *Heufing.* – *fexagies* fc. feftertium, i. e. 187, 500 thal. Disfentit Plut. Cic. 3. apud quem Cicero τὴν οὐσίαν ἀπεδείκνυε πεντήκοντα καὶ διακοσίων ταλάντων οὖσαν ἀξίαν, i. e. 337, 500 thal. fi ex Barthelemii rationibus talentum 5400 libris Turon., i. e. 1350 thal. aeftimes. Nec magis concordat, quod ibid. addit Plut. *Χρυσόγονος ἐωνήσατο δισχιλίων δραχμῶν*, i. e. 450 thal. quum Cicero dicat duobus millibus nummûm i. e. 62½ th. nifi cum Rualdo *Animadv. in Plut.* 24 nummos intelligere velis denarios, quorum duo millia feftertios faciunt octies millenos.

*quem honoris caufa nomino*, i. e. ut ei honorem habeam, eft reverentiae erga viventes declarandae formula, ut §. 15. 27. in Verr. I, 7 in. *C. Curio, quem ego hominem honoris potius, quam contumeliae, caufa nomino.*

*qui fe ftimulat ac pungit.* Debebat dicere vel, *qui fe ftimulet*

ſtimulat ac pungit, ut evellatis, poſtulat, ut ad hanc ſuam
7 praedam tam nefariam adiutores vos profiteamini. Si
vobis aequa et honeſta postulatio videtur, iudices, ego
contra brevem poſtulationem affero, et, quomodo mihi
III perſuadeo, aliquanto aequiorem. Primum a Chryſogono
peto, ut pecunia fortunisque noſtris contentus ſit, ſan-
guinem et vitam ne petat; deinde a vobis, iudices, ut
audacium ſceleri reſiſtatis, innocentium calamitatem le-
vetis, et in cauſa Sex. Roſcii periculum, quod in omnes
8 intenditur, propulſetis. Quod ſi aut cauſa criminis, aut
facti ſuſpicio, aut quaelibet denique vel minima res re-
perietur, quamobrem videantur illi nonnihil tamen in
deferendo nomine ſecuti, poſtremo, ſi praeter eam prae-
dam, quam dixi, quidquam aliud cauſae inveneritis,
non recuſamus, quin illorum libidini Sex. Roſcii vita
dedatur; ſin aliud agitur nihil, niſi ut iis ne quid deſit,
quibus ſatis nihil eſt, ſi hoc ſolum hoc tempore pugnatur,
ut ad illam opimam praeclaramque praedam damnatio Sex.
Roſcii, velut cumulus, accedat, nonne cum multa indi-
gna, tum vel hoc indigniſſimum eſt, vos idoneos habitos,
per quorum ſententias iusque iurandum id aſſequantur,
quod antea ipſi ſcelere et ferro aſſequi conſuerant? qui
ex civitate in ſenatum propter dignitatem, ex ſenatu in

*ac pungat*, e Chryſogoni perſona, vel, e ſua, *qui eum ſtimulat ac pungit.* Sed nonnunquam Cicero utrumque dicendi modum iungit, ut Verr. V, 49 in. *Dexio hic, quem videtis, — non quae privatim ſibi eripuiſti — flagitat.* de Divin. I, 54 in. *Socrates - Xenophonti conſulenti, ſequereturne Cyrum, poſtea quam expoſuit, quae ſibi videbantur, — inquit.* Contra Verr. IV, 39, 84 *audiſtis nuper dicere legatos Tyndaritanos, — Mercurium, qui ſacris anniverſariis apud eos ac ſumma religione coleretur — — huius vi eſſe ſublatum*, pro *qui apud eos colebatur*, vel *qui apud ſe coleretur.* Aliter locum explicat Ramshorn gramm. lat. p. 348 not. 2. aliquanto rectius p. 544. c. edit. II. Verbis *ut — vos profiteamini* repetitur ſententia verborum *hunc ſcrupulum — ut evellatis*, ſed ita, ut indignitas poſtulationis magis eluceat. Nos diceremus, id eſt, *ut — vos prof.*

§. 8. *nonnihil — ſecuti*, idoneam et probabilem aliquam cauſam habuiſſe, cur nomen deferrent. Offic. I, 11, 35 *nollem Corinthum* (funditus ſublatam eſſe); *ſed credo aliquid ſecutos, opportunitatem loci maxime.* Cf. epp. fam. III, 10, (ep. 67, 20) Beier. ad Cic. Off. I, 11. p. 81 ſq.

*conſuerant*, ſolebant. Sic Ern. pro *conſuerunt*, quod eſſet, ſolent, ut §. 12.

*ex ſenatu.* Sulla enim ſuperiore anno iudicia ab equitibus ad ſenatores transtulerat. Aſcon. arg. divin. in Verr. et ad eiusd. c. 3. Vellei. Pat. II, 32. *Heuſ. — delecti eſtis*, quia post primam iudicum ſortitionem et accuſator et reus reiiciebat, quos ſibi inimicos vel iniquos crederet; in reiectorum locum alios ſubſortiebatur praetor. In hoc nec Hottom. nec Graevius haeret, ut ait Erneſti. Sic. Verr. V, 58, 150 *apud ſenatores lectiſſimos civitatis.*



hoc conſilium delecti eſtis propter ſeveritatem, ab his hoc
poſtulare homines ſicarios atque gladiatores, non modo ut
ſupplicia vitent, quae a vobis pro maleficiis ſuis metuere
atque horrere debent, verum etiam ut ſpoliis Sexti Roſcii
hoc iudicio ornati auctique diſcedant? His de rebus tan- IV
tis tamque atrocibus neque ſatis me commode dicere, 9
neque ſatis graviter conqueri, neque ſatis libere vocife-
rari poſſe intelligo: nam commoditati ingenium, gravitati
aetas, libertati tempora ſunt impedimento. Huc accedit
ſummus timor, quem mihi natura pudorque meus attribuit,
et veſtra dignitas, et vis adverſariorum, et Sex. Roſcii
pericula. Quapropter vos oro atque obſecro, iudices, ut
attente bonaque cum venia verba mea audiatis. Fide ſa- 10
pientiaque veſtra fretus plus oneris ſuſtuli, quam ferre me
poſſe intelligo. Hoc onus ſi vos aliqua ex parte alleva-
bitis, feram, ut potero, ſtudio et induſtria, iudices; ſin
a vobis, id quod non ſpero, deſerar, tamen animo non
deficiam, et id quod ſuſcepi, quoad potero, perferam.
Quod ſi perferre non potero, opprimi me onere officii
malo, quam id, quod mihi cum fide ſemel impoſitum
eſt, aut propter perfidiam abiicere, aut propter infirmi-
tatem animi deponere. Te quoque maximo opere, M. 11

§. 10. *ſi — allevabitis*, benigne me audiendo. *Manut.*

*ſin deſerar*, non audiar attente et bona cum venia. *Facciol.*

*id quod non ſpero*, i. e. quod non puto futurum. Nam *ſperare* pro exiſtimare et futurum aliquid exſpectare apud veteres auctores propria ſignificatione poſitum docuerunt Duker. ad Flor. III, 1. Perizon. ad Sanct. Min. IV, 14, 6 et I. Frid. Reitz de ambiguis. *Garat.* Plaut. Moſtell. I, 3, 39 *moneo ego te: te deſeret ille aetate et ſatietate. — Non ſpero.* quod comparat Forcell.

*et id quod ſuſcepi.* Latini ſaepe particulam ſimpliciter copulantem ponunt, ubi nos adverſativa utimur, *ſed id, quod ſuſc.* Brut. 56. *nihil tam diſſimile, quam Cotta Sulpicio, et uterque aequalibus ſuis plurimum praeſtitit.* Or. 58, 198. *omnis, nec claudicans, nec quaſi fluctuans et aequabiliter conſtanterque ingrediens numeroſa habetur oratio.* Cf. pro Arch. §. 16. Goerenz. ad Cic. de leg. II, 21, 53. Iniuria igitur Ern. ad Brut. 29 in. *de Scauro et Rutilio breviter licet dicere, quorum neuter ſummi oratoris habuit laudem, et uterque in multis cauſis verſatus erat*, ſine dubio Ciceronem ſcripſiſſe dicit, *at uterque.* Fallitur item Schütz. ad Orat. III, 1, 4.

*opprimitur onere officii*, qui onere perferendo ſibi ipſe periculum vel calamitatem contrahit.

*cum fide*, quum mihi fidem haberent, confiderent me integre cauſam acturum. At *cum fide defendere* §. 30 eſt ita ut fidem ſerves.

Fanni, quaeſo, ut, qualem te iam antea populo Romano
praebuiſti, quum huic idem quaeſtioni iudex praeeſſes, ta-
lem te et nobis et populo Romano hoc tempore impertias.
V Quanta multitudo hominum convenerit ad hoc iudicium,
vides; quae ſit omnium mortalium exſpectatio, quae cupi-
ditas, ut acria ac ſevera iudicia fiant, intelligis; longo
intervallo iudicium inter ſicarios hoc primum committitur,
quum interea caedes indigniſſimae maximaeque factae ſint;
omnes hanc quaeſtionem, te praetore, de manifeſtis male-
ficiis quotidianoque ſanguine haud remiſſius ſperant futu-
12 ram. Qua vociferatione in ceteris iudiciis accuſatores uti
conſueverunt, ea nos hoc tempore utimur, qui cauſam
dicimus. Petimus abs te, M. Fanni, a vobisque, iudices,
ut quam acerrime maleficia vindicetis, ut quam fortiſſime
hominibus audaciſſimis reſiſtatis, ut hoc cogitetis, niſi in
hac cauſa, qui veſter animus ſit, oſtenderitis, eo pro-
rumpere hominum cupiditatem et ſcelus et audaciam, ut
non modo clam, verum etiam hic in foro, ante tribunal
tuum, M. Fanni, ante pedes veſtros, iudices, inter ipſa
13 ſubſellia caedes futurae ſint. Etenim quid aliud hoc iudi-
cio tentatur, niſi ut id fieri liceat? Accuſant ii, qui in
fortunas huius invaſerunt, cauſam dicit is, cui, praeter
calamitatem, nihil reliquerunt; accuſant ii, quibus occidi
patrem Sex. Roſcii bono fuit, cauſam dicit is, cui non
modo luctum mors patris attulit, verum etiam egeſtatem;

§. 11. *huic quaeſtioni*, inter ſicarios, *iudex praeeſſes*, iudex quaeſtionis eſſes. Is autem erat princeps iudicum, ut ait Aſconius, eiusque erat actionem a praetore datam exercere, teſtes audire, quaeſtiones habere, tabulas inſpicere, uno verbo ea omnia agere, quae erant cognitionis, quum praetor ea ageret, quae erant imperii. Saepe enim in eodem iudicio et praetor erat et iudex quaeſtionis, ut in cauſa Verris repetundarum praetor M'. Acilius Glabrio, iudex quaeſtionis Q. Curtius.

c. V. §. 11. *Longo intervallo*, iudiciis iſtis propter bella civilia intermiſſis. *iudicium committitur*, dictum ut *pugna committitur*. Nam *committere* eſt, ut ait Feſtus, concitare et facere, ut in pugnam concurrant alii.

*hanc quaeſtionem — haud remiſſius ſperant futuram* pro remiſſiorem, ut apud Salluſt. Iug. 87 extr. *Romanos, remoto metu, laxius licentiusque futuros;* ib. 94. *uti proſpectus niſusque per ſaxa facilius foret.* Apud Ciceronem hunc uſum alibi non reperi. Gell. N. A. I, 7. legit *futurum.* nam hoc partic. ſecundum genera non commutari. vid. Perizon. ad Sanctii Min. I, 14. 1. p. 105. III, 11, 1. p. 468. Krüger Unterſuch. 3 p. 375. Similiter ad Att. VIII, 12. p. 774 Ern. *ut cohortes ad me miſſum facias.*

§ 13. *quibus — bono fuit*, utile fuit. infra §. 84. pro Mil. §. 32. Philipp. II, 14.



accuſant ii, qui hunc ipſum iugulare ſumme cupierunt,
cauſam dicit is, qui etiam ad hoc ipſum iudicium cum
praeſidio venit, ne hic ibidem ante oculos veſtros truci-
detur; denique accuſant ii, quos populus poſcit, cauſam
dicit is, qui unus relictus ex illorum nefaria caede reſtat.
Atque ut facilius intelligere poſſitis, iudices, ea, quae facta 14
ſunt, indigniora eſſe, quam haec ſunt, quae dicimus, ab
initio, res quemadmodum geſta ſit, vobis exponemus, quo
facilius et huius hominis innocentiſſimi miſerias et illorum
audaciam cognoſcere poſſitis et reipublicae calamitatem.
Sex. Roſcius, pater huiusce, municeps Amerinus fuit, VI
cum genere et nobilitate et pecunia non modo ſui munici- 15
pii, verum etiam eius vicinitatis facile primus, tum gratia
atque hoſpitiis florens hominum nobiliſſimorum: nam cum
Metellis, Serviliis, Scipionibus erat ei non modo hoſpi-
tium, verum etiam domeſticus uſus et conſuetudo, quas,
ut aequum eſt, familias honeſtatis amplitudinisque gratia
nomino. Itaque ex ſuis omnibus commodis hoc ſolum
filio reliquit: nam patrimonium domeſtici praedones vi
ereptum poſſident, fama et vita innocentis ab hoſpitibus 16
amicisque paternis defenditur. Hic quum omni tempore
nobilitatis fautor fuiſſet, tum hoc tumultu proximo, quum

*cum praeſidio*, amicorum paternorum et hoſpitum, qui iidem ſunt advocati.

*quos pop. poſcit*, tanquam gladiatores. Notos enim gladiatores et arte vel viribus inſignes nonnunquam poſtulabat populus, ex quo *poſtulatitii* dicti sunt. Suet. Aug. 44 et ibi Wolf.

§. 14. *Atque ut fac. int. poſſitis — quo fac. cognoſc. poſſitis.* Bis idem, ſed diverſis verbis, dixit. Sic Verr. IV, 20, 43 *ſi emeras, quid erat, quod confirmabat, ſe abs te argentum eſſe repetiturum, ſi tibi ſua voluntate vendiderat?* Vide, quae monui Misc. phil. II, 2. p. 35. Ut vero verbum vel ſubſtantivum, duobus membris commune, medium inter utrumque ponere ſolet Cicero (ut ſupra §. 6 *poſtulat*, pro Mil. I, 3 *cernitis*, paulo poſt *cognoſcere poſſitis*, *videretur* §. 16) ſic etiam apodoſin vel protaſin, duobus membris communem.

c. VI. §. 15. *nam* eſt explicativum, ut Graecorum *γάρ* poſt demonſtrativa. vid. ad or. pro l. Man. §. 19. Itaque dictum eſt pro: hoc ſolum filio reliquit, quod, quum patr. dom. praed. poſſideant (vid. ad or. de l. Man. §. 2.) fama et vita etc.

§. 16. *Hic quum — fuiſſet, tum.* Satis hanc dicendi rationem defenderunt Erneſt. ad Verr. II, 11. n. 31. Goerenz. ad Cic. Leg. II, 14, 36. p. 157. de Fin. III, 15, 50. Gernhard. ad Cic. Off. III, 2, 5. p. 280. Beier. ibid. p. 191. a quibus fruſtra diſſentit Heindorf. ad Cic. N. D. I. in. Vide nunc F. A. Wolf litter. Anal. p. 277 ſqq.

*hoc tumultu prox.* Eſt, quem *tumultum pro recuperanda rep.* vocat Brut. 90 reditu Sullae excitatum a. u. 670. cf. c. 89 extr.

omnium nobilium dignitas et falus in discrimen veniret, praeter ceteros in ea vicinitate eam partem caufamque opera, ftudio, auctoritate defendit. Etenim rectum putabat, pro eorum honeftate fe pugnare, propter quos ipfe honeftiffimus inter fuos numerabatur. Pofteaquam victoria conftituta eft ab armisque receffimus, quum profcriberentur homines atque ex omni regione caperentur ii, qui adverfarii fuiffe putabantur, erat ille Romae frequens, atque in foro et in ore omnium quotidie verfabatur, magis ut exfultare victoria nobilitatis videretur, quam timere,
17 ne quid ex ea calamitatis fibi accideret. Erant ei veteres inimicitiae cum duobus Rofciis Amerinis, quorum alterum federe in accufatorum fubfelliis video, alterum tria huiusce praedia poffidere audio; quas inimicitias fi tam cavere potuiffet, quam metuere folebat, viveret. Neque enim, iudices, iniuria metuebat: nam duo ifti funt T. Rofcii — quorum alteri Capitoni cognomen eft, ifte, qui adeft, Magnus vocatur, — homines eiusmodi: alter plurimarum palmarum vetus ac nobilis gladiator habetur; hic autem nuper fe ad eum laniftam contulit, qui, quum ante hanc pugnam tiro effet fcientia, facile ipfum magiftrum fcelere
VII audaciaque fuperavit. Nam quum hic Sex. Rofcius effet
18 Ameriae, T. autem ifte Rofcius Romae, quum hic filius

*discrimen* non eft h. l. periculum, quafi tunc primum in periculum veniffet nobilitas, in quo iam ab a. 665 verfabatur, fed certamen, quum de nobilium dignitate et falute pugnaretur, et utra pars fuperior effet, armis disceptaretur, quam nos vocamus *crifin.* de orat. I, 1, 3 *confulatu devenimus in medium rerum omnium certamen atque discrimen.*

*propter quos.* vid. ad §. 63. *honeftiff. inter fuos.* Heufing. monet, raro fuperlativis addi *inter*, et ita tantum, fi pofitivo iam addi potuerit, ut ap. Iuftin. XII, 7. acerrimus inter *recufantes Callifthenes fuit.*

*Pofteaquam victoria conftituta eft*, a. u. 672. C. Mario, C. F. Cn. Papirio Carbone III coff. quo anno Sulla in urbem rediit. — Ern. ad Verr. IV, 15 in: *pofteaquam eft comperendinatus*, „offendit me *eft*, inquit, videtur effe debere *effet* aut *erat.*" ad Phil. II, 10, 23 *poftea vero quam fe totum Pompeius Caefari tradidit.* „Scribendum puto *tradiderat*, ut aures latinae facile fentient." Quo nihil falfius effe poteft; nam *pofteaquam* plerumque cum Perf. ponitur. Exemplorum vel una haec oratio accurate legenti fatis fuppeditabit.

§. 17. *plurimarum palmarum.* Liv. X, 47 *Eodem anno* (a. u. 461. L. Papirio Curfore, Sp. Carvilio Max. Coff.) *coronati primum ob res bello bene geftas ludos Romanos fpectaverunt, palmaeque tum primum, translato e Graecia more, victoribus datae:* quem locum attulit iam Hottom. Itaque palma pro victoria gladiatoris i. e. caede. cf. §. 84.

c. VII. §. 18. *ifte*, T. Rofcius



affiduus in praediis effet, quumque fe voluntate patris rei familiari vitaeque rufticae dediffet, ifte autem frequens Romae effet, occiditur ad balneas Palatinas rediens a coena Sex. Rofcius. — Spero ex hoc ipfo non effe obfcurum, ad quem fufpicio maleficii pertineat; verum id, quod adhuc eft fufpiciofum, nifi perfpicuum res ipfa fecerit, hunc affinem culpae iudicatote. — Occifo Sex. Rofcio, primus 19
Ameriam nuntiat Mallius Glaucia quidam, homo tenuis, libertinus, cliens et familiaris iftius T. Rofcii, et nuntiat domum, non filii, fed T. Capitonis inimici, et quum poft horam primam noctis occifus effet, primo diluculo nuntius hic Ameriam venit. Decem horis nocturnis fex et quinquaginta millia paffuum cifiis pervolavit, non modo ut exoptatum inimico nuntium primus afferret, fed etiam cruorem inimici quam recentiffimum telumque paulo antea e corpore extractum oftenderet. Quatriduo, quo haec gefta 20
funt, res ad Chryfogonum in caftra L. Sullae Volaterras defertur; magnitudo pecuniae demonftratur; bonitas praediorum, — nam fundos decem et tres reliquit, qui Tiberim fere omnes tangunt — huius inopia et folitudo commemoratur; demonftrant, quum pater huiusce Sex. Rofcius, homo tam fplendidus et gratiofus, nullo negotio fit occifus, perfacile hunc hominem incautum et rufticum et Romae ignotum de medio tolli poffe. Ad eam rem operam fuam pollicentur. Ne diutius vos teneam, iudices, focietas coitur. Quum iam profcriptionis mentio nulla fieret et quum VIII
21

Magnus, in quem incipit reiicere fufcipionem caedis. *Facciol. ifte* non fua vi per contemtum dici, fed honorifice etiam, ut infr. 53, 154 pro Mur. 6 (cf. Off. 2, 2 extr. *qui ifta praeclara*, philofophiam, *peperiffet.* ubi Heuf. citat de nat. d. II, 29. cf. pro Sext. 26, 57.) et propriam huius pronom. vim effe in demonftrando eo, qui ex aliquo intervallo fe praefentem oftendat, quum *hic* propius adftantem affidentemve fignificet, monet Heuf.

*affinem culpae*, participem, ut de inv. II, 44, 129 *aff. effe alicuius culpae.* cf. Catil. IV, 3. 6.

§. 19. *fex et quinquaginta millia paffuum* funt paullo amplius undecim milliaria Germanica, fiquidem mille paffus f. milliarium eft quinta pars mill. Germ. Horae autem duodecim nocturnae numerabantur per totum annum ab occafu folis ad ortum, ficut diurnae duodecim ab ortu ad occafum. Ita fiebat, ut horae illae pro anni tempore effent longiores vel breviores, v. c. circa folftitium pares horis noftris octo, bruma vero fedecim. Occifus autem eft Rofcius aliquot menfes poft Calendas Iunias §. 128.

§. 20. *Volaterras*, quae etiam captae funt P. Servilio Ifaurico, Ap. Claudio Pulchro coff. a. u. 674 triennio poftquam Sulla rerum potitus erat. Liv. Epit. l. 89. Strabo V. p. 341, Almel. Vid. ad ep. 143, 2.

etiam qui antea metuerant redirent ac iam defunctos fefe
periculis arbitrarentur, nomen refertur in tabulas Sexti
Rofcii, hominis ftudiofiffimi nobilitatis manceps fit Chry-
fogonus. Tria praedia vel nobiliffima Capitoni propria
traduntur, quae hodie poffidet; in reliquas omnes fortunas
ifte T. Rofcius nomine Chryfogoni, quemadmodum ipfe
dicit, impetum facit. Haec bona fexagies H. S. emuntur
duobus millibus nummum. Haec omnia, iudices, impru-
22 dente L. Sulla facta effe certo fcio: neque enim mirum,
quum eodem tempore et ea, quae praeterita funt, et ea,
quae videntur inftare, praeparet, quum et pacis conftitu-
endae rationem et belli gerendi poteftatem folus habeat,
quum omnes in unum fpectent, unus omnia gubernet,
quum tot tantisque negotiis distentus fit, ut refpirare libere
non poffit, fi aliquid non animadvertat, quum praefertim
tam multi occupationem eius obfervent tempusque aucu-
pentur, ut, fimulatque ille defpexerit, aliquid huiusce-
modi moliantur. Huc accedit, quod, quamvis ille felix
fit, ficut eft, tamen in tanta felicitate nemo poteft effe, in

c. VIII. §. 21. *manceps fit*, redimit bona eius, quae deinde vel divendat vel aliis dividat. Sed dicit *hominis manceps fit*, ut non folum bona eius, fed etiam vitam ei addictam effe fignificet.

§. 22. *et ea, quae praeterita funt, et ea, quae vid. inft. praeparet.* Ad vv. *ea, quae praet. funt* fupple *curet*, ut ad Att. X, 4 *fortunam, qua illi florentiffima* (ufi effe) *nos duriore conflictati videmur.* Fin. II, 27, 88 *Uterque enim fummo bono fruitur, id eft, voluptate. At enim hic etiam dolore.* ad Famil. V, 12 *neque enim me folum commemoratio pofteritatis ad fpem quamdam immortalitatis rapit, fed etiam illa cupiditas* fc. agit me, erigit. Vide de hac figura. quam zeugma vocant, Heufing. ad Corn Nep. Alcib III, 5. Wyttenb. ad Plut. p. 255 fq. et quos laudavi in gramm. gr. mai. p. 1307 not. *d.*

*defpexerit*, oculos ab eo, quod propofitum erat, demoverit. atque ita non amplius attendat, ut expl. Heufing. qui citat Burm. ad Suet. Ner. 19. Nam *oculos de re nusquam deiicere* attenti eft Verr. IV, 15, 33. Sic Verr. V, 71 in. *videmus, — fi tantulum oculos deiecerimus, praefto effe infidias.*

*quamvis* (quantumvis) *ille felix fit, ficut eft.* de orat. I, 53, 230 *quamvis fcelerati illi fuiffent, ficuti fuerunt.* Phil. II, 28 in. *quamvis enim fine mente, fine fenfu fis, ficut es — — quamvis fis, ut es, vinolentus et furens.* IV, 4, 9 *quamvis impii nefariique fint, ficut funt.* Cf. Ligar. 9 in. Att. XII, 36. Tufc. Qu. I, 18 in. Offic. III, 33, 117 ubi v. Heuf. p. 804. Alludit autem ad cognomen Felicis. quod Sulla victoria conftituta fibi indidit. Plut. Sull. c. 34. Appian. B. C. p. 684.

*in tanta felicitate*, dum tanta felicitate fruitur. vid. Heufing. ad Offic. I, 22, 2. Kritz. ad Sall. Cat. 2. 9, p. 15. Or. I, 5. in. III, 5, 19. Verr. I, 11, 32. epp. fam. I, 9 (XLI, 13.) II, 16 (XCII, 14.) V, 2, 3 (V, 4.) infra Catil. II, 20.



magna familia qui neminem neque fervum neque libertum
improbum habeat. Interea ifte T. Rofcius, vir optimus, 23
procurator Chryfogoni, Ameriam venit, in praedia huius
invadit, hunc miferum, luctu perditum, qui nondum
etiam omnia paterno funeri iufta folviffet, nudum eiicit
domo atque focis patriis diisque penatibus praecipitem,
iudices, exturbat; ipfe ampliffimae pecuniae fit dominus.
Qui in fua re fuiffet egentiffimus, erat, ut fit, infolens in
aliena. Multa palam domum fuam auferebat; plura clam
de medio removebat; non pauca fuis adiutoribus large
effufeque donabat; reliqua, conftituta auctione, vendebat.
Quod Amerinis usque eo vifum eft indignum, ut urbe tota IX
fletus gemitusque fieret. Etenim multa fimul ante oculos 24
versabantur, mors hominis florentiffimi Sex. Rofcii cru-
deliffima, filii autem eius egeftas indigniffima, cui de tanto
patrimonio praedo ifte nefarius ne iter quidem ad fepul-
crum patrium reliquiffet, bonorum emtio flagitiofa, fla-
gitiofa poffeffio, furta, rapinae, donationes. Nemo erat,
qui non ardere omnia mallet, quam videre in Sex. Rofcii,

Mil. 36 extr. Sic paulo poft *in fua re*, quum nihil, nifi fuum patrimonium habebat, *in aliena*, quum bona aliena invaferat et dives factus erat. Male Schütz. cum Heuf. al. delevit *in*.

§. 23. *qui nondum — folviffet*, i. e. quem tamen — nondum folviffe fciebat, vel quamquam nondum folverat. Or. I, 18, 82. *egomet, qui fero ac leviter graecas litteras attigiffem —, tamen — complures fum ibi dies commoratus.* cf. ib. 32, 145. Divin. 13 in. *ego, qui in foro iudiciisque ita verfer, ut eiusdem aetatis aut nemo aut pauci plures caufas defenderint. — — tamen non folum commoveor animo.* Off. III, 33, 10 *nam qui poteft temperantiam laudare is, qui ponat fummum bonum in voluptate.* Cf. Or. III, 3, 11. Verr. II, 45, 110. 65, 157. III, 62, 146. 58, 134. 95, 221. V, 40, 104 etc. Ridicule igitur Ernefti Verr. IV, 2, 3 *nam ipfa Meffana, quae fitu, moenibus portuque ornata fit, ab his rebus, quibus ifte delectatur, fane vacua atque nuda eft*, pro *quae* leg. coniicit *quum* vel *quamvis*. Poffis etiam h. l. iungere: *luctu perditum, qui nondum — folviffet*, i. e. quia.

*Qui — fuiffet egent.* cf. ad §. 4. *Infolens*, diffolutus, profufus; ad Fam. IX, 20 *In Epicuri nos adverfarii noftri caftra coniecimus, nec tamen ad hanc infolentiam, fed ad illam tuam lautitiam.* Phil. IX, 6 *mirifice enim Ser. Sulpicius maiorum continentiam diligebat, huius feculi infolentiam vituperabat. P. Manut.*

c. IX. §. 24. *ne iter quidem.* Quum duodecim tabulis vetitum effet in urbe fepelire mortuos, in agris fepeliebantur. vid. Victor. V. L. XIV, 21. Agro autem vendito, fepulcra etiam et iter. quo ad ea ibatur, pertinebant ad emtorem, nifi nominatim excepta fuiffent a venditore. Rofcius autem profcriptus nihil excipere poterat, five, ut infra §. 146 loquitur, *fibi refervare.*

viri optimi atque honeſtiſſimi, bonis iactantem ſe ac domi-
25 nantem T. Roſcium. Itaque decurionum decretum ſtatim
fit, ut decem primi proficiſcantur ad L. Sullam, doceant-
que eum, qui vir Sex. Roſcius fuerit, conquerantur de
iſtorum ſcelere et iniuriis, orent, ut et illius mortui fa-
mam et filii innocentis fortunas conſervatas velit. Atque
ipſum decretum, quaeſo, cognoſcite. *Decretum decurio-
num.* Legati in caſtra veniunt. Intelligitur, iudices, id
quod iam ante dixi, imprudente L. Sulla ſcelera haec et
flagitia fieri. Nam ſtatim Chryſogonus et ipſe ad eos acce-
dit et homines nobiles allegat, qui peterent, ne ad Sul-
lam adirent, et omnia Chryſogonum, quae vellent, eſſe
facturum pollicerentur. Usque adeo autem ille pertimue-
rat, ut mori mallet, quam de his rebus Sullam doceri.
26 Homines antiqui, qui ex ſua natura ceteros fingerent,
quum ille confirmaret, ſeſe nomen Sex. Roſcii de tabulis
exemturum, praedia vacua filio traditurum, quumque id
ita futurum T. Roſcius Capito, qui in X legatis erat,
appromitteret, crediderunt, Ameriam re inorata rever-
terunt. Ac primo rem differre quotidie ac procraſtinare
iſti coeperunt, deinde aliquanto lentius, nihil agere atque
deludere, poſtremo, id quod facile intellectum eſt, inſi-
dias vitae huiusce Sex. Roſcii parare, neque ſeſe arbitrari
diutius alienam pecuniam, domino incolumi, obtinere.
X Quod is ſimulatque ſenſit, de amicorum cognatorumque
27 ſententia Romam confugit, et ſeſe ad Caeciliam, Nepotis
ſororem, quam honoris cauſa nomino, contulit, qua pater

§. 25. *Decuriones* ſunt ſenatores in coloniis et municipiis. Eorum *decem primi* praecipuam in adminiſtranda rep. cum duumviris i. e. magiſtratibus habebant auctoritatem. Vid. Noriſii cenot. Piſ. disſ. I.

*allegat qui peterent*, pro *petant*, ut Verr. IV, 23 in. *imperat, ut omne argentum conquirendum curaret*. Cf. ib. 28, 65. Ex eodem genere ſunt, ſed paulo diverſa tamen quae collegerunt Goerenz. ad Leg. I, 20, 54 extr. Heind. ad N. D. I, 22, 61. *Allegare* autem eſt privatim mittere i. q. ſummittere. Vid. Gronov. ad Liv. XXXVI, 11.

§. 26. *antiqui*, ſimplices, candidi, fraudem ne ſuſpicantes quidem, quales antiqui fuiſſe creduntur. Terent. Adelph. III, 4, 78 *homines antiqua virtute et fide.* Cic. ad Att. IX, 15. *vide, quam ſim antiquorum hominum.* Sic dicitur etiam *antiquitas* pro Planc. 18, 45 etc. Sext. 62, 130. Ad ſenſum cf. Cic. ad Qu. fr. I, 1, 24 *nam ut quisque eſt vir optimus, ita difficillime eſſe alios improbos ſuſpicatur.*

*fingerent* animo, ceteros etiam tales, non minus candidos, eſſe putarent.

c. X. §. 27. *Nepotis ſororem*, Q. Caecilii Metelli Balearici, qui conſul fuit a. u. c. 630 filiam (cf. de Divin. I, 2, 44. infra §. 147)



uſus erat plurimum; in qua muliere, iudices, etiam nunc,
id quod omnes ſemper exiſtimaverunt, quaſi exempli
cauſa, veſtigia antiqui officii remanent. Ea Sex. Roſcium
inopem, eiectum domo atque expulſum ex ſuis bonis, fu-
gientem latronum tela et minas, recepit domum, hoſpiti-
que oppreſſo iam deſperatoque ab omnibus opitulata eſt;
eius virtute, fide, diligentia factum eſt, ut hic potius vivus
in reos, quam occiſus in proſcriptos referretur. Nam 28
poſtquam iſti intellexerunt, ſumma diligentia vitam Sex.
Roſcii cuſtodiri, neque ſibi ullam caedis faciendae poteſta-
tem dari, conſilium ceperunt plenum ſceleris et audaciae,
ut nomen huius de parricidio deferrent, ut ad eam rem
aliquem accuſatorem veterem compararent, qui de ea re
poſſet dicere aliquid, in qua re nulla ſubeſſet ſuſpicio,
denique ut, quoniam crimine non poterant, tempore
ipſo pugnarent. Ita loqui homines: *Quod iudicia tam-
diu facta non eſſent, condemnari eum oportere, qui primus
in iudicium adductus eſſet;* huic autem patronos propter
Chryſogoni gratiam defuturos; de bonorum venditione
et de iſta ſocietate verbum eſſe facturum neminem; ipſo
nomine parricidii et atrocitate criminis fore, ut hic nullo
negotio tolleretur, quum ab nullo defenſus eſſet. Hoc 29
conſilio atque adeo hac amentia impulſi, quem ipſi,
quum cuperent, non potuerunt occidere, eum iugulan-
dum vobis tradiderunt.
Quid primum querar? aut unde potiſſimum, iudi- XI
ces, ordiar? aut quod, aut a quibus auxilium petam?
Deorumne immortalium? populine Romani? veſtramne,

ſororem Q. Metelli Nepotis, qui conſul fuit a. u. 655 cum T. Didio.

*quaſi exempli cauſa*, ut quaſi exemplum proderet, quod alii ſequentes antiquum officium retinerent.

§. 28. *compararent*, ſubornarent, ut pro Cluent. 67, 191 *teſtes comparare* infr. §. 30.

*de ea re — in qua re*, cf. c. 26. §. 72. Divin. in Caec. I. §. 2. *ſi quod tempus accidiſſet, quo tempore aliquid a me requirerent.* c. 13, §. 41 *quum illius diei* (vulgo *temporis*) *mihi venit in mentem, quo die, citato reo, mihi dicendum ſit.* pro Cluent. 54 in. *Iubet lex ea, qua lege haec quaeſtio conſtituta eſt.* Sic. 57, 156. 158. Catil. I, 3, 7. III, 10, 25. epp. fam. XIII, 9. (ep. 60, 2.) de Divin. I, 22. Cf. Heuſ. ad Off. p. 261. et quae adſcripſi ad Milon. §. 53.

*tempore pugnarent*, temporis opportunitate ad aggrediendum et accuſandum Sex. Roſcium uterentur. cf. c. 13.

§. 29. *atque adeo* i. e. vel potius; ad Att. I, 17, 19 *ego princeps in adiutoribus, atque adeo ſecundus.* Planc. 19, 48. *inſector, urgeo, atque adeo flagito crimen.* cf. Catil. I, 2. Sed plerumque gravius quid addit, ubi nos *und ſogar.*

qui summam poteftatem habetis, hoc tempore fidem im-
30 plorem? Pater occifus nefarie, domus obfeffa ab inimicis,
bona ademta, poffeffa, direpta, filii vita infefta, faepe
ferro atque infidiis appetita. Quid ab his maleficiis fcele-
ris abeffe videtur? tamen haec aliis nefariis cumulant at-
que adaugent. crimen incredibile confingunt, teftes in hunc
et accufatores huiusce pecunia comparant, hanc conditio-
nem mifero ferunt, ut optet, utrum malit cervices Rofcio
dare, an infutus in culeum per fummum dedecus vitam
amittere. Patronos huic defuturos putaverunt; defunt:
qui libere dicat, qui cum fide defendat, id quod in hac
caufa eft fatis, non deeft profecto, iudices. Et forfitan
31 in fufcipienda caufa temere impulfus adolefcentia fecerim;
quoniam quidem femel fufcepi, licet hercule undique
omnes terrores periculaque impendeant omnia, fuccurram
atque fubibo. Certum eft deliberatumque, quae ad caufam
pertinere arbitror, omnia non modo dicere, verum etiam
libenter, audacter libereque dicere. Nulla res tanta exfiftet,
iudices, ut poffit vim mihi maiorem adhibere metus, quam

c. XI. §. 29. *qui summam pot. habetis.* pro Quint. 2 *non minus faepe ei venit in mentem poteftatis, quam aequitatis tuae, propterea quod omnes, quorum in alterius manu vita pofita eft, faepius illud cogitant, quid possit is, cuius in ditione ac poteftate sunt, quam, quid debeat facere.*

§. 30. *infefta* explicatur fqq. *ferro atque infidiis appetita.* Sic abfolute pofitum eft etiam pro Planc. 1. *fi huius falus ob eam causam effet infeftior, quod is meam falutem atque vitam sua cuftodia texiffet.* Phil. XII, 10 *iter infeftum et periculofum.* ad Fam. II, 10 med. *infeftiffima Ciliciae pars.*

*ut optet.* Commode Heuf. comparat locum divin. Caecil. 14. *Quoties ille tibi poteftatem optionemque facturus fit, ut eligas, utrum velis factum effe, nec ne.*

*infutus in culeum.* vid. c. 25, 70.

*cum fide.* vid. ad §. 10.

§. 31. *quoniam quidem* pro *fed quoniam.* Verr. II, 46 extr. *te — una Mamertina civitas — publice laudat; — ceterae quidem civitates publice accufant.* IV, 33, 72 *Hoc translatum Carthaginem locum tantum hominesque mutarat, religionem quidem priftinam confervabat.* Cf. ib. 11, 26. V, 25, 63 *Quum nomine claffis effet in Sicilia, re quidem vera naves inanes.* cf. infra §. 54. Mil. 7, 17. de prov. conf. 17, 41. pro Sext. 7, 15. 10, 24.

*fuccurram* propter adiunctum *fubibo* dictum eft pro fuccedam periculis i. e. fuscipiam (Virg. Aen. II, 723 *fuccedere oneri*) sed ita, ut fimul fignificet, fe pericula a Rofcio propulfaturum effe.

*Vim adhibere* proprie dicuntur, quae invitum et repugnantem cogunt facere aliquid; itaque proprie non convenit *fidei*, fed *vis* eft cuiusque rei, quatenus ad aliquid efficiendum valet (vid. c. 24, 66) et dictum eft pro, ut plus apud me valere poffit metus, quam fides. Similiter de orat. I, 25 in. *Sic igitur fentio, naturam primum atque ingenium ad dicendum vim afferre maximam.*



fides. Etenim quis tam diffoluto animo eft, qui, haec quum 32
videat, tacere ac negligere poffit? Patrem meum, quum
profcriptus non effet, iugulaftis, occifum in profcriptorum
numerum retuliftis, me domo mea per vim expuliftis, pa-
trimonium meum poffidetis. Quid vultis amplius? etiamne
ad fubfellia cum ferro atque telis veniftis, ut hic aut iugule-
tis aut condemnetis Sex. Rofcium? Hominem longe au- XII
daciffimum nuper habuimus in civitate, C. Fimbriam, et, 33
quod inter omnes conftat, nifi inter eos, qui ipfi quoque in-
faniunt, infaniffimum. Is quum curaffet in funere C. Ma-
rii, ut Q. Scaevola vulneraretur, vir fanctiffimus atque or-
natiffimus noftrae civitatis, — de cuius laude neque hic
locus eft, ut multa dicantur, neque plura tamen dici pof-
funt, quam populus Romanus memoria retinet; — diem
Scaevolae dixit, pofteaquam comperit, eum poffe vivere.
Quum ab eo quaereretur, quid tandem accufaturus effet
eum, quem pro dignitate ne laudare quidem quisquam fa-
tis commode poffet, aiunt, hominem, ut erat furiofus, re-
fpondiffe, *quod non totum telum corpore recepiffet.* Quo po-

§. 32. *diffoluto*, omni cura foluto, fumme negligenti. cf. Catil. I, 2. Verr. IV, 51 extr. V, 40, 104.

c. XII. §. 33. *Fimbriam*, eum, qui poft Marii mortem cum L. Flacco confule in Marii locum fuffecto legatus in Afiam profectus confulem interfecit, fed ab exercitu poftea defertus fe ipfe percuffit. De eo Cic. Brut. 66 *Huius* (Craffi) *aequalis et inimicus C. Fimbria — — omnia magna voce dicens verborum fane bonorum curfu quodam incitato ita furebat tamen, ut mirarere tam alias res agere populum, ut effet infano inter difertos locus.* Rem eamdem narrat Valer. Max. IX, 11.

*in funere C. Marii*, qui primo feptimi confulatus menfe deceffit a. u. 667.

*ut Q. Scaev. vulneraretur.* cf. infra §. 105. Non dixit *iugularetur*, quia *curavit, ut iugularetur* fignificaret eum revera iugulatum effe: nam *faciendum curare* dicimur id, quod eventum habet. *Scaevola* autem, ut monet Heuf., hic eft non augur, fed pontifex, qui quadriennio poft, Carbone et Mario coff. occifus eft iuffu Damafippi praet. de nat. d. III, 32. Vell. Paterc. II, 26. Appian. b. civ. I, 88. p. 122 ed. Schweigh.

*locus est, ut multa dicantur.* Tusc. Qu. IV, 1 in. *nec vero hic locus eft, ut de moribus — loquamur.*

*ne laudare quidem quisquam.* Vulgo *quispiam.* Sed veriffima eft obfervatio Heindorfii ad Hor. Serm. I, 4, 35. Cic. de nat. d. III, 4, 11. *quispiam* idem effe, quod *aliquis*, *quisquam* requiri, ubi fententia negans fit.

*ut erat furiofus*, qui eius erat furor f. pro furore fuo cf. pro Mur. 25, 51. in Pif. 25, 59. *dices enim, ut es homo facetus.*

*telum corpore recepiffet.* cf. pro Sextio 39, 80. Gronov. ad Senec. epift. VII. p. 19.

*Quo*, facto et dicto Fimbriae, quod praeceffit, *pop. Rom. nihil*

pulus Romanus nihil vidit indignius, nifi eiusdem viri
mortem, quae tantum potuit, ut omnes cives fuos perdiderit et afflixerit, quos quia fervare per compofitionem volebat, ipfe ab iis interemtus eft. Eftne hoc illi dicto atque
34 facto Fimbriano fimillimum? Accufatis Sex. Rofcium.
Quid ita? quia de manibus veftris effugit, quia fe occidi paffus non eft. Illud, quia in Scaevola factum eft, magis indignum videtur, hoc, quia fit a Chryfogono, num eft ferendum? Nam, per deos immortales! quid eft in hac caufa, quod defenfionis indigeat? qui locus ingenium patroni requirit, aut oratoris eloquentiam magnopere defiderat? Totam caufam, iudices, explicemus, atque ante oculos expofitam confideremus. Ita facillime, quae res totum iudicium contineat, et quibus de rebus nos dicere oporteat, et quid vos fequi conveniat, intelligetis.

XIII Tres funt res, quantum ego exiftimare poffum, quae
35 obftent hoc tempore Sex. Rofcio, crimen adverfariorum, et

*vidit indignius*, *nifi* i. e. praeter *ejusd. viri mortem*, accufatio illa Fimbriae indigniffima vifa eft pop. Rom. nifi quod mors ejusdem viri vifa eft etiam indignior. Inepte nonnulli putaverunt, *nifi* effe pro *quam* poft compar. *Mors* autem Scaevolae *omnes cives fuos perdidit et afflixit*, quod, quum compofitionem facere inter Marianos et Sullanos voluiffet, haec morte eius irrita facta, et atrociffima profcriptio infecuta eft.

*Fimbriano fimillimum.* Sic recte locum laudat Jul. Rufinianus de fig. fent. et eloc. p. 213 adftipulante Ruhnk. Vulgo *Fimbriae non fimillimum*, quafi pro *nonne hoc eft fimill.* dici poffit *Eftne hoc non fimillimum. Eftne* i. e. nonne eft? ut infra c. 28, 77. c. 24 in. *Videtisne*, i. e. nonne videtis? Tusc. II, 26 in. *videmusne?* pro Mil. 14, 38. Acad. II, 5, 12 *id eftne numerandum in bonis? Q. Ac maximis quidem.* ubi vid. Goerenz. Catil. I, 3, 6. Verr. II, 46 in. *Eftne Sthenius is, qui*, ubi Ern. „pro nonne eft? quod eft contra confuetudinem legitimam latini fermonis; sed quum fint et alia exempla notata (vid. clav. in *ne*) fit haec Ciceronis fcriptura, quam nos non imitemur.“ Idem tamen infra ad c. 39. Fin. III, 3, 11 nihil de hac forma dubitat. Vid. Heufing. ad Cic. Off. p. 692 fq.

§. 34. *quae res totum iudicium contineat*, quae in hoc iudicio praecipua fit, quae res caput fit huius iudicii, et in qua iudicii fumma verfetur. de nat. d. I, 1, 2 *quod vero maxime rem caufamque continet.* Fin. IV, 6 in. *Videamus, de fummo bono, quod continet philofophiam, ecquid tandem attulerit.* Vid. Erneft. clav. Nam *continere rem* proprie dicitur id, quod facit, ne ea dilabatur et intereat, itaque id, in quo illa res nititur.

*quid vos fequi conv.* quid fpectare, quo fententiam veftram dirigere conv.

c. XIII. §. 35. *quae obftent.* Sic Phil. II, 24 *duo tempora inciderunt, quibus aliquid contra Caefarem Pompeio fuaferim.* Brut. 92 in. *duo tum excellebant oratores, qui me imitandi cupiditate incitarent.* Or. II, 58, 235 *quinque funt, quae quaerantur.* cf. ib. 60,



audacia, et potentia. Criminis confictionem accufator Erucius fufcepit; audaciae partes Rofcii fibi popofcerunt; Chryfogonus autem, is, qui plurimum poteft, potentia pugnat. De hisce omnibus rebus me dicere oportere intelli-
go. Quid igitur eft? non eodem modo de omnibus, ideo 36
quod prima illa res ad meum officium pertinet, duas autem reliquas vobis populus Romanus impofuit; ego crimen oportet diluam, vos et audaciae refiftere et hominum eiusmodi perniciofam atque intolerandam potentiam primo quoque tempore extinguere atque opprimere debetis.

Occidiffe patrem Sex. Rofcius arguitur. Sceleftum, 37
dii immortales, ac nefarium facinus atque eiusmodi, quo uno maleficio fcelera omnia complexa effe videantur! Etenim fi, id quod praeclare a fapientibus dicitur, vultu faepe laeditur pietas, quod fupplicium fatis acre reperietur in eum, qui mortem obtulerit parenti, pro quo mori ipfum, fi

255. 61, 259 et fic faepiffime poft *multi, pauci, plures sunt, tria, quatuor* etc. *funt*, a Cicerone ponitur Coniunctivus, quum vis eft in iis, quae adduntur cum pronomine, ut fine iis prior pars conftare non poffit; ut Weiske male ad h. l. „legendum fine dubio *obftant*“ annotaverit, quamquam hoc contra latinitatem effe non dixerim cum Ern. ad Or. I, 12 not. 39. nam indicativus ponitur, quum *multa, pauca* funt praedicati loco, ut infra §. 94. *Permulta funt, quae dici poffunt;* coniunctivus, quum ea, quae poft *qui* fequuntur.

§. 36. *Quid igitur est?* Debebat ita procedere oratio: *de hifce omnibus rebus me dicere oportere intelligo, fed non eodem modo de omnibus.* Sed Cicero faepe curfum orationis hac formula interpellat, qua ad id, quod imprimis attendi vult, exfpectatione erigat animos audientium vel legentium. pro Quint. 2 in. *Non eo dico, C. Aquilli, quo mihi veniat in dubium tua fides et conftantia — — Quid ergo eft? Primum magnitudo periculi fummo timore hominem afficit — —* pro *non eo dico, quo mihi v. in dub. — — — fed quia magnitudo periculi* etc. Ibid. 3, 11. *non quo ei deeffet ingenium — — — Quid ergo eft? quum ei natura nihil melius quam vocem dediffet* etc. pro Caec. 12, 34 *feci equidem, quae dicis, omnia, et ea funt et turbulenta et temeraria et periculofa. Quid ergo eft? impune feci.* Haec Pareus lex. crit. p. 1037 nam in duobus reliquis locis, quos laudat, Terent. Phorm. V, 9, 5. Cic. Tusc. Qu. V, 14 in. nunc aliter legitur. cf. infra §. 55. pro Rosc. com. 5, 15. Or. II, 14, 60. Heinr. ad fragm. or. pro Tullio p. 61 fq.

§. 37. *complexa* paffive. Sic Cic. ap. Prisc. I. p. 371. ed. Krehl. *cupio eum tam invidiofa fortuna complecti.* Tusc. Qu. V, 14 *an dubium eft, quin nihil fit habendum in eo genere, quo vita beata complectitur?* Sed ibi Davif. Ern. Wolf. receperunt Bentleii emendationem *completur.* Seneca Nat. Qu. I, 1 *videbimus, an certus rerum ordo ducatur, et alia aliis ita complexa fint, ut, quod antecedit, fequentium fit vel caufa vel fignum.* Nam, quae loca affert Forcellinus, Plaut. Amph. I, 1, 134. Lucret. II, 153 rectius explicavit Gesner. in thef.

*mortem obtulerit.* infra §. 40. pro Sext. 21. extr. *in qua civita-*

res poſtularet, iura divina atque humana cogebant? In hoc
tanto, tam atroci, tam ſingulari maleficio, quod ita raro ex-
ſtitit, ut, ſi quando auditum ſit, portenti ac prodigii ſimile
numeretur, quibus tandem te, C. Eruci, argumentis accuſa-
38 torem cenſes uti oportere? Nonne et audaciam eius, qui in
crimen vocetur, ſingularem oſtendere, et mores feros im-
manemque naturam, et vitam vitiis flagitiisque omnibus
deditam, et denique omnia ad perniciem profligata atque
perdita? quorum tu nihil in Sex. Roſcium, ne obiiciendi
quidem cauſa, contuliſti.

XIV Patrem occidit Sex. Roſcius. Qui homo? Adoleſcen-
39 tulus corruptus et ab hominibus nequam inductus? annos
natus maior quadraginta. Vetus videlicet ſicarius, homo au-
dax et ſaepe in caede verſatus? at hoc ab accuſatore ne dici
quidem audiſtis. Luxuries igitur hominem nimirum et aeris
alieni magnitudo et indomitae animi cupiditates ad hoc ſce-
lus impulerunt? De luxuria purgavit Erucius, quum di-
xit, hunc ne in convivio quidem ullo fere interfuiſſe; ni-
hil autem unquam debuit; cupiditates porro quae poſſunt
eſſe in eo, qui, ut ipſe accuſator obiecit, ruri ſemper habi-
tarit et in agro colendo vixerit? quae vita maxime disiun-
40 cta a cupiditate eſt et cum officio coniuncta. Quae res igi-
tur tantum iſtum furorem Sex. Roſcio obiecit? „Patri, in-

*te meminiſſem, patrem huius M. Craſſi — eadem ſibi manu vitam exhauſiſſe, qua mortem ſaepe hoſtibus obtuliſſet.* Sic *iniuriam offerre* Terent. Hec. V, 1, 14, *luctum off.* Catull. epithal. 247.

§. 38. *ad perniciem*, ita ut pernicies hominis profligati conſequatur, ſicut *ad necem* aliquis *caedi* dicitur. *Profligatus et perditus* de homine, de quo ſperari non poteſt fore, ut umquam reſipiſcat, ubique iunguntur. *ne obiiciendi quidem cauſa*, ne maledicti quidem nomine, nedum ut crimen ei illatum illis firmares. Vid. or. pro Planc. c. 12 extr. et maxime pro Coelio c. 3 *Weiske.*

c. XIV. §. 39. *annos natus maior quadraginta.* Sic Corn. N. de reg. 2, 3. *maiorque annos ſexaginta natus, deceſſit.* ubi et noſtrum locum adſcripſit Bardili, et Liv. 45, 32 *cum liberis maioribus quam XV annos natis.* Cf. Gell. 1, 12. Similiter Corn. N. Hann. 3, 2. *Hannibal minor XXV annis.* (Boſ. et Heuſ. *annos*) *natus.* Quae locutiones ortae eſſe videntur e duabus aliis, *maior annis* XL et *natus annos* XL. At Cicero ubi hac formula utitur Verr. 2, 49, 122, Acad. 2, 19, 61. *natu* dicit, non *natus*, ita ut ablat. e compar. pendeat, *minor triginta annis natu, aliquot annis minorem natu*, in quo duos ablat. diverſa vi poſitos (vid. ad Mur. § 87) agnoſco, alterum, ut dixi, e comparativo pendentem, alterum eadem ratione adiectum, ut in pervulgatis illis *maior natu* etc. i. e. quod ad aetatem attinet. Cf. Garaton. ad Verr. II, 49.

*cum officio*, officia omnia diligenter ſervandi alacritate. Sic Verr. I, 51, 135 *vir ſummo officio ac virtute praeditus.*

§. 40. *obiecit* pro iniecit. Tusc.



quit, non placebat.“ Patri non placebat? Quam ob cau-
ſam? neceſſe eſt enim eam quoque iuſtam et magnam et
perſpicuam fuiſſe. Nam, ut illud incredibile eſt, mortem
oblatam eſſe patri a filio ſine plurimis et maximis cauſis, ſic
hoc veriſimile non eſt, odio fuiſſe parenti filium ſine cau-
ſis multis et magnis et neceſſariis. Rurſus igitur eodem 41
revertamur et quaeramus, quae tanta vitia fuerint in uni-
co filio, quare is patri diſpliceret? At perſpicuum eſt, nul-
lum fuiſſe. Pater igitur amens, qui odiſſet eum ſine cau-
ſa, quem procrearat. At is quidem fuit omnium conſtan-
tiſſimus. Ergo illud iam perſpicuum profecto eſt, ſi neque
amens pater, neque perditus filius fuerit, neque odii cau-
ſam patri, neque ſceleris filio fuiſſe. — „Neſcio, inquit, XV
quae cauſa odii fuerit; fuiſſe odium intelligo, quia antea, 42
quum duos filios haberet, illum alterum, qui mortuus eſt,
ſecum omni tempore volebat eſſe, hunc in praedia ruſtica
relegarat.“ Quod Erucio accidebat in mala nugatoriaque
accuſatione, idem mihi uſu venit in cauſa optima. Ille,
quomodo crimen commentitium confirmaret, non invenie-
bat; ego, res tam leves qua ratione infirmem ac diluam,
reperire non poſſum. Quid ais, Eruci? tot praedia, tam 43
pulchra, tam fructuoſa Sex. Roſcius filio ſuo relegationis ac
ſupplicii gratia colenda ac tuenda tradiderat? Quid hoc?
Patresfamilias, qui liberos habent, praeſertim homines il-
lius ordinis ex municipiis ruſticanis, nonne optatiſſimum
ſibi putant eſſe, filios ſuos rei familiari maxime ſervire et
in praediis colendis operae plurimum ſtudiique conſumere?
An amandarat hunc ſic, ut eſſet in agro ac tantummodo 44
aleretur ad villam? ut commodis omnibus careret? Quid
ſi conſtat, hunc non modo colendis praediis praefuiſſe, ſed

Qu. II, 4. *obiiciebatur animo metus quidam et dolor.* Terent. Heaut. I, 2, 12 *laetitiam obiicere.* Liv. XXVII, 1. *terrorem hoſti.* id. XXIX, 8 *furorem.* Nam obiici dicuntur, quae praeter opinionem eveniunt, ut ait Ruhnken. ad Terent. l. c.

§. 41. *in unico filio* pro *uno*, ut Verr. I, 41 *unicam filiam*, pro Coel. 32, 79. Saepius ſignificat praecipue dilectum.

*conſtantiſſimus.* Conſtans eſt cuius mens ſibi conſtat, qui ſemper e cauſis exploratis, non ex libidine, agit. Ita *conſtantia* opponitur *furori* Catil. II, 11, 25, *conſtantiſſimus mobili* pro Roſcio com. 16.

c. XV. §. 44. *amandarat*, contumeliae et poenae cauſa miſerat. Cic. fr. or. pro Scauro ap. Maium p. 13. ed. Francof. (p. 37 Heinr.) *A Poenis admixto Afrorum genere Sardi non deducti in Sardiniam atque ibi conſtituti, ſed amandati et repudiati coloni.*

*ad villam*, in villa. fr. or. pro Tullio ap. Maium p. 29 (p. 85 Heinr.) *reſpondit, dominum eſſe*

certis fundis, patre vivo, frui ſolitum eſſe? tamenne haec
attenta vita et ruſticana relegatio atque amandatio appella-
bitur? Vides, Eruci, quantum diſtet argumentatio tua ab re
ipſa atque a veritate. Quod conſuetudine patres faciunt,
id, quaſi novum, reprehendis; quod benevolentia fit, id odio
factum criminaris; quod honoris cauſa pater filio ſuo con-
45 ceſſit, id eum ſupplicii cauſa feciſſe dicis. Neque haec tu
non intelligis; ſed uſque eo, quid arguas, non habes, ut non
modo tibi contra nos dicendum putes, verum etiam con-
tra rerum naturam contraque conſuetudinem hominum
XVI contraque opiniones omnium. — „At enim, quum duos
filios haberet, alterum a ſe non dimittebat, alterum ruri
eſſe patiebatur." Quaeſo, Eruci, ut hoc in bonam partem
accipias: non enim exprobrandi cauſa, ſed commonendi
46 gratia dicam. Si tibi fortuna non dedit, ut patre certo na-
ſcerere, ex quo intelligere poſſes, qui animus patrius in li-
beros eſſet, at natura certe dedit, ut humanitatis non pa-
rum haberes. Eo acceſſit ſtudium doctrinae, ut ne a litte-
ris quidem alienus eſſes. Ecquid tandem tibi videtur, ut
ad fabulas veniamus, ſenex ille Caecilianus minoris facere
Eutychum, filium ruſticum, quam illum alterum, Chaere-
ſtratum? — nam, ut opinor, hoc nomine eſt — alterum
in urbe ſecum honoris cauſa habere, alterum rus ſupplicii
47 cauſa relegaſſe? „Quid ad iſtas ineptias abis?" inquies.
Quaſi vero mihi difficile ſit quamvis multos nominatim

*ad villam . . . Ad villam erat Tullius.* Vid. Beier. p. 35.

*attenta*, rei familiari augendae. Terent. Ad. V, 8, 31 *nimium ad rem in ſenecta attenti ſumus.* Cic. pro Quint. 3 *paterfamilias prudens et attentus.* Horat. Serm. II, 6, 82 *attentus quaeſitis.* Id. Ep. I, 7, 91 *durus nimis attentusque videris.*

§. 45. *quid arguas, non habes*, non habes compertum, neſcis. Hanc conſtructionem contra Erneſt. qui *habeo, quod* dici tantum poſſe ſibi perſuaſerat, recte defendit Heuſing. ad Off. II, 2, 11. Heindorf. ad Cic. de nat. d. III, 25, 64. Unum tamen locum intactum praetermiſit Erneſt. Brut. 87, 298 *adolescentes quid in latinis potius imitaremur, non habebamus.* In clave v. *Habere* meliora docet ipſe Erneſti.

c. XVI. §. 46. *patre certo*, qui quin pater tuus eſſet, dubitare non poſſes, ut Lael. 19, 70 *in veris patribus certisque.* Sic Invent. I, 2 *nemo legitimas viderat nuptias, non certos quisquam inſpexerat liberos*, quos ſuos eſſe certo ſciret. Cf. Liv. 39, 53. Simile eſt, quod Plutarch. in regum et imper. apophth. T. VIII. p. 165 ed. Hutten. de Cicerone narrat: *ἐρωτῶντος δὲ τοῦ Μετέλλου, τίς αὐτοῦ πατήρ ἐστι, ταύτην, ἔφη, τὴν ἀπόκρισιν χαλεπωτέραν ἡ σὴ μήτηρ πεποίηκεν. ἦν γὰρ ἡ τοῦ Μετέλλου ἀκόλαστος.*

*ſenex ille Caecilianus*, in fabula quadam Caecilii, poëtae comici.

§. 47. *quamvis multos.* Verr. II,



proferre, ne longius abeam, vel tribules vel vicinos meos,
qui ſuos liberos, quos plurimi faciunt, agricolas aſſiduos eſſe
cupiunt. Verum homines notos ſumere odioſum eſt, quum
et illud incertum ſit, velintne hi ſeſe nominari, et nemo vo-
bis magis notus futurus ſit, quam eſt hic Eutychus, et certe
ad rem nihil interſit, utrum hunc ego comicum adoleſcen-
tem, an aliquem ex agro Veiente nominem. Etenim haec
conficta arbitror a poëtis eſſe, ut effictos noſtros mores in
alienis perſonis expreſſamque imaginem noſtrae vitae quo-
tidianae videremus. Age nunc, refer animum, ſis, ad ve- 48
ritatem et conſidera, non modo in Umbria atque in ea vi-
cinitate, ſed in his veteribus municipiis, quae ſtudia a pa-
tribusfamilias maxime laudentur. Iam profecto te intelli-
ges inopia criminum ſummam laudem Sex. Roſcio vitio
et culpae dediſſe. Ac non modo hoc patrum voluntate li- XVII
beri faciunt, ſed permultos et ego novi, et, niſi me fallit
animus, unus quisque veſtrum, qui ipſi incenſi ſunt ſtudio,
quod ad agrum colendum attinet, vitamque hanc ruſticam,
quam tu probro et crimini putas eſſe oportere, et hone-
ſtiſſimam et ſuaviſſimam arbitrantur. Quid cenſes hunc 49
ipſum Sex. Roſcium, quo ſtudio et qua intelligentia eſſe in
ruſticis rebus? ut ex his propinquis eius, hominibus hone-

42, 102 *hac actione quam voletis multi dicent.* 58, 142 *quam volent magnas hoc nomine pecunias capere poſſint.* V, 5, 11 *exſpectate facinus quam vultis improbum.* Coel. 26, 63 *quam velit ſit potens.* 28, 67 *quam volent in conviviis faceti.* Brut. 21, 83 *oratio Laelii de collegiis non melior, quam de multis quam voles Scipionis.* Sic etiam cum adverbiis iungitur, ut infra §. 91. pro Flacco 15, 35 *quam volent impudenter mentiantur.* Cf. ib. 14, 33.

*ne longius abeam*, i. e. ne alienos dicam vel longinquos, ut recte Gesn. in theſ. qui comparat Cic. ad Famil. VII, 20 *non longe abieris*, non longe petatur exemplum; quod Lucanus I, 94 dixit, *fatorum ne longe exempla petantur.* Nam abire eſt etiam evagari, a propoſito discedere, ut paullo ante, *quid ad iſtas ineptias abis?*

§. 48. *ad veritatem*, ad veram rerum rationem (nos: *Wirklichkeit*), ad homines veros, non fictos. Orat. I, 33 *probo iſta, ut cauſa aliqua poſita conſimili earum cauſarum, quae in forum deferuntur, dicatis quam maxime ad veritatem accommodate*, id eſt, explicante Ern. in cl. ut vera res et cauſa, non ficta agi videatur. ib. 34 *commentatio incluſa in veritatis lucem proferenda eſt*, h. e. ad veras cauſas in foro adhibenda.

c. XVII. §. 49. *Quid cenſes hunc ipſum S. R. quo ſtudio* etc. Sic Or. I, 17, 79 *quid cenſes, ſi ad alicuius ingenium vel par vel maius illa, quae ego non attigi, acceſſerint, qualem illum et quantum oratorem futurum?* Nat. D. I. 27 extr. *Quid cenſes, ſi ratio eſſet in belluis, non ſuo quasque generi plurimum tributuras fuiſſe?* et 29, 82 *Quid igitur cenſes Apim illum — — nonne deum videri Aegyptiis?* de offic. II, 7,

stissimis, audio, non tu in isto artificio accusatorio callidior
es, quam hic in suo. Verum, ut opinor, quoniam ita Chry-
sogono videtur, qui huic nullum praedium reliquit, et arti-
ficium obliviscatur et studium deponat, licebit. Quod tam-
etsi miserum et indignum est, feret tamen aequo animo,
iudices, si per vos vitam et famam potest obtinere. Hoc
vero est, quod ferri non potest, si et in hanc calamitatem
venit propter praediorum bonitatem et multitudinem, et,
quod ea studiose coluit, id erit ei maxime fraudi, ut parum
miseriae sit, quod aliis coluit, non sibi, nisi etiam, quod
XVIII omnino coluit, crimini fuerit. Nae tu, Eruci, accusator
50 esses ridiculus, si illis temporibus natus esses, quum ab
aratro arcessebantur, qui consules fierent. Etenim, qui
praeesse agro colendo flagitium putes, profecto illum Ati-
lium, quem sua manu spargentem semen, qui missi erant,
convenerunt, hominem turpissimum atque inhonestissimum
iudicares. At hercule maiores nostri longe aliter et de
illo et de ceteris talibus viris existimabant. Itaque ex
minima tenuissimaque republica maximam et florentissi-
mam nobis reliquerunt: suos enim agros studiose cole-
bant, non alienos cupide appetebant; quibus rebus, et
agris et urbibus et nationibus rempublicam atque hoc
51 imperium et populi Romani nomen auxerunt. Neque
ego haec eo profero, quo conferenda sint cum hisce, de
quibus nunc quaerimus, sed ut illud intelligatur, quum
apud maiores nostros summi viri clarissimique homines,

25 *Quid enim censemus superiorem illum Dionysium quo cruciatu timoris angi solitum? quid Alexandrum quo animo vixisse arbitramur?* cf. de leg. agr. II, 17, 45. Similiter Plato Sympos. p. 211. E. *τί δῆτα, ἔφη, οἰόμεθα, εἴ τῳ γένοιτο αὐτὸ τὸ καλὸν ἰδεῖν εἰλικρινὲς — — — ἆρ' οἴει φαῦλον βίον γίγνεσθαι ἐκεῖσε βλέποντος ἀνθρώπου — —;* cf. Heind. ad Phaedr. p. 214. In his ad nostram consuetudinem *quid* abundat.

*callidior* de Erucio in malam partem sumitur, de Roscio in bonam, ut de nat. d. II, 57 *natura nihil est callidius.* Tusc. Qu. I, 20, 47 *callidissimum artificium naturae.*

c. XVIII. §. 50. *Atilium*, qui primus Serrani cognomen accepit. Consul fuit a. u. 495 et 503. cf. Valer. Max. IV, 4, 5. Colum. de re rust. I in. Plin. H. N. XVIII, 5.

*ex minima*, quum antea minima tenuissimaque fuisset, ut Terent. Andr. I, 1 in. *feci, e servo ut esses libertus mihi.* Ad rem cf. Virg. Georg. II, 532 *Hanc olim veteres vitam coluere Sabini; Hanc Remus et frater; sic fortis Etruria crevit; Scilicet et rerum facta est pulcherrima Roma.*

*quibus rebus et agris* etc. Nota diversam horum ablativorum rationem, de qua vid. ad or. pro Mur. §. 87.



qui omni tempore ad gubernacula reipublicae sedere de-
bebant, tamen in agris quoque colendis aliquantum ope-
rae temporisque consumserint, ignosci oportere ei homi-
ni, qui se fateatur esse rusticum, qui ruri assiduus sem-
per vixerit, quum praesertim nihil esset, quod aut patri
gratius aut sibi iucundius aut revera honestius facere
posset.
Odium igitur acerrimum patris in filium ex hoc, opi- 52
nor, ostenditur, Eruci, quod hunc ruri esse patiebatur.
Numquid est aliud? „Imo vero, inquit, est: nam istum
exheredare in animo habebat.“ Audio: nunc dicis aliquid,
quod ad rem pertineat. Nam illa, opinor, tu quoque con-
cedis levia esse atque inepta: convivia cum patre non ini-
bat; — quippe qui ne in oppidum quidem, nisi perraro,
veniret, — domum suam istum non fere quisquam voca-
bat; — nec mirum, qui neque in urbe viveret, neque revo-
caturus esset. Verum haec tu quoque intelligis esse nuga- XIX
toria. Illud, quod coepimus, videamus, quo certius argu- 53
mentum odii reperiri nullo modo potest. „Exheredare
pater filium cogitabat.“ Mitto quaerere, qua de causa;
quaero, qui scias; tametsi te dicere atque enumerare cau-
sas omnes oportebat, et id erat certi accusatoris officium,
qui tanti sceleris argueret, explicare omnia vitia atque
peccata filii, quibus incensus parens potuerit animum in-
ducere, ut naturam ipsam vinceret, ut amorem illum pe-
nitus insitum eiiceret ex animo, ut denique patrem esse
sese oblivisceretur; quae sine magnis huiusce peccatis acci-
dere potuisse non arbitror. Verum concedo tibi, ut ea 54
praetereas, quae, quum taces, nulla esse concedis; illum
quidem voluisse exheredare, certe tu planum facere debes.

§. 52. *opinor* ironice, ut *credo* pro Arch. p. 5. 10. pro Mil. 33 in. pro Ligar. 9, 28.

*Audio* est irridentis, et cum irrisione concedentis aliquid, quod deinde refutetur. cf. §. 58. Verr. II, 60. Tusc. II, 20, 46. Similiter Ter. Phorm. I, 3, 8 *At non quotidiana cura haec angeret animum.* Ph. *audio;* ubi Donatus: *audio per εἰρώνειαν dicitur pro non audio i. e. nihil dicis.*

c. XIX. §. 53. *tu quoque.* Male vulgo *haec quoque tu.* Repetuntur his ea, quae praecesserunt: *nam illa, opinor, tu quoque concedis levia esse atque inepta.*

*certi accusatoris*, cui certum esset et exploratum, quid diceret, quibus argumentis crimina sua firmaret, diligens. Similiter *certus paterfamilias* pro Quint. 3 cui ibidem opp. *una in re minus consideratus.* ib. 24 *certus animus et confirmatus.*

§. 54. *illum quidem.* vid. ad §. 31.

Quid ergo affers, quare id factum putemus? vere nihil
potes dicere. Finge aliquid saltem commode, ut ne plane
videaris id facere, quod aperte facis, huius miseri fortunis
et horum virorum talium dignitati illudere. „Exheredare
filium voluit.“ Quam ob causam? „Nescio.“ Exhereda-
vitne? „Non.“ Quis prohibuit? „Cogitabat.“ Cogitabat?
Cui dixit? „Nemini.“ Quid est aliud iudicio ac legibus
ac maiestate vestra abuti ad quaestum atque ad libidinem,
nisi hoc modo accusare atque id obiicere, quod planum
facere non modo non possis, verum ne coneris quidem?
55 Nemo nostrum est, Eruci, quin sciat, tibi inimicitias
cum Sex. Roscio nullas esse; vident omnes, qua de causa
huic inimicus venias; sciunt, huiusce pecunia te addu-
ctum esse. Quid ergo est? ita tamen quaestus te cupi-
dum esse oportebat, ut horum existimationem et legem
XX Remmiam putares aliquid valere oportere. Accusatores
multos esse in civitate utile est, ut metu contineatur auda-
cia; verumtamen hoc ita est utile, ut ne plane illudamur
ab accusatoribus. Innocens est quispiam; verumtamen,
quamquam abest a culpa, suspicione tamen non caret.
Tametsi miserum est, tamen ei, qui hunc accuset, possim
aliquo modo ignoscere. Quum enim aliquid habeat, quod
possit criminose ac suspiciose dicere, aperte ludificari et
56 calumniari sciens non videatur. Quare facile omnes pati-
mur esse quam plurimos accusatores, quod innocens, si
accusatus sit, absolvi potest, nocens, nisi accusatus fuerit,
condemnari non potest. Utilius est autem absolvi innocen-
tem, quam nocentem causam non dicere. Anseribus ciba-
ria publice locantur, et canes aluntur in Capitolio, ut

§. 55. *huiusce pecunia*, Sex. Roscii, ut P. Manut. explicat, non T. Roscii Magni, ut Hottom. *huiusce pec.* ut quaestum ex ea faceres.

*legem Remmiam*, oppositam calumniae accusatorum. Quo auctore et quo anno ea lāta sit, non constat.

c. XX §. 55. *innocens est quispiam*, pro si inn. est qu. Verr. V, 65, 168 *cognosceret hominem; aliquid de summo supplicio remitteres: ignoraret; tum, si ita sibi vider.* etc. ut recte locum em. P. Manut. pro *si cogn.*, *si ignoraret.* Fin. II, 17, 57 *occultum facinus esse potuerit; gaudebit.* Tusc. Qu. II, 24, 58 *ira exardescit, libido concitatur; in eamdem arcem confugiendum est.* cf. III, 24 in. Nat. d. I, 21, 57. vid. Gronov. observ. IV, 20. p. 315. Heusing. ad Vechn. hellenol. p. 147. Heindorf. ad Hor. Serm. I, 1, 45. Beier. ad offic. III, 19. p. 324. Vid. ad Sext. §. 92.

§. 56. *anseribus — locantur*, in memoriam servati eorum clangore Capitolii. Liv. V, 47. Locabant, ut cetera, censores. Plin. H. N.



significent, si fures venerint. At fures internoscere non
possunt; significant tamen, si qui noctu in Capitolium ve-
nerint, et, quia id est suspiciosum, tametsi bestiae sunt,
tamen in eam partem potius peccant, quae est cautior.
Quod si luce quoque canes latrent, quum deos salutatum
aliqui venerint, opinor, iis crura suffringantur, quod
acres sint etiam tum, quum suspicio nulla sit. Simillima 57
est accusatorum ratio: alii vestrum anseres sunt, qui tan-
tummodo clamant, nocere non possunt, alii canes, qui et
latrare et mordere possunt. Cibaria vobis praeberi vide-
mus; vos autem maxime debetis in eos impetum facere,
qui merentur; hoc populo gratissimum est: deinde si vole-
tis, etiam tum, quum verisimile erit aliquem commisisse,
in suspicione latratote; id quoque concedi potest: sin au-
tem sic agetis, ut arguatis aliquem patrem occidisse, ne-
que dicere possitis, aut quare aut quomodo, ac tantum-
modo sine suspicione latrabitis, crura quidem vobis nemo
suffringet, sed si ego hos bene novi, litteram illam, cui
vos usque eo inimici estis, ut etiam Kal. omnes oderitis,
ita vehementer ad caput affigent, ut postea neminem alium,
nisi fortunas vestras, accusare possitis.

Quid mihi ad defendendum dedisti, bone accusator? XXI
quid hisce autem ad suspicandum? „Ne exheredaretur, 58
veritus est.“ Audio; sed qua de causa vereri debuerit,
nemo dicit. „Habebat pater in animo.“ Planum fac. Nihil
est; non, quicum deliberarit, quem certiorem fecerit,
unde istud vobis suspicari in mentem venerit. Quum hoc
modo accusas, Eruci, nonne hoc palam dicis, ego, quid
acceperim, scio, quid dicam, nescio? unum illud spectavi,
quod Chrysogonus aiebat, neminem isti patronum futu-
rum, de bonorum emtione deque ea societate neminem

X. Canes autem ali in Capitolio a nullo alio traduntur.

*tametsi — tamen.* Vid. ad Mur. §. 16.

§. 57. *alii canes.* Similiter accusatorem cum cane comparat Demosth. in Aristog. p. 782, 8. loco in ceteris dissimili. *aliquem commisisse*, absolute pro deliquisse, peccasse, fere ut Verr. I, 43, 110 *nemo enim committeret.*

*litteram illam*, K, calumniae notam (nam antiqui scribebant *Kalumnia*, *Kalendae*) quae calumniatorum frontibus inurebatur ignominiae causa.

*Kal. omnes.* Calendis enim satisfaciendum erat creditoribus, unde *tristes Calendas* vocat Horat. Serm. I, 3, 87. Vet. interpr. *litteram K sic odistis, ut etiam propter ipsam fugiatis Kalendas, propterea quod Kalendae per K scribuntur.*

*fortunas vestras*, quae capiti vel usuris solvendis non sufficiant.

esse qui verbum facere hoc tempore auderet. Haec te opinio falsa in istam fraudem impulit. Non mehercule verbum fecisses, si tibi quemquam responsurum putasses.
59 Operae pretium erat, si animadvertistis, iudices, negligentiam eius in accusando considerare. Credo, quum vidisset, qui homines in hisce subselliis sederent, quaesisse, num ille aut ille defensurus esset; de me ne suspicatum quidem, quod antea causam publicam nullam dixerim. Posteaquam invenit neminem eorum, qui possunt et solent, ita negligens esse coepit, ut, quum in mentem veniret ei, resideret, deinde spatiaretur, nonnunquam etiam puerum vocaret, credo, cui coenam imperaret, prorsus ut vestro consessu et hoc conventu pro summa solitudine abuteretur.
XXII Peroravit aliquando, assedit; surrexi ego. Respirare visus
60 est, quod non alius potius diceret. Coepi dicere. Usque eo animadverti, iudices, eum iocari atque alias res agere, antequam Chrysogonum nominavi; quem simul atque attigi, statim homo se erexit; mirari visus est. Intellexi, quid eum pupugisset. Iterum ac tertio nominavi. Postea homines cursare ultro et citro non destiterunt, credo, qui Chrysogono nuntiarent, esse aliquem in civitate, qui contra voluntatem eius dicere auderet, aliter causam agi, atque

§. 58. *fraudem*, errorem. in Pison. 1 *vultus denique totus, qui sermo quidam tacitus mentis est, hic in fraudem homines impulit.* Manut.

§. 59. *num ille aut ille.* aut non est pro *an*, ut visum Facciol. non magis, quam infra c. 40 extr. *num aut ille lanista — aut hic discipulus.* Nam non significatur dubitatio, quis e pluribus defensurus sit, sed an omnino quisquam hoc sit facturus. Or. III, 33, 135. *num, quia ius civile didicerat, causas non dicebat? aut, quia poterat dicere, iuris scientiam negligebat? An* significaret hoc alterum verum videri. Sed neutrum verum est, et *num* ad secundum etiam membrum pertinet. Cf. Nat. D. II, 35 in. III, 15, 38. Recte de Offic. III, 13, 54. ediderunt: *num id iniuste aut improbe fecerit.* minus autem recte Schütz. in Cic. Brut. 44. in. *Erit*, *inquit M. Brutus, aut iam est iste quem* exspectas? edidit: *an iam est iste.*

*spatiaretur.* Quint. Inst. or. XI, 3, 126 *conveniet etiam* (oratori) *ambulatio quaedam propter immodicas laudationum moras; quamquam Cicero* (orat. 18) *rarum incessum neque ita longum probat: discursare vero — ineptissimum; urbaneque Flavius Virginius interrogavit de quodam suo antisophiste, quot millia passuum declamasset?* et §. 131 *unde moneor, ut ne id quidem transeam, ineptissime fieri, quum inter moras laudationum aut in aurem alicuius loquuntur, aut cum sodalibus iocantur* etc. Etiam *nonnunquam residere* indecorum videri debuit, quum stantes dicerent.

c. XXII. §. 60. *Usque eo* sc. dum ego coepi dicere, sed institutae orationis oblitus pro *donec* vel *dum* posuit *antequam.*



ille existimaret, aperiri bonorum emtionem, vexari pessime societatem, gratiam potentiamque eius negligi, iudices diligenter attendere, populo rem indignam videri. Quae 61
quoniam te fefellerunt, Eruci, quoniamque vides versa esse omnia, causam pro Sex. Roscio, si non commode, at libere dici, quem dedi putabas, defendi intelligis, quos traditurus sperabas, vides iudicare; restitue nobis aliquando veterem tuam illam calliditatem atque prudentiam, confitere huc ea spe venisse, quod putares hic latrocinium, non iudicium, futurum.

De parricidio causa dicitur; ratio ab accusatore reddita non est, quam ob causam patrem filius occiderit. Quod 62
in minimis noxiis et in his levioribus peccatis, quae magis crebra et iam prope quotidiana sunt, maxime et primum quaeritur, quae causa maleficii fuerit, id Erucius in parricidio quaeri non putat oportere, in quo scelere, iudices, etiam quum multae causae convenisse unum in locum atque inter se congruere videntur, tamen non temere creditur, neque levi coniectura res penditur, neque testis

§. 61. *restitue nobis*, denuo exhibe et ostende; amare, tanquam calliditate illa aegre caruissent iudices eamque desiderassent; *restitue nobis — — confitere.* Est acerba ironia irridentis hominem, qui se callidum putabat, quum esset stultissimus. *Ern.*

*aliquando* est nunc tandem aliquando, non, ut Schütz, *auf ein anderes Mal.*

*confitere — venisse*, pro *te venisse;* de nat. deor. I, 30, 84 *quam bellum erat, Vellei, confiteri potius nescire quae nescires.* Divin. in Caec. 18, 59 *quid habes, quod possis dicere — — nisi forte illud, quod dicturum te esse audio, quaestorem illius fuisse.* in Vatin. 13. extr. *quae te tanta tenuit amentia, ut tu — — parum putares testificatum esse, supplicationes te illas non putare?* quamquam prior locus excusationem habet a praec. *te*, in altero idem facile ante *testificatum* excidere potuit. *Me, te, se, nos, vos* millies omitti contendit Ruhnk. ad Rutil. Lup. p. 41 sq. negat Goerenz. ad Cic. de leg III, 19, 43. Fin. II, 15, 50. Verr. II, 33, 81. *negato sane, si voles, pecuniam accepisse.* Mihi multa in his e graeca consuetudine fluxisse videntur, qui dicunt: *ὁμολογῶ ἐληλυθέναι, ὁμολογῶ ἀγνοεῖν.* Cf. Beier. ad Cic. fr. or. p. 127.

*latrocinium.* Gesner. in thes. „utuntur etiam eo nomine invidiae faciendae causa, ad vim iniustam et dolos notandos," rectius quam Graevius ad hunc l., qui fraudem et insidias explicabat, cuiusque notam descripsit Forcellinus. Nimirum *iudicium* est, ubi audita utraque parte, testibus interrogatis, omnibus argumentis exploratis sententia fertur, *latrocinium*, ubi ad alterius utrius partis libidinem, alterius defensione neglecta, damnatur reus.

§. 62. *noxiis. noxia*, proprie adiectivum, nim. culpa, est culpa, iniuria, peccatum, *noxa*, culpae poena, unde *noxae dare;* hinc *noxia* quodvis detrimentum ac damnum. Vid. Oudendorp. ad

incertus auditur, neque accuſatoris ingenio res iudicatur.
Quum multa antea commiſſa maleficia, tum vita hominis
perditiſſima, tum ſingularis audacia oſtendatur neceſſe eſt,
neque audacia ſolum, ſed ſummus furor atque amentia;
haec quum ſint omnia, tamen exſtent oportet expreſſa ſce-
leris veſtigia, ubi, qua ratione, per quos, quo tempore
maleficium ſit admiſſum. Quae niſi multa et manifeſta
ſunt, profecto res tam ſceleſta, tam atrox, tam nefaria
63 credi non poteſt: magna eſt enim vis humanitatis. multum
valet communio ſanguinis, reclamitat iſtiusmodi ſuſpicio-
nibus ipſa natura, portentum atque monſtrum certiſſimum
eſt, eſſe aliquem humana ſpecie et figura, qui tantum im-
manitate beſtias vicerit, ut, propter quos hanc ſuaviſſimam
lucem adſpexerit, eos indigniſſime luce privarit, quum
etiam feras inter ſeſe partus atque educatio et natura ipſa
XXIII conciliet. Non ita multis ante annis, aiunt, T. Cloelium
64 quendam Tarracinenſem, hominem non obſcurum, quum
coenatus cubitum in idem conclave cum duobus adoleſcen-
tibus filiis iſſet, inventum eſſe mane iugulatum. Quum
neque ſervus quisquam reperiretur, neque liber, ad quem
ea ſuſpicio pertineret, id aetatis autem duo filii propter
cubantes ne ſenſiſſe quidem ſe dicerent, nomina filiorum
de parricidio delata ſunt. Quid poſtea? erat ſane ſuſpicio-
ſum: neutrum ſenſiſſe! auſum autem eſſe quemquam ſe
in id conclave committere, eo potiſſimum tempore, quum
ibidem eſſent duo adoleſcentes filii, qui et ſentire et de-
65 fendere facile poſſent! Erat porro nemo, in quem ea ſu-
ſpicio conveniret. Tamen, quum planum iudicibus eſſet
factum, aperto oſtio dormientes eos repertos eſſe, iudicio
abſoluti adoleſcentes et ſuſpicione omni liberati ſunt: nemo
enim putabat, quemquam eſſe, qui, quum omnia divina
atque humana iura ſcelere nefario polluiſſet, ſomnum ſta-

Suet. Caeſ. 81. Duker. ad Liv. 41, 23.

*ingenio*, eloquentia, ut §. 1.

§. 63. *propter quos*, i. e. per quos, quorum opera. Sic ſupra 7, 16. pro Mil. 22, 58. ad Fam. VII, 27 extr. *me, propter quem ceteri liberi ſunt.*

c. XXIII. §. 64. *Cloelium.* Valer. Max. VIII, 1 vocat Caelium.

*ſe in id conclave committere*, cum periculo intrare. Verr. IV, 11, 26 *in populi Rom. quidem conſpectum quo ore vos commiſiſtis?* Acad. Qu. IV, 21, 68 *ita enim finitima ſunt falſa veris, — ut tam praecipitem in locum non debeat ſe ſapiens committere.* ad Qu. fr. III, 2 *in ſenatum ſe committere.* Liv. XXIII, *in aciem ſe comm.* Pro *in* eſt dativus pro Sext. 54 *theatro populoque ſe comm.* Nota ſunt *mari, fluctibus* etc. *ſe comm.*



tim capere potuiſſet, propterea quod, qui tantum facinus
commiſerunt, non modo ſine cura quieſcere, ſed ne ſpi-
rare quidem ſine metu poſſunt. Videtisne, quos nobis poë- XXIV
tae tradiderunt patris ulciſcendi cauſa ſupplicium de matre 66
ſumſiſſe, quum praeſertim deorum immortalium iuſſu at-
que oraculis id feciſſe dicantur, tamen ut eos agitent furiae
neque conſiſtere usquam patiantur, quod ne pii quidem
ſine ſcelere eſſe potuerunt? Sic ſe res habet, iudices:
magnam vim, magnam neceſſitatem, magnam poſſidet
religionem paternus maternusque ſanguis; ex quo ſi qua
macula concepta eſt, non modo elui non poteſt, verum
usque eo permanat ad animum, ut ſummus furor atque
amentia conſequatur. Nolite enim putare, quemadmo- 67

*propterea quod — poſſunt* eſt ratio, quam Cic. e ſua perſona addit. Si eſſet cauſa, qua iudices adducti eſſent, Cic. ſcripſiſſet *poſſent.*

c. XXIV. §. 66. *Videtisne.* vid. ad §. 33.

*quos nobis poëtae tradid.* Oreſtem et Alcmaeonem, quorum ille Clytaemneſtram, hic, Amphiarai filius, Eriphylen matrem occidit, quae monili aureo a ducibus exercitus contra Thebas ducendi corrupta, locum indicaverat, ubi maritus, ne huic bello intereſſe cogeretur, ſe abdiderat, et hoc modo cauſa ei mortis fuerat. Oreſtis fabulam e Latinis tractavit Ennius in Duloreſte et Eumenidibus, Naevius, Pacuvius, Attius item in Duloreſte (unde *ſcenis agitatus Oreſtes* Virg. Aen. IV, 471); Alcmaeonis poſt Euripidem Ennius et Attius in cognominibus fabulis, hic etiam in Eriphyla.

*conſiſtere usquam*, non ſolum ullo in loco, ſed etiam animo. Verr. I, 3, 7 *religiones violatae conſiſtere eius animum ſine furore atque amentia non ſinunt.*

*quod ne pii quidem* in patres *ſine ſcelere*, caede matrum, *eſſe potuerunt.* Sic fere pro Mil. 1, 2 *ut ne timere quidem ſine aliquo timore poſſimus.*

*magnam vim.* vid. ad §. 31. *Neceſſitatem* non acceperim de *coniunctione ſanguinis, amoris, officii* cum Ern. in cl. ſeu de *vinculo affinitatis, cognationis, amicitiae, neceſſitudinis* cum Forcell., ſed de ipſa vi cogendi, quo ſenſu dicitur *neceſſitatem* alicui *adhibere*, et *cauſae neceſſariae* ſupra §. 40.

§. 67. *nolite enim putare.* Aeſchin. in Timarch. p. 179 ſq ed. Reiske: *μὴ γὰρ οἴεσθε, ὦ Ἀθηναῖοι, τὰς τῶν ἀτυχημάτων ἀρχὰς ἀπὸ θεῶν, ἀλλ᾽ οὐχ ὑπ᾽ ἀνθρώπων ἀσελγείας γίγνεσθαι, μηδὲ τοὺς ἠσεβηκότας, καθάπερ ἐν ταῖς τραγῳδίαις, Ποινὰς ἐλαύνειν καὶ κολάζειν δᾳσὶν ἡμμέναις, ἀλλ᾽ αἱ προπετεῖς τοῦ σώματος ἡδοναὶ — — ταῦτά ἐστιν ἑκάστῳ Ποινή κ. τ. λ.* Cic. in Piſ. 20 *nolite — putare — ut in ſcena videtis, homines conſceleratos impulſu deorum terreri Furiarum taedis ardentibus: ſua quemque fraus, ſuum facinus, ſuum ſcelus, ſua audacia de ſanitate ac mente deturbat: hae ſunt impiorum furiae, hae flammae, hae faces.* de leg. I, 14. §. 40. *Itaque poenas luunt non tam iudiciis — — ſed ut eos agitent inſectenturque furiae, non ardentibus taedis, ſicut in fabulis, ſed angore conſcientiae fraudisque cruciatu.* Cf. Parad. 2, 18. Quint. decl. 314. p. 623. ed. Burm., quem

dum in fabulis ſaepenumero videtis, eos, qui aliquid impie ſcelerateque commiſerint, agitari et perterreri Furiarum taedis ardentibus; ſua quemque fraus et ſuus terror maxime vexat, ſuum quemque ſcelus agitat amentiaque afficit, ſuae malae cogitationes conſcientiaeque animi terrent; hae ſunt impiis aſſiduae domeſticaeque Furiae, quae dies noctesque parentum poenas a conſceleratiſſimis filiis
68 repetant. Haec magnitudo maleficii facit, ut, niſi paene manifeſtum parricidium proferatur, credibile non ſit, niſi turpis adoleſcentia, niſi omnibus flagitiis vita inquinata, niſi ſumtus effuſi cum probro atque dedecore, niſi prorupta audacia, niſi tanta temeritas, ut non procul abhorreat ab inſania; accedat huc oportet odium parentis, animadverſionis paternae metus, amici improbi, ſervi conſcii, tempus idoneum, locus opportune captus ad eam rem, paene dicam, reſperſas manus ſanguine paterno iudices videant oportet, ſi tantum facinus, tam immane, tam acerbum
69 credituri ſint. Quare hoc, quo minus eſt credibile, niſi oſtenditur, eo magis eſt, ſi convincitur, vindicandum.
XXV Itaque cum multis ex rebus intelligi poteſt, maiores noſtros non modo armis plus, quam ceteras nationes, verum etiam conſilio ſapientiaque potuisse, tum ex hac re vel maxime, quod in impios ſingulare ſupplicium invenerunt. Qua in re quantum prudentia praeſtiterint iis, qui apud
70 ceteros ſapientiſſimi fuisse dicuntur, conſiderate. Prudentiſſima civitas Athenienſium, dum ea rerum potita eſt, fuiſſe traditur; eius porro civitatis ſapientiſſimum Solonem dicunt fuiſſe, eum, qui leges, quibus hodie quoque utuntur, ſcripſerit. Is quum interrogaretur, cur nullum ſup-

laudat Valcken. diatr. p. 185. et Senec. epiſt. 105, quam conferri iubet Wyttenb. ad Plut. de ſera num. vind. p. 59.

*ſuus terror*, opp. terrori ab aliis, ut h. l. a furiis, iniecto, eſt itaque terror ſ. formido conſcientia animi effecta. Heuſing. ad Cic. de offic. III, 31, 10 not. a. vel invitis libris *ſuus error* emendandum eſſe cenſet. Contra Ruhnk. ad Rutil. p. 10 ex hoc loco in Rutilio legendum cenſet *ſine ſummo moerore et terrore*.

*parentum* interfectorum *poenas*. dictum, ut caedis, templi expilati etc. poenas dare. i. e. propter caedem etc. Verr. I, 3 in. *agunt eum praecipitem poenae civium Romanorum.* ad Att. IX, 14 *Cn. Carbonis, M. Bruti ſe poenas perſequi, omniumque eorum, in quos Sulla crudelis fuiſſet.*

§. 68. *ſi — credituri ſint*, quod Graece dicitur *εἰ μέλλουσι πιστεύειν*. Cf. de nat. d. II, 32, 90.

§. 70. *Is quum interrog.* Diog. Laert. I, 59 *ἐρωτηθεὶς, διὰ τί κατὰ πατροκτόνου νόμον οὐκ ἔθηκε, διὰ τὸ ἀπελπίσαι, ἔφη.* Cf. Senec. de clem. I, 23.



plicium conſtituiſſet in eum, qui parentem necaſſet, reſpondit, ſe id neminem facturum putaſſe. Sapienter feciſſe dicitur, quum de eo nihil ſanxerit, quod antea commiſſum non erat, ne non tam prohibere, quam admonere videretur. Quanto maiores noſtri ſapientius! qui, quum intelligerent, nihil eſſe tam ſanctum, quod non aliquando violaret audacia, ſupplicium in parricidas ſingulare excogitaverunt, ut, quos natura ipſa retinere in officio non potuiſſet, ii magnitudine poenae maleficio ſummoverentur: inſui voluerunt in culeum vivos atque ita in flumen deiici.
O ſingularem ſapientiam, iudices! Nonne videntur hunc XXVI
hominem ex rerum natura ſuſtuliſſe et eripuiſſe, cui re- 71
pente coelum, ſolem, aquam terramque ademerint, ut, qui eum necaſſet, unde ipſe natus eſſet, careret iis rebus omnibus, ex quibus omnia nata eſſe dicuntur? Noluerunt feris corpus obiicere, ne beſtiis quoque, quae tantum ſcelus attigiſſent, immanioribus uteremur, non sic nudos in flumen deiicere, ne, quum delati eſſent in mare, ipſum polluerent, quo cetera, quae violata ſunt, expiari putantur; denique nihil tam vile, neque tam vulgare eſt,
cuius partem ullam reliquerint. Etenim quid tam eſt com- 72
mune, quam ſpiritus vivis, terra mortuis, mare fluctuantibus, litus eiectis? Ita vivunt, dum poſſunt, ut ducere animam de coelo non queant; ita moriuntur, ut eorum oſſa terra non tangat; ita iactantur fluctibus, ut nunquam abluantur; ita poſtremo eiiciuntur, ut ne ad ſaxa qui-

*ne non tam prohibere.* Cic. fragm. or. pro Tullio ap. Maium p. 26 ed. Franc. *Quod enim uſu non veniebat, de eo ſi quis legem aut iudicium conſtitueret, non tam prohibere videretur, quam admonere.* ad quem l. vid. Beier. p. 18. Hinc profecit declamator, qui Ciceronis nomen mentitus, orationem pro domo ſcripſit 49, 127 *neque erat cauſa, cur prohibendo non tam deterrere videretur, quam admonere.*

*maleficio ſummoverentur*, a mal. deterrerentur. Similiter Hor. Serm. I, 1, 39 *quum te neque fervidus aeſtus Demoveat lucro.*

c. XXVI. §. 71. *ſic*, ut forte ſeſe habent. Eſt Homericum *αὔτως*, Platonicum *οὕτως ἁπλῶς*, de quo vid. Stallbaum. ad Phil. §. 5. Nos *ohne weiteres, ohne Umſtände.* Hor. Carm. II, 11, 14 *ſic temere.*

*quo cetera — expiari putantur.* Notus verſus Euripidis Iph. T. 1193 Barn. *θάλασσα κλύζει πάντα τἀνθρώπων κακά.*

§. 72. *Etenim quid tam eſt comm.* De hoc loco Cicero ipſe ſic iudicat orat. 30, 107 *Quantis illa clamoribus adoleſcentuli diximus de ſupplicio parricidarum, quae nequaquam ſatis deferbuiſſe poſt aliquanto ſentire coepimus: quid enim — conquieſcant, et quae ſequuntur: ſunt enim omnia ſicut adoleſcentis non tam re et maturitate, quam ſpe et exſpectatione, laudati.*

dem mortui conquiescant. Tanti maleficii crimen, cui
maleficio tam insigne supplicium est constitutum, probare
te, Eruci, censes posse talibus viris, si ne causam quidem
maleficii protuleris? Si hunc apud bonorum emtores ipsos
accusares, eique iudicio Chrysogonus praeesset, tamen
73 diligentius paratiusque venisses. Utrum, quid agatur, non
vides? an apud quos agatur? Agitur de parricidio, quod
sine multis causis suscipi non potest; apud homines autem
prudentissimos agitur, qui intelligunt, neminem ne mini-
mum quidem maleficium sine causa admittere.

XXVII Esto; causam proferre non potes. Tametsi statim
vicisse debeo, tamen de meo iure decedam, et tibi, quod
in alia causa non concederem, in hac concedam, fretus
huius innocentia. Non quaero abs te, quare patrem Sex.
Roscius occiderit; quaero, quomodo occiderit. Ita quaero
abs te, C. Eruci, quomodo, et sic tecum agam, ut in eo
loco vel respondendi vel interpellandi tibi potestatem fa-
74 ciam vel etiam, si quid voles, interrogandi. Quomodo
occidit? Ipse percussit, an aliis occidendum dedit? Si
ipsum arguis, Romae non fuit; si per alios fecisse dicis,
quaero, servosne, an liberos? Liberos? quos homines?
indidemne Ameria, an hosce ex urbe sicarios? Si Ameria,
qui sunt hi? cur non nominantur? si Roma, unde eos no-
verat Roscius, qui Romam multis annis non venit, neque
unquam plus triduo fuit? ubi eos convenit? quicum lo-
cutus est? quomodo persuasit? Pretium dedit? cui dedit?

*diligentius paratiusque.* Sic Brut. 68, 241. cit. Weiskio, *is tamen ad dicendum veniebat magis audacter, quam parate.*

c. XXVII. §. 73. *causam prof. non potes.* Huc pertinet locus Quintil. VII, 2, 55. quod ibi monuit Gesn.

*Tametsi — tamen.* Vid. ad Muren. §. 16.

*in eo loco*, in eo capite quaestionis, dum haec res tractatur i. e. quaeritur, quomodo patrem occiderit S. Roscius. Sic §. 34. 78. cf. Verr. Act. I. c. 15.

§. 74. *Liberos?* addidi alterum *liberos* e coniectura, quia in eiusmodi dilemmate necessaria videbatur duorum membrorum, quae sibi opponuntur, accurata distinctio: primum enim respondet ei, quod ad liberos homines attinet, a §. 77 demum de servis. Vid. argum. Sic est infra §. 79.

*indidem* alibi non usurpatur a Cicerone, sed legitur etiam apud Cornel. Nep. imprimis apud Livium. Vid, Drakenb. ad XXV, 15. XXXIX, 8. semper addito nomine urbis vel regionis.

*Pretium dedit*, mercedem, pecuniam ad turpe quid faciendum. Cic. pro Caec. 25, 72 *ne pretio quidem corrumpi iudex potest.* Verr. V, 20 in. *pretio atque mercede minuisti maiestatem reip.* cf. infra §. 76. Virg. Aen. VI, 622 *fixit leges pretio atque refixit.*



per quem dedit? unde, aut quantum dedit? Nonne his
vestigiis ad caput maleficii perveniri solet? Et simul tibi
in mentem veniat, facito, quemadmodum vitam huiusce
depinxeris; hunc hominem ferum atque agrestem fuisse,
nunquam cum homine quoquam collocutum esse, nun-
quam in oppido constitisse. Qua in re praetereo illud, quod 75
mihi maximo argumento ad huius innocentiam poterat esse,
in rusticis moribus, in victu arido, in hac horrida inculta-
que vita istiusmodi maleficia gigni non solere. Ut non
omnem frugem neque arborem in omni agro reperire pos-
sis, sic non omne facinus in omni vita nascitur. In urbe
luxuries creatur; ex luxuria existat avaritia necesse est, ex
avaritia erumpat audacia; inde omnia scelera ac maleficia
gignuntur. Vita autem haec rustica, quam tu agrestem
vocas, parsimoniae, diligentiae, iustitiae magistra est.
Verum haec missa facio; illud quaero, is homo, qui, ut XXVIII
tute dicis, nunquam inter homines fuerit, per quos homi- 76
nes hoc tantum facinus, tam occultum, absens praesertim,
conficere potuerit. Multa sunt falsa, iudices, quae tamen
argui suspiciose possunt; in his rebus si suspicio reperta
erit, culpam inesse concedam. Romae Sex. Roscius occi-
ditur, quum in agro Amerino esset filius. Litteras, credo,
misit alicui sicario, qui Romae noverat neminem; arcessivit
aliquem; at quando? nuntium misit; quem? aut ad quem?
pretio, gratia, spe, promissis induxit aliquem; nihil ho-
rum ne confingi quidem potest; et tamen causa de parrici-
dio dicitur! Reliquum est, ut per servos id admiserit. O 77
dii immortales! rem miseram et calamitosam! Quod in
tali crimine innocenti saluti solet esse, ut servos in quae-
stionem polliceatur, id Sex. Roscio facere non licet! Vos,

*unde*, a quo? *solvere ab aliquo* est per attributionem, de mensa argentarii.

*ad caput malef.* auctorem, ut pro Planc. 23, 57 *si quid sine capite manabit, aut si quid erit eiusmodi, cuius non exstet auctor, qui audierit.* Antea dixerat *fontem maledicti.*

§. 75. *arido*, tenui, parco, quod nos dicimus *magere Kost.* Ridicule Ern. in cl. interpretatur cibum, post quem manus non lavandae sint, ut apud Senec. ep. 83. Aridum est, cui nihil suppetit, nisi quod necessarium est, superflua omnia desunt. Similiter *oratio arida* est ieiuna, sine ornamentis et suavitate.

*iustitiae magistra est.* Menand. ap. Stob. Tit. LVI. *ἄρ' ἐστὶν ἀρετῆς καὶ βίου διδάσκαλος ἐλευθέρου τοῖς πᾶσιν ἀνθρώποις ἀγρός.*

c. XXVIII. §. 76. *argui suspiciose*, ita argui, ut iudices suspicentur, vera esse. Sic *suspiciose dicere* supra §. 55. Brut 34 extr. *suspicionem facere* dicitur accusator pro Flacc. 33. cf. pro Deiot. 6, 17. infra §. 120.

dem mortui conquiescant. Tanti maleficii crimen, cui
maleficio tam insigne supplicium est constitutum, probare
te, Eruci, censes posse talibus viris, si ne causam quidem
maleficii protuleris? Si hunc apud bonorum emtores ipsos
accusares, eique iudicio Chrysogonus praeesset, tamen
73 diligentius paratiusque venisses. Utrum, quid agatur, non
vides? an apud quos agatur? Agitur de parricidio, quod
sine multis causis suscipi non potest; apud homines autem
prudentissimos agitur, qui intelligunt, neminem ne mini-
mum quidem maleficium sine causa admittere.

XXVII Esto; causam proferre non potes. Tametsi statim
vicisse debeo, tamen de meo iure decedam, et tibi, quod
in alia causa non concederem, in hac concedam, fretus
huius innocentia. Non quaero abs te, quare patrem Sex.
Roscius occiderit; quaero, quomodo occiderit. Ita quaero
abs te, C. Eruci, quomodo, et sic tecum agam, ut in eo
loco vel respondendi vel interpellandi tibi potestatem fa-
74 ciam vel etiam, si quid voles, interrogandi. Quomodo
occidit? Ipse percussit, an aliis occidendum dedit? Si
ipsum arguis, Romae non fuit; si per alios fecisse dicis,
quaero, servosne, an liberos? Liberos? quos homines?
indidemne Ameria, an hosce ex urbe sicarios? Si Ameria,
qui sunt hi? cur non nominantur? si Roma, unde eos no-
verat Roscius, qui Romam multis annis non venit, neque
unquam plus triduo fuit? ubi eos convenit? quicum lo-
cutus est? quomodo persuasit? Pretium dedit? cui dedit?

*diligentius paratiusque.* Sic Brut. 68, 241. cit. Weiskio, *is tamen ad dicendum veniebat magis audacter, quam parate.*

c. XXVII. §. 73. *causam prof. non potes.* Huc pertinet locus Quintil. VII, 2, 55. quod ibi monuit Gesn.

*Tametsi — tamen.* Vid. ad Muren. §. 16.

*in eo loco*, in eo capite quaestionis, dum haec res tractatur i. e. quaeritur, quomodo patrem occiderit S. Roscius. Sic §. 34. 78. cf. Verr. Act. I. c. 15.

§. 74. *Liberos?* addidi alterum *liberos* e coniectura, quia in eiusmodi dilemmate necessaria videbatur duorum membrorum, quae sibi opponuntur, accurata distinctio: primum enim respondet ei, quod ad liberos homines attinet, a §. 77 demum de servis. Vid. argum. Sic est infra §. 79.

*indidem* alibi non usurpatur a Cicerone, sed legitur etiam apud Cornel. Nep. imprimis apud Livium. Vid. Drakenb. ad XXV, 15. XXXIX, 8. semper addito nomine urbis vel regionis.

*Pretium dedit*, mercedem, pecuniam ad turpe quid faciendum. Cic. pro Caec. 25, 72 *ne pretio quidem corrumpi iudex potest.* Verr. V, 20 in. *pretio atque mercede minuisti maiestatem reip.* cf. infra §. 76. Virg. Aen. VI, 622 *fixit leges pretio atque refixit.*



per quem dedit? unde, aut quantum dedit? Nonne his
vestigiis ad caput maleficii perveniri solet? Et simul tibi
in mentem veniat, facito, quemadmodum vitam huiusce
depinxeris; hunc hominem ferum atque agrestem fuisse,
nunquam cum homine quoquam collocutum esse, nun-
quam in oppido constitisse. Qua in re praetereo illud, quod 75
mihi maximo argumento ad huius innocentiam poterat esse,
in rusticis moribus, in victu arido, in hac horrida inculta-
que vita istiusmodi maleficia gigni non solere. Ut non
omnem frugem neque arborem in omni agro reperire pos-
sis, sic non omne facinus in omni vita nascitur. In urbe
luxuries creatur; ex luxuria existat avaritia necesse est, ex
avaritia erumpat audacia; inde omnia scelera ac maleficia
gignuntur. Vita autem haec rustica, quam tu agrestem
vocas, parsimoniae, diligentiae, iustitiae magistra est.
Verum haec missa facio; illud quaero, is homo, qui, ut XXVIII
tute dicis, nunquam inter homines fuerit, per quos homi- 76
nes hoc tantum facinus, tam occultum, absens praesertim,
conficere potuerit. Multa sunt falsa, iudices, quae tamen
argui suspiciose possunt; in his rebus si suspicio reperta
erit, culpam inesse concedam. Romae Sex. Roscius occi-
ditur, quum in agro Amerino esset filius. Litteras, credo,
misit alicui sicario, qui Romae noverat neminem; arcessivit
aliquem; at quando? nuntium misit; quem? aut ad quem?
pretio, gratia, spe, promissis induxit aliquem; nihil ho-
rum ne confingi quidem potest; et tamen causa de parrici-
dio dicitur! Reliquum est, ut per servos id admiserit. O 77
dii immortales! rem miseram et calamitosam! Quod in
tali crimine innocenti saluti solet esse, ut servos in quae-
stionem polliceatur, id Sex. Roscio facere non licet! Vos,

*unde*, a quo? *solvere ab aliquo* est per attributionem, de mensa argentarii.

*ad caput malef.* auctorem, ut pro Planc. 23, 57 *si quid sine capite manabit, aut si quid erit eiusmodi, cuius non exstet auctor, qui audierit.* Antea dixerat *fontem maledicti.*

§. 75. *arido*, tenui, parco, quod nos dicimus *magere Kost.* Ridicule Ern. in cl. interpretatur cibum, post quem manus non lavandae sint, ut apud Senec. ep. 83. Aridum est, cui nihil suppetit, nisi quod necessarium est, superflua omnia desunt. Similiter *oratio arida* est ieiuna, sine ornamentis et suavitate.

*iustitiae magistra est.* Menand. ap. Stob. Tit. LVI. ἄρ' ἐστὶν ἀρε-τῆς καὶ βίου διδάσκαλος ἐλευθέ-ρου τοῖς πᾶσιν ἀνθρώποις ἀγρός.

c. XXVIII. §. 76. *argui suspiciose*, ita argui, ut iudices suspicentur, vera esse. Sic *suspiciose dicere* supra §. 55. Brut 34 extr. *suspicionem facere* dicitur accusator pro Flacc. 33. cf. pro Deiot. 6, 17. infra §. 120.

qui hunc accuſatis, omnes eius ſervos habetis; unus puer,
victus quotidiani adminiſter, ex tanta familia Sex. Roſcio
relictus non eſt. Te nunc appello, P. Scipio, te, Metelle;
vobis advocatis, vobis agentibus, aliquoties duos ſervos
paternos in quaeſtionem ab adverſariis Sex. Roſcius po-
ſtulavit. Meminiſtine te, T. Roſci, recuſare? Quid? ii
ſervi ubi ſunt? Chryſogonum, iudices, ſectantur; apud
eum ſunt in honore et in pretio. Etiam nunc, ut ex his
78 quaeratur, ego poſtulo, hic orat atque obſecrat. Quid
facitis? cur recuſatis? Dubitate etiam nunc, iudices, ſi
poteſtis, a quo ſit Sex. Roſcius occiſus, ab eone, qui
propter illius mortem in egeſtate et inſidiis verſatur, cui
ne quaerendi quidem de morte patris poteſtas permittitur,
an ab iis, qui quaeſtionem fugitant, bona poſſident, in cae-
de atque ex caede vivunt? Omnia, iudices, in hac cauſa
ſunt miſera atque indigna; tamen hoc nihil neque acer-
bius neque iniquius proferri poteſt: mortis paternae de
ſervis paternis quaeſtionem habere filio non licet; ne tam-
diu quidem dominus erit in ſuos, dum ex iis de patris
morte quaeratur. Veniam, neque ita multo poſt, ad hunc
locum: nam hoc totum ad Roſcios pertinet, de quorum
audacia tum me dicturum pollicitus ſum, quum Erucii
crimina diluiſſem.
XXIX Nunc, Eruci, ad te venio. Conveniat mihi tecum
79 neceſſe eſt, ſi ad hunc maleficium iſtud pertinet, aut ipſum
ſua manu feciſſe, — id quod negas, — aut per aliquos
liberos, aut ſervos. Liberosne? quos neque ut convenire
potuerit, neque qua ratione inducere, neque ubi, neque
per quos, neque qua ſpe, aut quo pretio, potes oſten-
dere. Ego contra oſtendo, non modo nihil eorum feciſſe

§. 77. *P. Scipio.* Eſt pater eius, qui Pompeii Magni ſocer fuit, itaque Serapionis nepos, L. Craſſi gener; Metellus autem eſt pater Metelli Nepotis, conſulis a. u 696. cum Lentulo Spinthere, i. e. Q. Metellus Celer, Nepotis mai. (cos. a. 655) filius, Balearici nepos.

§. 78. *Dubitate etiam nunc.* Indignatio, quod in re perſpicua dubitetur. Tale illud in Verrem lib. III. (c. 38. §. 86) *vos etiam nunc dubitate, ſi poteſtis, utrum tantum numerum tritici Venerius apparitor iſtius ſibi acceperit, an huic exegerit.* Ibidem (c. 55 in.) *exſpectate etiam, iudices, exſpectate, ſi poteſtis, auctoritatem accuſationis meae.* Non diſſimilis illa indignatio lib. II. (c. 31 in.) *retinete, retinete hominem in civitate, iudices; parcite et conſervate, ut ſit, qui vobiscum res iudicet, qui in ſenatu ſine ulla cupiditate de bello et pace ſententiam ferat. Manut.* Similiter infra §. 88. *reliat, ut hoc dubitemus.* Verr. III, 89, 208. *Deſinite nunc dubitare.*



Sex. Roſcium, ſed ne potuiſſe quidem facere, quod neque
Romae multis annis fuerit, neque de praediis unquam
temere diſceſſerit. Reſtare tibi videbatur ſervorum no-
men, quo quaſi in portum, reiectus a ceteris ſuſpicioni-
bus, confugere poſſes; ubi ſcopulum offendis eiusmodi,
ut non modo ab hoc crimen reſilire videas, verum omnem
ſuſpicionem in vosmet ipſos recidere intelligas. Quid eſt 80
ergo, quo tandem accuſator, inopia argumentorum, con-
fugerit? „Eiusmodi tempus erat,“ inquit, „ut homines
vulgo impune occiderentur; quare tu hoc propter multi-
tudinem ſicariorum nullo negotio facere potuiſti.“ Interim
mihi videris, Eruci, una mercede duas res aſſequi velle,
nos iudicio perfundere, accuſare autem eos ipſos, a qui-
bus mercedem accepiſti. Quid ais? vulgo occidebantur?
Per quos? et a quibus? Non cogitas, te a ſectoribus huc
adductum eſſe? „Quid poſtea?“ Neſcimus, per iſta tem-
pora eosdem fere ſectores fuiſſe collorum et bonorum? Ii 81

c. XXIX. §. 80. *una mercede.* quum a noſtris adverſariis pecuniam acceperis, ut Sex. Roſcium, non ut eos ipſos, a quibus accepiſſes, accuſares. *Manut.*

*iudicio perfundere.* Manut. explicat, leviter adſpergere, aliqua nos iudicii moleſtia afficere; Hottom. metu et formidine perfundere, qua, qui in iudicium vocati ſunt, afficiuntur; Graevius, iudicio obſcuro, in quo nihil clare liquidoque probetur, obruere, quo ſenſu *perfuſorie dicere* legitur apud Iurisconſultos, *perfuſoriae aſſertiones* ap. Suet. Domit. 8. Erneſti, vexare, moleſtia afficere, per calumniam, aliqua privata de cauſa, quo ſenſu *perfuſorias* etiam *aſſertiones* accipi vult. Mihi Facciolati explicatio maxime probatur, ſpeciem aliquam iudicii nobis offundere, revera autem adverſarios accuſare, maxime ob locum Cicer. Brut. 9, 38 de Demetrio Phalereo: *ſuavis, ſicut fuit, videri maluit, quam gravis, ſed ſuavitate ea, qua perfunderet animos, non qua perfringeret.* Sic Seneca ep. 23 *haec, quibus delectatur vulgus, tenuem habent ac perfuſoriam voluptatem.*

*Per* aliquos occiduntur, qui eorum inſtigatione, opera, non ipſorum manu, occiduntur; *ab* aliis, qui ab illis ipſis, *immediate* barbare dicunt. Cf. ad §. 149. Catil. III, §. 3. Sic Catil. II, §. 7. *quod nefarium ſtuprum non per illum factum* eſt, nimirum illo ad libidinem facem praeferente, ut loquitur Catil. I, §. 13.

*Quid poſtea?* hoc loco valet *Quid inde?* quaſi Erucius reſponderit, *cogito* vel *ſi cogitem, quid inde?* Conceſſio enim alterius ſupponitur, ut apud Terentium Adelph. V, 8, 6 ait Demea: *primum huius uxoris eſt mater;* et Micio reſpondet, *Quid poſtea?* In iisdem IV, 1, 13, Syrus, *cliens, amicus, hoſpes nemo eſt vobis?* Cteſipho, *ſunt; quid poſtea?* quo loco exprimitur ipſa conceſſio. In Eun. II, 3, 78. Parmeno, *capias tu illius veſtem.* Chaerea, *veſtem? quid tum poſtea?* Eodem ſenſu infra c. 33 ex T. Roſcii perſona: *quid poſtea ſi Romae aſſiduus fui? Garat.*

*ſectores collorum et bonorum,*

denique, qui tum armati dies noctesque concurſabant, qui
Romae erant aſſidui, qui omni tempore in praeda et ſan-
guine verſabantur, Sex. Roſcio temporis illius acerbitatem
iniquitatemque obiicient, et illam ſicariorum multitudi-
nem, in qua ipſi duces ac principes erant, huic crimini
putabunt fore, qui non modo Romae non fuerit, ſed
omnino, quid Romae ageretur, neſciret, propterea quod
82 ruri aſſiduus, quemadmodum tute confiteris, fuit? Vereor,
ne aut moleſtus ſim vobis, iudices, aut ne ingeniis veſtris
videar diffidere, ſi de tam perſpicuis rebus diutius diſſe-
ram. Erucii criminatio tota, ut arbitror, diſſoluta eſt;
niſi forte exſpectatis, ut illa diluam, quae de peculatu ac
de eiusmodi rebus commentitiis, inaudita nobis ante hoc
tempus ac nova, obiecit, quae mihi iſte viſus eſt ex alia
oratione declamare, quam in alium reum commentaretur:
ita neque ad crimen parricidii, neque ad eum, qui cau-
ſam dicit, pertinebant. De quibus quoniam verbo arguit,
verbo ſatis eſt negare; ſi quid eſt, quod ad teſtes reſervet,
ibi nos quoque, ut in ipſa cauſa, paratiores reperiet,
quam putabat.
XXX Venio nunc eo, quo me non cupiditas ducit, ſed fides.
83 Nam ſi mihi liberet accuſare, accuſarem alios potius, ex

Luſus ex ambiguo. Sectores vocabantur, qui univerſa bona alicuius, maxime proſcripti, hanc ob cauſam redimebant, ut iis per partes vendendis lucrum facerent, a ſecandis bonis dicti. Sic Ern. in cl.

§. 81. *fuerit — neſciret*, i. e. quem non fuiſſe ſciunt, vel quamvis fuerit. vid. ad §. 23. Vulgo: *fuit — neſciret.*

§. 82. *diſſoluta eſt.* Cic. de or. II, 58, 236 *odioſas res ſaepe, quas argumentis dilui non facile eſt, ioco riſuque diſſolvit*, ad nihilum redigit, evertit. Ut hic Cicero *res riſu diſſolvere* dixit, ſic Horat. Serm. II, 1 extr. *ſolventur riſu tabulae*, i. e. ſententiae iudicum mitiores, leniores fient riſu, ſed reſpiciens ſimul ad propriam ſignificationem verb. *ſolvi* et *tabulae.*

*niſi forte exſpectatis*, i. e. neque enim vos exſpectare puto. Eſt formula, qua id, quod contra dici poſſit, abſurdum eſſe ſignificatur. cf. Mil. 7. 17. Sic *niſi vero* Mil. 3, 8. 5 extr. 30, 81. 33, 91. et ſimplex *niſi* §. 131. 147. Dudum hoc ante Goerenzium ad Cic. Leg. I, 2, 2 docuerunt Gesnerus in theſ. et Turſellinus. Cf. Beier. ad Off. I, 33. p. 254. ad orat. pro Tull. p. 44.

c. XXX. §. 83. *ſi mihi liberet accuſare*, ſi libenter alios accuſarem, ut loquitur §. 94. Idem eſt *ſtudio accuſare* c. 32 extr. *Creſcere ex* vel *de aliis* dicuntur, qui iis accuſandis et iudicio perſequendis ſibi gloriam et auctoritatem comparant. Verr. V, 67 extr. *ſi videor hic, id quod ego non quaeſivi, de uno iſto* (Verre) *voluiſſe creſcere, iſto abſoluto, quod ſine multorum ſcelere fieri non poteſt, de multis mihi creſcere licebit.* Liv. XXXV, 19 *ſi quibus tuorum apud te creſcere libet,*



quibus poſſem creſcere; quod certum eſt non facere, dum
utrumvis licebit. Is enim mihi videtur ampliſſimus, qui
ſua virtute in altiorem locum pervenit, non qui aſcendit
per alterius incommodum et calamitatem. Deſinamus
aliquando ea ſcrutari, quae sunt inania; quaeramus, ubi
maleficium et eſt et inveniri poteſt. Iam intelliges, Eruci,
certum crimen quam multis ſuſpicionibus coarguatur;
tametſi neque omnia dicam, et leviter unumquodque tan-
gam. Neque enim id facerem, niſi neceſſe eſſet, et id erit
ſigni, me invitum facere, quod non perſequar longius, 84
quam ſalus huius et mea fides poſtulabit. Cauſam tu nul-
lam reperiebas in Sex. Roſcio; at ego in T. Roſcio repe-
rio. — Tecum enim mihi res eſt, T. Roſci, quoniam
iſtic ſedes ac te palam adverſarium eſſe profiteris; de
Capitone poſt viderimus, ſi, quemadmodum paratum eſſe
audio, teſtis prodierit; tum alias quoque ſuas palmas
cognoſcet, de quibus me ne audiſſe quidem ſuſpicatur. —
L. Caſſius ille, quem populus Romanus veriſſimum et ſapi-
entiſſimum iudicem putabat, identidem in cauſis quaerere
ſolebat, *cui bono fuiſſet*. Sic vita hominum eſt, ut ad male-
ficium nemo conetur ſine ſpe atque emolumento accedere.
Hunc quaeſitorem ac iudicem fugiebant atque horrebant ii, 85

*aliam materiam creſcendi, quam ex me, quaerant.*

*quaeramus, ubi malef. et eſt*, i. e. quaeramus ibi, ubi. ſ. qu. apud eos, in quibus etc. Quamquam particulis interrogandi etiam in oratione obliqua indicativum nonnunquam iungit Cicero. Vid. de leg. agr. II, 10 extr. agr. III, 4, 15 *quoniam, qua de cauſa ille hoc promulgavit, oſtendi.* pro Flacc. 6, 13 *a vobis petam, ut memineritis, quarum rerum invidia certus eſt inquiſitioni comitum numerus conſtitutus.* de nat. d. II, 6 extr. *animum illum ſpirabilem, ſi quis quaerat, unde habemus, apparet*, ubi Ern. dedit *habeamus*, qui tamen ad I, 41 extr. *qui quamobrem colendi ſunt, non intelligo*, ne γρῦ quidem. Lael. 25 *meminiſtis, quam popularis lex de ſacerdotiis C. Licinii Craſſi videbatur.* Vid. Wopkens lect. Tull. pag. 145. Ruhnk. ad Rutil. Lup. p. 98 qui laudat Malaspinam in Ciceron. ad Att. XIV, 13. Cf. Heuſing. ad Cic. de off. I, 7, 6. II, 5, 4 qui tamen, quum variandae orationis cauſa hoc fieri dicat, videat, ne hoc modo omnibus ſoloeciſmis patrocinari videatur.

*certum crimen*, quod idoneis argumentis nititur, opp. *inane.*

§. 84. *Cauſam*, cur parricidium commiſiſſet.

*eſſe profiteris.* Vid. ad Muren. §. 28.

*palmas.* vid. ad c. VI. §. 17.

*L. Caſſius* Longinus, trib. pl. a. u. 616 Lepido et Mancino coſſ. auctor legis tabellariae. cf. Mil. 12, 32. ubi vid. Aſcon.

*Sic vita hominum eſt.* pro Roſc. com. 10. *ſic eſt vulgus; ex veritate pauca, ex opinione multa aeſtimat.* imprimis apud comicos. Ter. Andr. I, 1, 35. *ſic vita erat; facile omnes perferre ac pati.* Phorm. I, 2, 20. *ſic eſt ingenium.*

quibus periculum creabatur, ideo quod, tametſi veritatis erat amicus, tamen natura non tam propenſus ad miſericordiam, quam implacatus ad ſeveritatem videbatur. Ego, quanquam praeeſt huic quaeſtioni vir et contra audaciam fortiſſimus et ab innocentia clementiſſimus, tamen facile me paterer vel illo ipſo acerrimo iudice quaerente vel apud Caſſianos iudices, quorum etiam nunc ii, quibus cauſa dicenda eſt, nomen ipſum reformidant, pro Sex. Roſcio di-
XXXI cere. In hac enim cauſa, quum viderent, illos ampliſſimam
86 pecuniam poſſidere, hunc in ſumma mendicitate eſſe, illud quidem non quaererent, cui bono fuiſſet, ſed, eo perſpicuo, crimen et ſuſpicionem potius ad praedam adiungerent, quam ad egeſtatem. Quid ſi accedit eodem, ut tenuis antea fueris? quid ſi, ut avarus? quid ſi, ut audax? quid ſi, ut illius, qui occiſus eſt, inimiciſſimus? num quaerenda cauſa, quae te ad tantum facinus adduxerit? Quid ergo
87 horum negari poteſt? Tenuitas hominis eiusmodi eſt, ut diſſimulari non queat, atque eo magis eluceat, quo magis

§. 85. *impl. ad ſeveritatem*, i. e. quod attinet ad ſever., ratione habita ſeveritatis vel, ita ut ſponte animi natura ad ſeveritatem inclinaret. Omitti etiam poterant haec verba; ſed Cicero ſaepe addit, ut membrum alterum priori exaequet. Or. I, 25, 113 *animi atque ingenii celeres quidam motus eſſe debent, qui et ad excogitandum acuti, et ad explicandum ornandumque ſint uberes, et* ad memoriam *firmi atque diuturni.* ib. 32, 146 *eſt enim, etiamſi minus neceſſarium ad bene dicendum, tamen* ad cognoſcendum *non illiberale.* II, 49, 200 *nihil mihi ad exiſtimationem turpius, nihil* ad dolorem *acerbius accidere poſſe.* cf. Nat. d. II, 34, 87. 60, 151.

*ab innocentia clem.* ad ſimilitudinem ſ. analogiam dictum eſt formularum, *ab alio ſtare* vel *facere.* ut Brut. 79 *talis tribunus pl. fuit, ut nemo contra civium perditorum popularem turbulentamque dementiam a ſenatu et a bonorum cauſa ſteterit conſtantius*, i. e. ſenatum ac bon. cauſam defenderit. Or. I, 13. *vide, ne hoc, Scaevola, totum ſit a me.* cf. infra §. 104. Eſt igitur pro in gratiam innocentiae ſ. innocentium; et hoc etiam additum eſt, ut hoc membrum priori reſponderet, et verbis *contra audaciam* opponerentur illa *ab innocentia.*

c. XXXI. §. 86. *crimen — egeſtatem*, i. e. criminarentur potius et ſuſpectos haberent eos, qui praeda Sextii ditati eſſent, quam eum, qui propter bona erepta in ſumma egeſtate eſſet. Sed *perſpicuum crimen* pugnat cum ſuſpicione, ideoque §. 18. *ſuſpicioſum* et *perſpicuum* inter ſe opponuntur; itaque Puteani et Lambini emendationem recepi, *eo perſpicuo*, quum id, cui bono fuiſſet, perſpicuum eſſet, nec quaeri opus eſſet.

*accedit eodem, ut.* Orat. II, 48 *accedebat, ut haec tu adoleſcens pro rep. queri ſumma cum dignitate exiſtimarere.* Verr. II, 12, 31. Cat. m. 6.



occultatur; avaritiam praefers, qui ſocietatem coieris de municipis cognatique fortunis cum alieniſſimo; quam ſis audax, ut alia obliviſcar, hinc omnes intelligere potuerunt, quod ex tota ſocietate, hoc eſt, ex tot ſicariis ſolus tu inventus es, qui cum accuſatoribus ſederes atque os tuum non modo oſtenderes, ſed etiam offerres; inimicitias tibi fuiſſe cum Sex. Roſcio et magnas rei familiaris controverſias,
concedas neceſſe eſt. Reſtat, iudices, ut hoc dubitemus, 88
uter potius Sex. Roſcium occiderit, is, ad quem morte eius divitiae venerint, an is, ad quem mendicitas? is, qui antea tenuis fuerit, an is, qui poſtea factus ſit egentiſſimus? is, qui ardens avaritia feratur infeſtus in ſuos, an is, qui ſemper ita vixerit, ut quaeſtum noſſet nullum, fructum autem eum ſolum, quem labore peperiſſet? is, qui omnium ſectorum audaciſſimus ſit, an is, qui propter fori iudiciorumque inſolentiam non modo ſubſellia, verum etiam urbem ipſam reformidet? poſtremo, iudices, id quod ad rem mea ſententia maxime pertinet, utrum inimicus potius, an filius?
Haec tu, Eruci, tot et tanta ſi nactus eſſes in reo, quam- XXXII
diu diceres! quo te modo iactares! tempus, hercule, te ci- 89
tius, quam oratio, deficeret: etenim in ſingulis rebus eiusmodi materies eſt, ut dies ſingulos poſſis conſumere. Neque ego non poſſum: non enim mihi tantum derogo, tametſi nihil arrogo, ut te copioſius, quam me, putem poſſe dicere. Verum ego forſitan, propter multitudinem patronorum, in grege annumerer; te pugna Cannenſis accuſatorem ſat

§. 87. *praefers*, oſtendis, demonſtras. Sic in epiſt. Planci ad Fam. X, 8, 8. *praeferre ſenſus aperte* et ſaepe apud Tacitum, Plinium, alios. Apud Ciceronem eo ſenſu uſitatius eſt *prae ſe ferre.*

*os tuum — offerres. Os*, ut *frons*, cum ſignificatione impudentiae dicitur. *Oſtendunt* vero os, qui impudenter ſe gerunt, *offerunt*, qui id agunt, ut alii etiam animadvertant.

§. 88. *Reſtat, ut hoc dubitemus.* Vid ſupra ad §. 78.

*quaeſtum noſſet nullum. Quaeſtus* maxime uſurpatur de pecunia in foenore collocata, *fructus* de reditibus praediorum et agrorum. Tuſc. Qu. V, 31 *quaeſtuoſa mercatura, fructuoſa aratio dicitur.*

c. XXXII. §. 89. *in grege patronorum annumerer*, εἷς τῶν πολλῶν, ut non ſim *egregius* aliquis patronus, ſed eodem loco, quo *gregarii* milites.

*Pugnam Cannenſem* vocat caedem infinitam proſcriptorum Sullae auctoritate factam, ad *pugnam forenſem* ſ. concertationem in foro oratorum — vid. Spalding. ad Quint. X, 1, 31. — reſpiciens, et quod utrobique plurimi ceciderunt. In ea caede quum plurimi accuſatores interfecti eſſent ab iis, qui iudicia timebant, Erucius ſo-

bonum fecit. Multos caeſos, non ad Thraſimenum lacum,
90 ſed ad Servilium, vidimus. *Quis ibi non eſt vulneratus*
*ferro Phrygio?* Non neceſſe eſt omnes commemorare,
Curtios, Marios, denique Memmios, quos iam aetas a proe-
liis avocabat, poſtremo Priamum ipſum ſenem, Antiſtium,

lus vel cum paucis relictus facile ſat bonus accuſator haberi poterat.

*ad Servilium* lacum. Seneca de provid. 3 *videant largum in foro ſanguinem et ſupra Servilianum lacum (id enim proſcriptionis Sullanae ſpoliarium eſt) ſenatorum capita et paſſim vagantes per urbem percuſſorum greges et multa millia civium Romanorum uno loco poſt fidem, imo per ipſam fidem trucidata.* Jul. Firmicus Maternus matheſ. l. I. *Viſne aliquid tibi, quia in Sullanis temporibus verſamur, de lacu Servilio referam? in quo multorum ſenatorum capita ad oſtentationem immaniſſimi facinoris ſectis cervicibus pependerunt. Lacus* autem vocantur aquarum publicarum ex aquaeductibus receptacula (Vitruv. 8, 7), quales *ſternendos lapide* a. u. 571. M. Porcius Cato et L. Valerius Flaccus cenſores locaverunt Liv. 39, 44. Frontinus de aquaed. 78 ſummam eiusmodi lacuum colligit ad 591. A ſolo Agrippa 700 factos memorat Plin. H. N. 36, 15.

§ 90. *Quis ibi — Phrygio* „verba ſunt Ulyſſis ap. Ennium excuſantis ſe, quod vulneratus ex pugna fugerit in Achillis tentorium. Sic ſcholiaſtes anonymus.“ Weiske. Si verſus eſt, legendum certe: — — — *quis ibi non vulneratus eſt Ferro Phrygio?* ut in priore deſint ad ſenarium explendum duo pedes.

*Curtii*, *Marii*, ignoti accuſatores, quod mirum, quum Cic. in Bruto oratores Rom. diligentiſſime enumeraverit. Sed fortaſſe pro *Curtios*, *Marios* leg. *Curiones*, *Varios*, quos Brut. 49 cum Antiſtio numerat. C. Curio *illuſtris orator* memoratur etiam Brut. 29, 32 et 63. Praetor fuit a. u. 632. Q. Varius *fortis actor et vehemens, et quem plane oratorem dicere auderes.* Brut. 62. *homo importuniſſimus, ſummo cruciatu ſupplicioque periit.* de nat. d. III, 33. *Memmios* (vulgo *Mamercos*) Cic. Brut. 36 in. *Tum etiam C. et L. Memmii fuerunt oratores mediocres, accuſatores acres atque acerbi.*

*quos iam aetas a pr. avocabat*, i. e. quibus propter ſenectutem parcendum erat, ut recte Weiske. Pergitur enim in metaphora.

*Antiſtium.* Videtur eſſe is, quem Cic. Brut. 49 memorat cum C. Cotta, P. Sulpicio, Q. Vario, Cn. Pomponio, C. Curione, L. Fufio, et M. Druſo, et quem ib. c. 63 floruiſſe iis temporibus dicit, *quibus inter profectionem reditumque Sullae ſine iure fuit et ſine ulla dignitate resp. Poſt tribunatum* (a. u. 656.) *primo multae ad eum cauſae, deinde omnes, maximae quaecunque erant, deferebantur.* et c. 90 de annis 667. 668, 669 ſqq. loquens: *magis magisque quotidie probabatur Antiſtius.* — — *Tumultus interim pro recuperanda republica, et crudelis interitus oratorum trium, Scaevolae, Carbonis, Antiſtii* (a. u. 670 ſq.) Occiſum eum eſſe Damaſippi praetoris iuſſu in curia Hoſtilia ſcribit Vell. II, 26. cf. Appian. b. civil. II. p. 675. ed. Toll. *Priamus* h. l. vocari videtur et propter ſenectutem et propter principatum, quem inter oratores obtinebat.



quem non modo aetas, ſed etiam leges pugnare prohibe-
bant. Iam, quos nemo propter ignobilitatem nominat,
ſexcenti ſunt, qui inter ſicarios et de veneficiis accuſabant;
qui omnes, quod ad me attinet, vellem viverent: nihil
enim mali eſt, canes ibi quam plurimos eſſe, ubi permulti
obſervandi multaque ſervanda ſunt. Verum, ut fit, multa 91
ſaepe imprudentibus imperatoribus vis belli ac turba mo-
litur. Dum is in aliis rebus erat occupatus, qui ſummam
rerum adminiſtrabat, erant interea, qui ſuis vulneribus me-
derentur, qui, tamquam ſi offuſa reipublicae ſempiterna
nox eſſet, ita ruebant in tenebris omniaque miſcebant; a
quibus miror, ne quod iudiciorum eſſet veſtigium, non ſub-
ſellia quoque eſſe combuſta: nam et accuſatores et iudices
ſuſtulerunt. Hoc commodi eſt, quod ita vixerunt, ut te-
ſtes omnes, ſi cuperent, interficere non poſſent: nam, dum
hominum genus erit, qui accuſet eos, non deerit, dum ci-
vitas erit, iudicia fient. Verum, ut coepi dicere, et Eru-
cius, haec ſi haberet in cauſa, quae commemoravi, poſſet
ea quamvis diu dicere, et ego iudices, poſſum, ſed in ani-
mo eſt, quemadmodum ante dixi, leviter tranſire ac tan-
tummodo perſtringere unamquamque rem, ut omnes intel-
ligant, me non ſtudio accuſare, ſed officio defendere.
Video igitur, cauſas eſſe permultas, quae iſtum impel- XXXIII
lerent. Videamus nunc, ecqua facultas ſuſcipiendi ma- 92
leficii fuerit. Ubi occiſus eſt Sex. Roſcius? „Romae.“
Quid tu, Roſci? ubi tunc eras? „Romae. Verum quid ad

*quem — leges pugnare prohibebant*, i. e. cui propter leges parcendum erat. Sicut enim *pugna Cannenſis* eſt caedes proſcriptorum, ſic *pugnare* dicuntur, qui vel ipſi alios obtruncarunt, vel a Sullanis trucidati ſunt. Sed quaenam illae leges fuerint, non liquet.

§. 91. *Dum is — erat occupatus*, i. e. quamdiu. Nam ſi reſponderet noſtro *indem*, ſcribendum erat: *dum is — eſt occupatus.* v. Gronov. ad Liv. 35, 8. Drakenb. ad I, 40. Cort. ad Sall. Jug. 22. 62. 101. Voſſ. ad Virg. Georg. IV, 560. ad Tibull. II, 3, 21. Heind. ad Hor. Serm. I, 5, 72. Quanquam hanc legem ne hiſtoricos quidem ſemper ſervare, monuit Walch. emend. Liv. p. 185. nec Cicero ſemper ſervat. ad Att. I, 16, 5 *dum veritus eſt.* VII, 26 *dum exiſtimabam, nolui.* Cf. Heinrich. ad Cic. fragm. p. 75.

*qui ſuis vulneribus mederentur*, qui homines opulentos, qualis erat S. Roſcius, occidendo et illorum bona invadendo ſuis rei familiaris vulneribus, h. e. egeſtati mederentur. *Graev.*

*ita ruebant. Ruere* ſ. coeco animi impetu ferri dicuntur, qui id tantum agunt, ut cupiditates et libidines ſuas expleant (vid. Mencken. Obſerv. l. lat. p. 886), *miſcere omnia*, qui turbas concitant.

c. XXXIII. §. 92. *Quid tu, Roſci? ubi tunc eras?* Quando ad aliam rem tranſitur, plerumque nomen, in quo vis poſita eſt, et

rem? et alii multi." Quaſi nunc id agatur, quis ex tanta
multitudine occiderit, ac non hoc quaeratur, eum, qui Ro-
mae ſit occiſus, utrum veriſimilius ſit, ab eo eſſe occiſum,
qui aſſiduus eo tempore Romae fuerit, an ab eo, qui mul-
93 tis annis Romam omnino non acceſſerit! Age, nunc cete-
ras quoque facultates conſideremus. Erat tum multitudo
ſicariorum, id quod commemoravit Erucius, et homines
impune occidebantur. Quid? ea multitudo quae erat?
Opinor, aut eorum, qui in bonis erant occupati, aut eorum,
qui ab iis conducebantur, ut aliquem occiderent. Si eos
putas, qui alienum appetebant, tu es in eo numero, qui no-
ſtra pecunia dives es; ſin eos, quos, qui leviore nomine

pron. illud, quo ſeqq. quaſi praeparantur, interrogationi ipſi cum vocula *Quid* praemitti ſolet. Tuſc. I. 15, 34. *loquor de principibus. quid poëtae? nonne poſt mortem nobilitari volunt? — — quid noſtri philoſophi? nonne in his ipſis libris — nomina ſua inſcribunt?* ib. 14, 32 *Quid illud? num dubitas* etc. 24, 56 *Quid illa tandem? num leviora cenſes*, ut recte in edit. ſecunda Wolf. Cf. pro l. Man. 13, 36. Mil. §. 37. pro l. agr. II, 15 extr. Quam certa ſit interpunctionis illa regula, quam Goerenz. ad Cic. Fin. II, 22, 74. ſcripſit, e Graecis, imprimis Platone, intelligitur. Eurip. Iph. Aul. 1238 Musgr. *τί δ' ἆρ' ἐγώ σε πρέσβυν; ἆρ' ἐσδέξομαι* ubi vix quisquam interpunxerit: *τί δ'; ἆρ' ἐγώ σε πρέσβυν ἆρ' ἐσδ.* et Cic. Cat. m. 7, 22. *Quid iurisconſulti? quid pontifices? quid augures? quid philoſophi ſenes? quam multa meminerunt?* Vid. Heind. ad Plat. Gorg. 66. 123. Erfurdt. ad Soph. Ai. 972. Ut hoc loco, ſic Brut. 51, 191. *Quid tu, Brute? poſſesne* etc., ubi male Ern. Schütz. *Quid? tu, Brute, poſſesne.* Interrogationis nota tollenda poſt *Quid* videbatur Beiero ad fr. or. p. 144.

*ac non hoc quaeratur. Ac non* ponitur, ubi id, quod praeceſſerat, corrigitur, ita ut *potius* ſuppleri poſſit, quod nonnunquam etiam additur. Verr. I, 31, 80 *ſi quam Rubrius iniuriam ſuo nomine, ac non impulſu tuo — feciſſet.* ibid. 56, 148 *quaſi quidquam redivivi ex opere illo tolleretur, ac non totum opus ex redivivis conſtitueretur.* cf. III, 30, 72. 68, 159. V, 66 in. pro Mil. 12, 33. Catil. II, 6, 12. in quibus ea, quae poſt *ac non* ſequuntur, vera eſſe ſignificatur. Sic etiam uſurpatur *et non* Or. III. 36 in. Verr. III, 48 in. ubi male Ern. deleto *et* venuſtiorem fieri orationem putabat, IV, 9 extr. At ubi poſt prius membrum aiens alterum negans ſequitur, ita ut eorum ordo inverti et *non — ſed* poni poſſit, negatio ſimplici *non* exprimitur. Tusc. Qu. III, 18 *a gravibus illis et antiquis philoſophis medicina petenda eſt, non ab his voluptariis* i. e. non ab his vol. ſed a grav. illis et ant. ph. med. pet. eſt. Neutro loco *nec* poni poteſt. Paucilſimi ſunt loci, qui huic obſervationi adverſentur. Tusc. II, 12, 28. *quaſi de verbo, non de re laboretur*, id eſt *quaſi non de re, ſed de verbo laboretur.* Cf. pro Mil. 7, 19. Nec haec Ciceronis tantum conſuetudo eſt, ſed optimi cuiusque Latinorum.

§. 93. *in bonis* diripiendis.



appellant, percuſſores vocant, quaere, in cuius fide ſint et
clientela; mihi crede, aliquem de ſocietate tua reperies;
et, quidquid tu contra dixeris, id cum defenſione noſtra
contendito; ita facillime cauſa Sex. Roſcii cum tua confe-
retur. Dices: „Quid poſtea, ſi Romae aſſiduus fui?" Re- 94
ſpondebo; At ego omnino non fui. „Fateor, me ſectorem
eſſe: verum; et alii multi." At ego, ut tute arguis, agri-
cola et ruſticus. „Non continuo, ſi me in gregem ſicario-
rum contuli, ſum ſicarius." At ego profecto, qui ne novi
quidem quemquam ſicarium, longe abſum ab eiusmodi cri-
mine. Permulta ſunt, quae dici poſſunt, quare intelligatur,
ſummam tibi facultatem fuiſſe maleficii ſuſcipiendi; quae
non modo idcirco praetereo, quod te ipſum non libenter
accuſo, verum eo magis etiam, quod, ſi de illis caedibus
velim commemorare, quae tum factae ſunt iſta eadem
ratione, qua Sex. Roſcius occiſus eſt, vereor, ne ad plu-
res oratio mea pertinere videatur.
Videamus nunc ſtrictim, ſicuti cetera, quae poſt mor- XXXIV
tem Sex. Roſcii abs te, T. Roſci, facta ſunt; quae ita aper- 95
ta et manifeſta ſunt, ut mediusfidius, iudices, invitus ea
dicam; vereor enim, cuicuimodi es, Roſci, ne ita hunc
videar voluiſſe ſervare, ut tibi omnino non pepercerim.
Quum hoc vereor et cupio tibi aliqua ex parte, quod
ſalva fide poſſim, parcere, rurſus immuto voluntatem me-
am: venit enim mihi in mentem oris tui. Tene, quum
ceteri ſocii tui fugerent ac ſe occultarent, ut hoc iudi-
cium non de illorum praeda, ſed de huius maleficio fieri

*in cuius fide ſint.* Chryſogonum ſignificat. vid. §. 106.

c. XXXIV. §. 95. *ne ita hunc videar v. ſ. ut*, i. e. ne ea lege et conditione hunc ſervare voluiſſe videar, ut tibi nullo modo parcerem. cf. ſupra §. 55 bis. *Pepercerim* non poſitum eſſe pro *parcerem*, intelliges, ſi ſic conformaveris ſententiam: *volui hunc ſervare, ſed ſimul tibi peperci*, ubi nemo *parcebam* diceret.

*de illorum praeda* pro de ſua, vel de ipſorum praeda. Sic Brut. 2, 6 *ſi viveret Q. Hortenſius, hunc — ſuſtineret dolorem, quum forum populi Rom. quod fuiſſet quaſi theatrum* illius *ingenii — — ſpoliatum videret.* quamquam hic etiam duae loquendi formae confuſae eſſe videntur, *quod fuerat qu. th. illius ing.* et *quod fuiſſet qu. th. ſui ing.* Sed aliis etiam locis pronomen *is* pro reciproco poſitum reperitur. Or. I, 54, 232 *Socrates reſpondit, ſeſe meruiſſe, ut ampliſſimis honoribus et praemiis decoraretur, et ut ei victus quotidianus in Prytaneo publice praeberetur.* Flacc. 20, 46 *meminem quidem adeo infatuare potuit, ut ei numum ullum crederet.* Phil. 6, 3, 6 *non is eſt Antonius: nam ſi eſſet, non commiſiſſet, ut ei ſenatus, tanquam*

videretur, potiſſimum tibi partes iſtas depopoſciſſe, ut in
iudicio verſarere et ſederes cum accuſatore! qua in re
nihil aliud aſſequeris, niſi ut ab omnibus mortalibus au-
96 dacia tua cognoſcatur et impudentia. Occiſo Sex. Roſcio,
qui primus Ameriam nuntiat? Mallius Glaucia, quem
iam antea nominavi, tuus cliens et familiaris. Quid at-
tinuit eum potiſſimum nuntiare, quod, ſi nullum iam
ante conſilium de morte ac de bonis eius inieras nullam-
que ſocietatem neque ſceleris neque praemii cum homine
ullo coieras, ad te minime omnium pertinebat? „Sua
ſponte Mallius nuntiat.“ Quid, quaeſo, eius intererat?
an, cum Ameriam non huiusce rei cauſa veniſſet, caſu
accidit, ut id, quod Romae audierat, primus nuntiaret?
Cuius rei cauſa venerat Ameriam? „Non poſſum,“ inquit,
„divinare.“ Eo rem iam adducam, ut nihil divinatione
opus sit. Qua ratione Roſcio Capitoni primum nuntiavit?
97 Quum Ameriae Sex. Roſcii domus, uxor liberique eſſent,
quum tot propinqui cognatique optime convenientes, qua
ratione factum eſt, ut iſte tuus cliens, ſceleris tui nuntius,
T. Roſcio Capitoni potiſſimum nuntiaret? Occiſus eſt a
coena rediens; nondum lucebat, quum Ameriae ſcitum eſt.
Quid hic incredibilis curſus, quid haec tanta celeritas feſti-
natioque ſignificat? Non quaero, quis percuſſerit. Nihil
eſt, Glaucia, quod metuas; non excutio te, ſi quid forte
ferri habuiſti, non ſcrutor; nihil ad me arbitror pertinere;
quoniam, cuius conſilio occiſus ſit, invenio, cuius manu ſit
percuſſus, non laboro. Unum hoc ſumo, quod mihi aper-
tum tuum ſcelus resque manifeſta dat. Ubi aut unde audi-
vit Glaucia? qui tam cito ſcivit? Fac audiſſe ſtatim. Quae
res eum nocte una tantum itineris contendere coegit? quae
neceſſitas eum tanta premebat, ut, ſi ſua ſponte iter Ame-
riam faceret, id temporis Roma proficiſceretur, nullam
partem noctis requieſceret?
XXXV Etiamne in tam perſpicuis rebus argumentatio quae-
98 renda, aut coniectura capienda ſit? Nonne vobis haec,
quae audiſtis, cernere oculis videmini, iudices? non illum

*Hannibali initio belli Punici, denuntiaret, ne oppugnaret Saguntum.* cf. Verr. IV, 39, 84. Agr. II, 1, 1. Mil. 15, 39. ad ep. 175, 9.

§. 97. *optime convenientes*, i. e. concordes. Off. I, 17, 58 *bene convenientes propinqui.*

c. XXXV. §. 98. *Nonne vobis haec* — — Hunc locum citat Aquila Rom. p. 153 Ruhnk pro exemplo diatypoſeos, quam Cic. *ſubiectionem ſub oculos* vocat, quum res non geſta indicatur, ſed, ut ſit geſta, oſtenditur, nec univerſa, ſed per partes, ut ait Quint. IX, 2, 40.



miſerum, ignarum caſus ſui, redeuntem a coena videtis?
non poſitas inſidias, non impetum repentinum? non ver-
ſatur ante oculos vobis in caede Glaucia? non adeſt iſte T.
Roſcius? non ſuis manibus in curru collocat Automedon-
tem illum, ſui ſceleris acerbiſſimi nefariaeque victoriae
nuntium? non orat, ut eam noctem pervigilet? ut honoris
ſui cauſa laboret? ut Capitoni quam primum nuntiet? Quid 99
erat, quod Capitonem primum ſcire voluerit? Neſcio: niſi
hoc video, Capitonem in his bonis eſſe ſocium, de tribus et
decem fundis tres nobiliſſimos fundos eum video poſſidere.
Audio praeterea, non hanc ſuſpicionem nunc primum in 100
Capitonem conferri: multas eſſe infames palmas, hanc
primam eſſe tamen lemniſcatam, quae Romae deferatur;
nullum modum eſſe hominis occidendi, quo ille non aliquot
occiderit; multos ferro, multos veneno. Habeo etiam
dicere, quem contra morem maiorum minorem annis LX
de ponte in Tiberim deiecerit: quae, ſi prodierit, atque
adeo cum prodierit (ſcio enim proditurum eſſe) audiet.
Veniat modo, explicet ſuum volumen illud, quod ei pla- 101
num facere poſſum Erucium conſcripſiſſe, quod aiunt illum
Sex. Roſcio intentaſſe et minitatum eſſe, ſe omnia illa pro
teſtimonio eſſe dicturum. O praeclarum teſtem, iudices!
o gravitatem dignam exſpectatione! o vitam honeſtam at-

*Automedontem*, Achillis aurigam apud Hom., cuius fortaſſe ſimiles partes fuerunt in aliqua Ennii vel Pacuvii vel Accii fabula.

§. 99. *niſi hoc video*, i. e. hoc tamen video. Terent. Phorm. V, 7, 60 *neſcio, niſi me dixiſſe id nemini certo ſcio.* v. Drakenb. ad Liv. 24, 20.

§. 100. *lemniſcatam* (lemniſcis i. e. vittis ſ. faſciis discoloribus, ut Serv. ad Virg. Aen. V, 269, quibus cum alia tum coronae, maioris honoris cauſa, ornabantur) ceteris ornatiorem ac nobiliorem, quae magnam trium fundorum mercedem attulit, quum ceterae non tantum contulerint, ut recte Forcellin. *quae Romae deferatur*, i. e. quam Romae in iudicio ſibi deferri vult, trium illorum fundorum poſſeſſione, condemnato Sexto, firmata. Itaque non neceſſe eſt, cum Ern. et Schütz. legere, *quae Roma ei def.*

*quem — deiecerit.* Luſus eſt in verbo. *Deiici de ponte* (i. e. tabulato anguſto, per quod ſuffragia in campo Martio laturi in ſeptum transibant. vid. interpr. ad Plin. epp. IV, 23, 3) dicebantur ſenes ſexaginta annis maiores, quia, ut ait Varro de vita pop. Rom. apud Nonium 12, 22 *tum denique erant a publicis negotiis liberi et otioſi*; unde *depontani ſenes.* Sed h. l. verba adiecta *in Tiberim* declarant, vere aliquem a Capitone in Tib. praecipitatum et interfectum eſſe.

§. 101. *o vitam honeſtam*, nam ad fidem teſtis ſpectandam imprimis valebat vita anteacta. Ern. coni. *o virum honeſtum.*

que eiusmodi, ut libentibus animis ad eius teſtimonium
veſtrum iusiurandum accommodetis! Profecto non tam
perſpicue iſtorum maleficia videremus, niſi ipſos caecos
XXXVI redderet cupiditas et avaritia et audacia. Alter ex ipſa
102 caede volucrem nuntium Ameriam ad ſocium atque ad
magiſtrum ſuum miſit, ut, ſi diſſimulare omnes cuperent,
ſe ſcire, ad quem maleficium pertineret, tamen ipſe apertum ſuum ſcelus ante omnium oculos poneret; alter, ſi diis
immortalibus placet, teſtimonium etiam in Sex. Roſcium
dicturus eſt. Quaſi vero id nunc agatur, utrum, is quod
dixerit, credendum, an, quod fecerit, vindicandum ſit!
Ita quidem more maiorum comparatum eſt, ut in minimis
rebus homines ampliſſimi teſtimonium de ſua re non di-
103 cerent. Africanus, qui ſuo cognomine declarat, tertiam
partem orbis terrarum ſe ſubegiſſe, tamen, ſi ſua res
ageretur, teſtimonium non diceret: nam illud in talem

*ut ad eius teſt. veſtrum iusiurandum*, i. e. ſententiam, quam iurati dicturi eſtis, *accommodetis*. Ern. comparat Suet. Domit. 8 *perſuſoriis aſſertionibus ſe accommodare.*

c. XXXVI. §. 102. *ſi diis imm. placet* proprium eſt exclamantis propter indignitatem alicuius rei, ut ait Donatus ad Terent. Eun. V, 3, 10. Cic. in Piſ. 14. *appellatus eſt hic vulturius illius provinciae, ſi diis placet, imperator.* de Fin. II, 10, 31 *quoniam, ſi diis placet, ab Epicuro loqui diſcimus.* Tusc. Qu. V, 10, 31. *qua gloria commotus Epicurus exoritur, cui etiam, ſi diis placet, videtur ſemper ſapiens beatus.* Or. III, 24, 93 *etiam Latini, ſi diis placet, hoc biennio magiſtri dicendi exſtiterunt.* quae loca attulit Manut.

*Ita quidem.* Sic recte Weiske pro *Itaque.*

§. 103. *ſi ſua res ageretur* pro *ſi ſuam rem agi videret*, ut Coni. non tantum conditionem ſignificet, qua poſita alterum fiat, ſed etiam eam vim habeat, quam in oratione obliqua habere ſolet. Cf. §. 7. Sic nunc malo, quam *ſuus* pro *eius* poſitum accipere, cuius uſus aliud exemplum certum non videtur reperiri poſſe; nam Phil. IV, 2. *Quod erat praeſidium, ſi C. Caeſaris fortiſſimorum* ſui *patris militum exercitus non fuiſſet* Codd. variant; et cur *ſui patris* quum ſatis eſſet *patris?* Quae vero Sanctius Min. II, 12. ubi vid. Periz. Erneſti in cl. Pareus et Paſſeratius a Garatonio citati, tum ipſe ad §. 7. attuli, diverſi generis ſunt. — *ageretur — non diceret.* Nos diceremus, *acta eſſet — non dixiſſet;* ſed Imperf. declarat rem fieri ſolitam, ut in or. recta hic dicendum eſſet *quoties eius res* agebatur, *non* dicebat. Sic fere Phil. II, 10, 23 *poſtea vero quam ſe totum Pompeius Caeſari tradidit, quid ego illum ab eo distrahere* conarer? i. e. non conabar. ad Quint. fr. I, 1, 48. *Haec illius* (Cn. Octavii) *ſeveritas acerba videretur, niſi multis condimentis humanitatis mitigaretur.* pro Rabir. perd. 5, 15 *ſed moreretur potius acerbiſſima morte millies Gracchus, quam in eius concione carnifex conſiſteret.* Cf. Or. 8 extr. I, 57, 245. III, 41, 165. Mil. 30, 82. pro Sext. 22, 49. 29, 63. ubi bis eadem forma legitur, ib. 30, 64.



virum non audeo dicere, ſi diceret, non crederetur.
Videte nunc, quam verſa et mutata in peiorem partem
ſint omnia. Quum de bonis et de caede agatur, teſtimonium dicturus eſt is, qui et ſector eſt et ſicarius, hoc
eſt, qui et illorum ipſorum bonorum, de quibus agitur,
emtor atque poſſeſſor eſt, et eum hominem occidendum
curavit, de cuius morte quaeritur. — Quid tu, vir 104
optime? ecquid habes, quod dicas? mihi auſculta; vide,
ne tibi deſis; tua quoque res permagna agitur; multa
ſcelerate, multa audacter, multa improbe feciſti; unum
ſtultiſſime, profecto tua ſponte, non de Erucii ſententia;
nihil opus fuit te iſtic ſedere: neque enim accuſatore
muto, neque teſte quisquam utitur eo, qui de accuſatoris
ſubſellio ſurgit. Huc accedit, quod paullo tamen occultior
atque tectior veſtra iſta cupiditas eſſet. Nunc quid eſt,
quod quisquam ex vobis audire deſideret, quum, quae
facitis, eiusmodi ſint, ut ea dedita opera a nobis contra
vosmet ipſos facere videamini?

Age nunc, illa videamus, iudices, quae ſtatim conſe- 105
cuta ſunt. Ad Volaterras in caſtra L. Sullae mors Sex. XXXVII
Roſcii quatriduo, quo is occiſus eſt, Chryſogono nuntiatur.
Quaeritur etiam nunc, quis eum nuntium miſerit? Nonne
perſpicuum eſt, eundem, qui Ameriam? Curat Chryſogonus, ut eius bona veneant ſtatim, qui non norat hominem aut rem. At qui ei venit in mentem praedia concupiſcere hominis ignoti, quem omnino nunquam viderat?

§. 104. *Quid tu, vir optime*, T. Roſci Magne. Videtur hoc loco Roſcius verbis Ciceronis commotus murmure et fremitu ſpeciem oblocuturi praebuiſſe, ut annotavit Beck. poſt Heuſingerum.

*te iſtic*, in accuſatorum ſubſelliis, *ſedere*, quum et *accuſator mutus* ſis, et, ſi teſtis eſſe vis, iſtic ſedendo fidem teſtimonio tuo abroges. pro Flacco 9, 21 *Quid, ſi teſtium ſtudium cum accuſatore ſociatum eſt? tamenne iſti teſtes habebuntur?* 10, 22 *hoc vero quid eſt? una ſedent* (teſtes), *ex accuſatorum ſubſelliis ſurgunt, non diſſimulant, non verentur.* quos locos attulit Hottom., cuius ingenio etiam haec lectio debetur pro *te iſti credere.*

*paullo tamen occultior*, etſi iſtic non ſederes. Vid. ad Catil. III, §. 10.

*a nobis.* vid. ad §. 85.

c. XXXVII. §. 105. *qui non norat hom. aut rem.* Pro at is non norat hom. aut rem. Sed saepe Cicero id, quod contra rem aliquam affert, ei ipſi ſententiae adiungit, quam refellere vult. Fin. II, 33, 108 *quod vero a te diſputatum eſt, maiores eſſe voluptates et dolores animi, quam corporis — — qui probari poteſt, ut is, qui propter me aliquid, plus, quam ego ipſe, gaudeat?* pro at ita fieret, ut — gauderet. cf. infra §. 126. de orat. I, 58. in Mur. §. 41. pro Sull. 32, 90 ubi vid. annot. et ad or. pro Arch. p. §. 9.

Soletis, quum aliquid huiuscemodi auditis, iudices, con-
tinuo dicere: neceſſe eſt aliquem dixiſſe municipem aut
vicinum; ii plerumque indicant, per eos plerique pro-
duntur. Hic nihil eſt, quod ſuſpicionem hanc putetis.
106 Non enim ego ita disputabo: veriſimile eſt, Roſcios iſtam
rem ad Chryſogonum detuliſſe; erat enim eis cum Chry-
ſogono iam antea amicitia. Nam quum multos veteres a
maioribus Roſcii patronos hoſpitesque haberent, omnes
eos colere atque obſervare deſtiterunt, ac ſe in Chryſogoni
107 fidem et clientelam contulerunt. Haec poſſum omnia vere
dicere, ſed in hac cauſa coniectura nihil opus eſt. Ipſos
certe ſcio non negare, ad haec bona Chryſogonum acceſ-
ſiſſe impulſu ſuo. Si eum, qui indicii partem acceperit,
oculis cernetis, poteritisne dubitare, iudices, qui indicarit?
Qui ſunt igitur in iſtis bonis, quibus partem Chryſogonus
dederit? Duo Roſcii. Numquisnam praeterea? Nemo eſt,
iudices. Num ergo dubium eſt, quin ii obtulerint hanc
praedam Chryſogono, qui ab eo partem praedae tulerunt?
108 Age nunc, ex ipſius Chryſogoni iudicio Roſciorum
factum conſideremus. Si nihil in iſta pugna Roſcii, quod
operae pretium eſſet, fecerant, quam ob cauſam a Chry-
ſogono tantis praemiis donabantur? Si nihil aliud fece-
runt, niſi rem detulerunt, nonne ſatis fuit, his gratias
agi? denique, ut perliberaliter ageretur, honoris aliquid
haberi? Cur tria praedia tantae pecuniae ſtatim Capitoni
dantur? cur, quae reliqua ſunt, iſte Roſcius omnia cum
Chryſogono communiter poſſidet? Nonne perſpicuum eſt,
iudices, has manubias Roſciis Chryſogonum, re cognita,

*quod ſuſpicionem hanc putetis.* quod hoc pro ſuſpicione habeatis, quum certiſſimum ſit.

§. 107. *Indicium* eſt praemium indicii, ut poſt Hottom. ad h. l. explicat Ern. in cl. Sic Vatin. 11, 26 *promulgarisne indicium Vettio.*

*Numquisnam.* Sic Orat. II, 13, 13 *numquidnam, inquit, novi?* de nat. d. I, 31, 87 *ſolis numquidnam aut lunae — ſimile vidiſti?* vid. Bentl. ad Ter. Andr. I, 4, 8.

§. 108. *Chryſogoni iudicium* non eſt, quod verbis explicuit, ſed opinionis ac ſententiae teſtificatio, ut explicat Garat. ad Catil III, 3. quem vid. ad Verr. I, 22. factum aliquod, quo, quid de tota re ſentiret, indicavit; igitur h. l. praemia, quae Roſciis tribuit, *pro leg. Man.* in. praetura Ciceroni mandata. cf. Catil. IV, 3 in. pro Sext. 53. 113. Brut. 1. 1. Tuſc. V, 20. extr. c. n. Ern. epp. famil. I, 9 (41, 38.) X. 1. (60, 7.) pro leg. Man §. 43.

*honoris aliquid*, i. e. *praemii*, doni, ut infra §. 137. epp. fam. XVI, 9. Verr. I, 15, 38. Sed ea praemia, quae non ad lucrum aliquod referuntur. ſed honorificam dantis voluntatem declarant, honoris nomine appellari poſſunt.



conceſſiſſe? Venit in decem primis legatus in caſtra Capi- XXXVIII
to. — totam vitam, naturam, moresque hominis ex ipſa 109
legatione cognoſcite; niſi intellexeritis, iudices, nullum
eſſe officium, nullum ius tam ſanctum atque integrum,
quod non eius ſcelus atque perfidia violarit et imminuerit,
virum optimum eſſe eum iudicatote. — Impedimento eſt, 110
quo minus de his rebus Sulla doceatur; ceterorum legato-
rum conſilia et voluntatem Chryſogono enuntiat; monet,
ut provideat, ne palam res agatur; oſtendit, ſi ſublata ſit
venditio bonorum, illum pecuniam grandem amiſſurum,
ſeſe capitis periculum aditurum; illum acuere, hos, qui
ſimul erant miſſi, fallere; illum identidem monere, ut
caveret, hisce ſpem falſam oſtendere; cum illo contra hos
inire conſilia, horum conſilia illi enuntiare; cum illo
partem ſuam depaciſci, hisce, aliqua fretus hora, ſemper
omnes aditus ad Sullam intercludere. Poſtremo iſto horta-
tore, auctore, interceſſore, ad Sullam legati non adierunt;
iſtius fide ac potius perfidia decepti, id quod ex ipſis
cognoſcere poteritis, ſi accuſator voluerit teſtimonium eis
denuntiare, pro re certa ſpem falſam domum retulerunt.
In privatis rebus ſi quis rem mandatam non modo malitio- 111
ſius geſſiſſet ſui quaeſtus aut commodi cauſa, verum etiam
negligentius, eum maiores ſummum admiſiſſe dedecus
exiſtimabant. Itaque mandati conſtitutum eſt iudicium
non minus turpe, quam furti; credo, propterea quod,
quibus in rebus ipſi intereſſe non poſſumus, in his operae
noſtrae vicaria fides amicorum ſupponitur; quam qui lae-
dit, oppugnat omnium commune praeſidium et, quantum
in ipſo eſt, disturbat vitae ſocietatem: non enim poſſumus
omnia per nos agere; alius in alia eſt re magis utilis.
Idcirco amicitiae comparantur, ut commune commodum

§. 110. *hortatore*, ne ad Sullam adeant, quod ſupra §. 25 dicitur de hominibus nobilibus allegatis a Roſcio. *interceſſore*, qui operam ſuam illis praeſtabat ſcilicet apud Chryſogonum, Sex. Roſcii nomen de tabulis exemtum iri a Chryſogono appromittebat et ſpondebat §. 26. Sed fortaſſe luſit in ambiguitate verbi, quod et mediatorem ac ſponſorem ſignificat, et tribunum vetantem et impedientem, ut epp. Fam VII, 27 *utinam ſemper tribunus eſſes! interceſſorem non quaereres*, quem locum citat Ern. in cl.

§. 111. *mandati — iudicium*, n. neglecti. Cic. pro Caec. 3 in. *qui per tutelam aut ſocietatem aut rem mandatam aut fiduciae rationem fraudavit aliquem, in eo quo delictum maius eſt, eo poena eſt tardior: eſt enim turpe iudicium, et facto quidem turpe.* cf. de nat. d. III, 30, 74. Erneſti in cl. laudat Noodtium probat. iuris civ. IV, 12. Vid. ad or. pro r. Deiot. §. 9.

112 mutuis officiis gubernetur. Quid recipis mandatum, si
aut neglecturus aut ad tuum commodum conversurus es?
cur mihi te offers, ac meis commodis, officio simulato,
officis et obstas? Recede de medio, per alium transigam.
Suscipis onus officii, quod te putas sustinere posse; quod
minime videtur grave iis, qui minime ipsi leves sunt.
XXXIX Ergo idcirco turpis haec culpa est, quod duas res sanctissimas violat, amicitiam et fidem: nam neque mandat
quisquam fere, nisi amico, neque credit, nisi ei, quem
fidelem putat. Perditissimi est igitur hominis, simul et
amicitiam dissolvere et fallere eum, qui laesus non esset,
113 nisi credidisset. Itane est? in minimis rebus, qui mandatum neglexerit, turpissimo iudicio condemnetur necesse
est; in re tanta, quum is, cui fama mortui, fortunae
vivi commendatae sunt atque concreditae, ignominia
mortuum, egestate vivum affecerit, is inter honestos homines atque adeo inter vivos numerabitur? In minimis
privatisque rebus etiam negligentia in crimen iudiciique
infamiam vocatur, propterea quod, si ratione fiat, illum
negligere oporteat, qui mandarit, non illum, qui mandatum receperit; in re tanta, quae publice gesta atque
commissa sit, qui non negligentia privatum aliquod com-

c. XXXIX. §. 113. *Itane est*, pertinet ad interrogationem in *re tanta — numerabitur?* et est cum irrisione negantis. Vid. Beier. ad Cic. Off. III. p. 306.

*is inter honestos homines atque adeo* (i. e. imo vid. ad §. 29.) *inter vivos num.* i. e. is non modo honestatem amittat, sed vitam ipsam; dignus est, qui non modo ex honestorum, sed vivorum nomine expungatur, qui tanti criminis reus est. *Graev.*

*in crimen iudiciique infamiam vocatur*, i. e. crimini datur et iudicio vindicatur, quod iudicium turpe est et infamiam facit. Sic Verr. V, 50 extr. *in crimen atque invidiam vocari.* pro C. Rabirio 8 extr. *hoc tu igitur in crimen vocas —?* Verr. I, 12, 34 *ex ea die ad hanc diem quae fecisti in iudicium voco.* Vulgo post *crimen* additur *mandati*, quod explicandi causa ab aliquo additum videtur.

*si ratione fiat*, si ita fiat, ut vera ratio postulat, i. e. recte, ordine. pro Quint. 7 in. *existima, modo et ratione omnia Romae Naevium fecisse, si hoc, quod per litteras istius in Gallia factum est, recte atque ordine factum videtur.* ad Att. XII, 44 *quod domi te inclusisti, ratione fecisti.* infra c. 45 extr. *ratione dispositus.* Vid. Beier. ad off. III, 13. p. 278. Kritz. ad Sall. Catil. p. 237. Vulgo *si recte fiat*, quod est interpretamentum. Sensum ita declarat Lambinus; si is, cui res mandata est, officium faciat et munere fungatur boni viri, oporteat eum, qui mandavit, negligere rem, quam illi mandavit, et, quod ad eam rem attinet, in utramque aurem dormire, in illius denique cura, diligentia ac fide acquiescere.



modum laeserit, sed perfidia legationis ipsius caerimoniam
polluerit maculaque affecerit, qua is tandem poena affi-
cietur, aut quo iudicio damnabitur? Si hanc ei rem pri- 114
vatim Sex. Roscius mandavisset, ut cum Chrysogono
transigeret atque decideret inque eam rem fidem suam, si
quid opus esse putaret, interponeret, ille, qui sese factu-
rum recepisset, nonne, si ex eo negotio tantulum in rem
suam convertisset, damnatus per arbitrum et rem resti-
tueret et honestatem omnem amitteret? Nunc non hanc ei 115
rem Sex. Roscius mandavit, sed, id quod multo gravius
est, ipse Sex. Roscius cum fama, vita bonisque omnibus a
decurionibus publice T. Roscio mandatus est, et ex eo
T. Roscius non paullum nescio quid in rem suam convertit, sed hunc funditus evertit bonis, ipse tria praedia sibi
depactus est, voluntatem decurionum ac municipum
omnium tantidem, quanti fidem suam, fecit.

Videte iam porro cetera, iudices, ut intelligatis, fingi XL
maleficium nullum posse, quo iste sese non contaminarit. 116
In rebus minoribus socium fallere turpissimum est aequeque turpe, atque illud, de quo ante dixi; neque iniuria;
propterea quod auxilium sibi se putat adiunxisse, qui cum
altero rem communicavit. Ad cuius igitur fidem confugiet, quum per eius fidem laeditur, cui se commiserit?
Atqui ea sunt animadvertenda peccata maxime, quae difficillime praecaventur. Tecti esse ad alienos possumus;

*caerimoniam*, sanctitatem inviolabilem, ut expl. Graevius, qui laudat Caes. B. G. VI *caerimonia mensae hospitalis*, et Suet. Iul. 6 *est ergo in genere et sanctitas regum et caerimonia deorum.* Adde Tusc. Qu. I, 12 *caerimoniae sepulcrorum.*

§. 114. *decideret.* De hoc usu verbi egit Gronov. observ. II, 6.

*per arbitrum* pro per iudicem. Sed quia arbitri sunt, qui non e certa formula, qua definitur, quid et quomodo sit iudicandum, et a qua discedere iis non licet, sed ex fide bona, ex aequo et bono, ex eo, quod aequitas postulare videtur, controversiam dirimunt, idcirco iudices in iudiciis *bonae fidei* vocantur arbitri.

*rem restitueret*, quantum iudex ad sarciendum damnum, mandati negligentia acceptum, dandum vel faciendum decrevisset, persolveret. Simili sensu *res repetere* dicitur.

c. XL. §. 116. *per eius fidem*, eo, quod eius fidei se commisit, eique fidem habuit. de Inv. I, 39, 71 *qui saepenumero nos per fidem fefellerunt*, quod paulo post est *perfidia decipere.* Cf. Senecae locum ad §. 89. adscriptum.

*Tecti esse*, i. e. tegere possumus omnia nostra consilia alienis; intimis eo ipso, quod intimi sunt, patere multa necesse est; socii ipso societatis iure sciunt omnia. Itaque alienos cavere possumus; quia omnia nostra ignorant; cavere possumus intimos, quibus etsi patent multa, non tamen omnia; socium vero cavere nullo modo

intimi multa apertiora videant, neceffe eft; focium vero
cavere qui poffumus? quem etiam fi metuimus, ius officii
laedimus. Recte igitur maiores eum, qui focium fefelliffet,
117 in virorum bonorum numero non putarunt haberi opor-
tere. At vero T. Rofcius non unum rei pecuniariae focium
fefellit, quod tametfi grave eft, tamen aliquo modo poffe
ferri videtur, verum novem homines honeftiffimos, eius-
dem muneris, legationis, officii mandatorumque focios,
induxit, decepit, deftituit, adverfariis tradidit, omni
fraude et perfidia fefellit; qui de eius fcelere fufpicari
nihil potuerunt, focium officii metuere non debuerunt,
eius malitiam non viderunt, orationi vanae crediderunt.
Itaque nunc illi homines honeftiffimi propter iftius infidias
parum putantur cauti providique fuiffe; ifte, qui initio
proditor fuit, deinde perfuga, qui primo fociorum confilia
adverfariis enuntiavit, deinde focietatem cum ipfis adver-
fariis coiit, terret etiam nos ac minatur, tribus praediis,
118 hoc eft praemiis fceleris, ornatus. In eiusmodi vita, iu-
dices, in his tot tantisque flagitiis hoc quoque maleficium,
de quo iudicium eft, reperietis. Etenim quaerere ita de-
betis: ubi multa avare, multa audacter, multa improbe,
multa perfidiofe facta videbitis, ibi id fcelus quoque latere
inter illa tot flagitia putatote; tametfi hoc quidem minime
latet, quod ita promtum et propofitum eft, ut non ex illis
maleficiis, quae in illo conftat effe, hoc intelligatur, verum
ex hoc etiam, fi quod illorum forte dubitabitur, convin-

poffumus, qui ut in partem, ita in cognitionem rerum omnium vocatur. *Facciol.*, quocum confentit Ern. in cl. *tectus*, qui laudat Cic. orat. 42 *ac fortaffe alii tectiores; ego femper prae me tuli.* Opp. *incautus intectusque* Tacit. Ann. IV, 1. Ad fenfum Hottom. comparat Verr. I, 15, 39 *nullae funt occultiores infidiae, quam eae, quae latent in fimulatione officii aut in aliquo neceffitudinis nomine: nam eum, qui palam eft adverfarius, facile cavendo vitare poffis, hoc vero occultum, inteftinum ac domefticum malum non modo non exfiftit, verum etiam opprimit, antequam profpicere atque explorare potueris.*

§. 117. *eius malitiam non vid.* pro *hi* eius m. non v. pro Rabir. perd. 1, 3 *ea qui fecutus fit, laude — dignum iudicare.* Off. I, 17 *inter quos ea funt, firma devinciuntur focietate.*

§. 118. *promtum*, ex occulto depromtum et in aperto pofitum. Or. III, 57, 215 *ea, quae funt eminentia et promta, fumenda.* Fin. I, 9, 30 *promta et aperta* opponuntur *occultis et quafi involutis.* — *propofitum*, in omnium confpectu pofitum. Sic fere Verr. III, 41, 98 *fic eft hic ordo* (fenatorius) *quafi propofitus atque editus in altum, ut ab omnibus ventis invidiae circumflari poffe videatur.*



catur. Quid tandem, quaefo, iudices? num aut ille lanifta
omnino iam a gladiatore receffiffe videtur, aut ifte difcipu-
lus magiftro tantulum de arte concedere? Par eft avaritia,
fimilis improbitas, eadem impudentia, gemina audacia.

Etenim quoniam fidem magiftri cognoftis, cognofcite XLI
nunc difcipuli aequitatem. Dixi iam antea, faepenumero 119
poftulatos effe ab iftis duos fervos in quaeftionem; tu
femper, T. Rofci, recufafti. Quaero abs te: iine, qui
poftulabant, indigni erant, qui impetrarent, an is te non
commovebat, pro quo poftulabant, an res ipfa tibi iniqua
videbatur? Poftulabant homines nobiliffimi atque integer-
rimi noftrae civitatis, quos iam antea nominavi, qui ita
vixerunt talesque a populo Romano putantur, ut, quid-
quid dicerent, nemo effet, qui non aequum putaret; po-
ftulabant autem pro homine miferrimo atque infeliciffimo,
qui vel ipfe in cruciatum dari cuperet, dum de patris
morte quaereretur; res porro abs te eiusmodi poftulaba- 120
tur, ut nihil intereffet, utrum eam rem recufares, an de
maleficio confiterere. Quae quum ita fint, quaero abs te,
quam ob caufam recufaris. Dum occiditur Sex. Rofcius,
ibidem fuerunt. Servos ipfos, quod ad me attinet, neque
arguo, neque purgo. Quod a vobis hoc pugnari video,
ne in quaeftionem dentur, fufpiciofum eft; quod vero
apud vos ipfos in honore tanto funt, profecto neceffe eft,
fciant aliquid, quod fi dixerint, perniciofum vobis futu-
rum fit. „In dominos quaeri de fervis, iniquum eft."
Anne quaeritur? Sex. enim Rofcius reus eft, neque, quum
de hoc quaeritur, vos dominos effe dicitis. „Cum Chry-
fogono funt." Ita credo: litteris eorum et urbanitate

*ille lanifta*, T. Rofcius Capito. *a gladiatore*, a gladiatoris perfona et audacia. Weiske comparat locutionem *a fe deficere* i. e. a natura fua, ad Fam. II, 16, 3.

*de arte concedere* pro fimplici cedere. Verr. II, 44, 108 *ut vix Apronio de familiaritate concedere videatur.* Att. XIV, 8 *neque ei quidquam in defperatione concedo.*

c. XLI. §. 119. *poftulatos effe ab iftis.* v. §. 77.

§. 120. *Dum occiditur.* vid. ad 91. Vulgo *quum occiditur.* Sed ita fcriptum oportebat, *quum occidebatur.*

*Sex. enim Rofcius reus eft*, is autem non eft dominus. *neque vos dominos effe dicitis.* Igitur five in illum, five in vos quaeratur, non in dominos quaeritur.

*de hoc* i. e. de hac re, quum quaeritur, quinam fint domini. Sed hoc ambigui vitio laborat, et vera effe videtur Doeringii coniectura, a Weiskio etiam recepta, *de his* fc. fervis. *enim* poft *neque* deleri iam voluit Hottom.

Chryfogonus ducitur, ut inter fuos omnium deliciarum
atque omnium artium puerulos ex tot elegantiffimis fa-
miliis lectos velit hos verfari, homines pene operarios ex
121 Amerina difciplina patrisfamiliae rufticani. Non eft ita
profecto, iudices; non eft verifimile, ut Chryfogonus
horum litteras adamarit aut humanitatem; non, ut rei
familiaris negotio diligentiam cognorit eorum et fidem.
Eft quiddam, quod occultatur, quod quo ftudiofius ab ipfis
opprimitur et abfconditur, eo magis eminet et apparet.
XLII Quid igitur? Chryfogonus fui maleficii occultandi caufa
122 quaestionem de his haberi non vult? Minime, iudices;
non in omnes arbitror omnia convenire. Ego in Chry-
fogono, quod ad me attinet, nihil eiusmodi fufpicor;
neque hoc mihi nunc primum in mentem venit dicere.
Meminiftis, me ita diftribuiffe initio caufam, in crimen,
cuius tota argumentatio permiffa Erucio eft, et in auda-
ciam, cuius partes Rofciis impofitae funt; quidquid male-
ficii, fceleris, caedis erit, proprium id Rofciorum effe
debebit; nimiam gratiam potentiamque Chryfogoni dici-
mus et nobis obftare et perferri nullo modo poffe, et a
vobis, quoniam poteftas data eft, non modo infirmari,
123 verum etiam vindicari oportere. Ego fic exiftimo: qui
quaeri velit ex iis, quos conftat, quum caedes facta fit,
affuiffe, eum cupere verum invenire, qui recufet, eum
profecto, tametfi verbo non audeat, tamen re ipfa de
maleficio fuo confiteri. Dixi initio, iudices, nolle me
plura de iftorum fcelere dicere, quam caufa poftularet ac
neceffitas ipfa cogeret: nam et multae res afferri poffunt,
et unaquaeque earum multis cum argumentis dici poteft.
Verum ego, quod invitus ac neceffario facio, neque diu
neque diligenter facere poffum. Quae praeteriri nullo
modo poterant, ea leviter, iudices, attigi; quae pofita
funt in fufpicionibus, de quibus fi coepero dicere, pluri-

*ex tot elegantiffimis familiis*, profcriptorum.

§. 121. *non eft verifimile, ut.* Sic Verr. IV, 6, 11 *verifimile non eft, ut ille homo — anteponeret.* pro Sulla 20, 57 *verifimile non eft, ut — hunc — ab fe dimitteret.* cf. pro Sext. 36, 78. Sed *non eft verifimile* minus eft, quam quod praeceffit *non eft ita profecto*, ideoque delendum videtur *verifimile.*

c. XLII. §. 122. *argumentatio*, confirmatio, quae fit argumentatione, argumentorum explicatione.

*nimiam gratiam — vindicari oportere.* Non ipfa gratia, qua Chr. apud Sullam valebat, vindicanda erat, fed quod ea ad aliorum perniciem et ad fuas libidines explendas abutebatur.



bus verbis fit differendum, ea veftris ingeniis coniectu-
raeque committo.

Venio nunc ad illud nomen aureum Chryfogoni, fub XLIII
quo nomine tota focietas ftatuitur; de quo, iudices, neque 124
quomodo dicam, neque quomodo taceam, reperire poffum.
Si enim taceo, vel maximam partem relinquo; fin autem
dico, vereor, ne non ille folus, id quod ad me nihil
attinet, fed alii quoque plures laefos fe effe putent; tametfi
ita res fe habet, ut mihi in communem caufam fectorum
dicendum nihil magnopere videatur. Haec enim caufa
nova profecto et fingularis eft. Bonorum Sex. Rofcii 125
emtor eft Chryfogonus. Primum hoc videamus: eius
hominis bona qua ratione venierunt, aut quomodo venire
potuerunt? Atque hoc non ita quaeram, iudices, ut id
dicam effe indignum, hominis innocentis bona veniffe: fi
enim haec audientur ac libere dicentur, non fuit tantus
homo Sex. Rofcius in civitate, ut de eo potiffimum con-
queramur. Verum hoc ego quaero: qui potuerunt ifta
ipfa lege, quae de profcriptione eft, five Valeria eft, five
Cornelia — non enim novi, nec fcio — verum ifta ipfa
lege bona Sex. Rofcii venire qui potuerunt? Scriptum 126
enim ita dicunt effe, *ut eorum bona veneant, qui profcripti
funt;* quo in numero Sex. Rofcius non eft: *aut eorum, qui
in adverfariorum praefidiis occifi funt.* Dum praefidia ulla
fuerunt, in Sullae praefidiis fuit; pofteaquam ab armis
receffum eft, in fummo otio rediens a coena Romae

§. 123. *fit differendum*, pro erit differendum, fed cum fignificatione dubitationis, ut Graeci optativo utuntur. Vid. Heufing. ad Off. I, 24, 2. II, 11, 9. Ita bene refpondet *coepero*, quod Weisk. in *coeperim* mutatum volebat.

c. XLIII. §. 124. *focietas ftatuitur*, ita ut eo nomine, tanquam firmo aliquo praefidio, munita fit.

*id quod ad me nihil attinet*, quod non curo.

§. 125. *non fuit tantus homo*, hoc eft quod refponderi poffit conquerenti.

*Valeria*, lata a L. Valerio Flacco interrege a. u. 671. qua Sullam dictatorem creavit (Appian. B. C. I. p. 686. ed. Toll.), et *tulit, ut omnia, quaecunque ille feciffet, effent rata* (agr. III, 2, 5.), et *ut dictator, quem vellet civium vel indicta caufa, impune poffet occidere* (Leg. I, 15, 42). cf. Plut. Sull. p. 473. A. (c. 33). *Cornelia*, L. Cornelii Sullae dictatoris. Utrius vero fit lex ea, quam memoraturus eft, nefcire fe fimulat Cicero, ut fignificet, fe eam iniquiffimam diffimillimamque legis et ne legem quidem habere.

§. 126. *in adverf. praefidiis*, i. e. caftris cf. pro Lig. 9, 10. ad Fam. XIII, 19. Illuftrat locutionem Duker. ad Liv. 38, 11. Infra §. 127. 130 eft *apud adverfarios.*

occiſus eſt. Si lege, bona quoque lege veniſſe fateor; ſin
autem conſtat, contra omnes non modo veteres leges,
verum etiam novas occiſum eſſe, bona quo iure, aut quo
more, aut qua lege venierint, quaero.
XLIV In quem hoc dicam, quaeris, Eruci? Non in eum,
127 quem vis et putas: nam Sullam et oratio mea ab initio et
ipſius eximia virtus omni tempore purgavit. Ego haec
omnia Chryſogonum feciſſe dico, ut ementiretur, ut
malum civem Roſcium fuiſſe fingeret, ut eum apud ad-
verſarios occiſum eſſe diceret, ut hisce de rebus a legatis
Amerinorum doceri L. Sullam paſſus non ſit. Denique
etiam illud ſuſpicor, omnino haec bona non veniſſe, id
quod poſtea, ſi per vos, iudices, licitum erit, aperietur.
128 Opinor enim eſſe in lege, quam ad diem proſcriptiones
venditionesque fiant, [nimirum] ad Kalendas Iunias.
Aliquot poſt menſes et homo occiſus eſt, et bona veniſſe
dicuntur. Profecto aut haec bona in tabulas publicas nulla
redierunt, nosque ab iſto nebulone facetius eludimur,
quam putamus, aut, ſi redierunt, tabulae publicae cor-
ruptae aliqua ratione ſunt: nam lege quidem bona venire
non potuiſſe conſtat. Intelligo, me ante tempus, iudices,
haec ſcrutari, et propemodum errare, qui, quum capiti
Sex. Roſcii mederi debeam, reduviam curem: non enim
laborat de pecunia, non ullius rationem ſui commodi
ducit; facile egeſtatem ſuam ſe laturum putat, ſi hac
129 indigna ſuſpicione et ficto crimine liberatus ſit. Verum
quaeſo a vobis, iudices, ut haec pauca, quae reſtant, ita

*aut quo more.* Eſt coniectura Erneſtii pro *aut quo modo.* „Quid modus inter ius et legem?" cf. infra §. 143.

c. XLIV. §. 127. *quem vis et putas*, i. e. in quem vis et putas. Orat. II, 68 extr. *irridetur in eo ipſo genere, quo dixit.* Fin. IV, 29, 56 *negat Platonem, ſi ſapiens non ſit, eadem eſſe in cauſa, qua tyrannum Dionyſium.* Tuſc. Qu. I, 46 extr. *eſſe cum aliquo ſenſu in iis malis, quibus vulgo opinantur.* cf. Heindorf. ad Cic. N. D. I, 12, 31.

*feciſſe dico, ut ementiretur etc.* Quae ſubiiciuntur, *ut ement. ut fingeret* etc. explicandis verbis *haec feciſſe* inſerviunt; nam quae poſt verbum *facere* explicationis cauſa adduntur, ſemper *ut* adiunctum habent. epp. Famil. IV, 4 *fecerat autem hoc ſenatus, ut — conſurgeret.* cf. infra §. 151. de orat. I, 7, 28. agr. 1, 3, 9. Quod autem poſt plura imperfecta perfectum, *paſſus non ſit*, ſequitur, eo factum eſt, quod priora actiones continuas et ſaepius repetitas declarant, ultimum rem certo aliquo tempore abſolutam, tum, quum legati Amerinorum Volaterras venerant. Cf. pro Sull. 11, §. 32. et Kritz. ad Sall. Catil. 10, 1.

§. 128. *ab iſto nebulone*, a Chryſogono, qui ſeſe bona Sex. Roſcii emiſſe dicebat §. 6.



audiatis, ut partim me dicere pro me ipſo putetis, partim
pro Sex. Roſcio. Quae enim mihi ipſi indigna et into-
lerabilia videntur, quaeque ad omnes, niſi providemus,
arbitror pertinere, ea pro me ipſo, ex animi mei ſenſu ac
dolore pronuntio; quae ad huius vitae caſum cauſamque
pertineant, et quid hic pro ſe dici velit, et qua conditione
contentus ſit, iam in extrema oratione noſtra, iudices,
audietis. Ego haec a Chryſogono, mea ſponte, remoto XLV
Sex. Roſcio, quaero, primum, quare civis optimi bona 130
venierint? deinde, quare hominis eius, qui neque pro-
ſcriptus, neque apud adverſarios occiſus eſt, bona venierint,
quum in eos ſolos lex ſcripta ſit? deinde, quare aliquanto
poſt eam diem venierint, quae dies in lege praefinita eſt?
deinde, cur tantulo venierint? Quae omnia ſi, quem-
admodum ſolent liberti nequam et improbi facere, in
patronum ſuum voluerit conferre, nihil egerit: nemo
eſt enim, qui neſciat, propter magnitudinem rerum multa
multos, partim imprudente L. Sulla, commiſiſſe. Placet 131
igitur, in his rebus aliquid imprudentia praeteriri? Non
placet, iudices, ſed neceſſe eſt. Etenim, ſi Iuppiter
Optimus Maximus, cuius nutu et arbitrio coelum, terra
mariaque reguntur, ſaepe ventis vehementioribus aut im-
moderatis tempeſtatibus aut nimio calore aut intolerabili
frigore hominibus nocuit, urbes delevit, fruges perdidit,
quorum nihil pernicie cauſa divino conſilio, ſed vi ipſa et
magnitudine rerum factum putamus, at contra, commoda,
quibus utimur, lucemque, qua fruimur, ſpiritumque,
quem ducimus, ab eo nobis dari atque impertiri videmus;

§. 129. *partim* h. l. poſitum eſſe videtur pro *ex parte*, ut de nat. d. I, 18 in. *ac de forma quidem partim natura nos admonet, partim ratio docet.* Phil. II, 45 extr. *attulerat iam liberae civitati partim metu, partim patientia conſuetudinem ſerviendi.* Divin. II, 11 *artificioſum divinandi genus dicebas conſtare partim ex coniectura, partim ex obſervatione diuturna.* Hic uſus, apud Livium et alios frequentiſſimus, rarior eſt apud Ciceronem, qui fere pro *alii — alii* ponere ſolet.

*pro me ipſo*, ex mea perſona, non, ad me defendendum.

*caſum cauſamque.* Caſum ex variante lectione in textum irrepſiſſe ſuſpicatur Ruhnk. ad Rutil. L. p. 36.

c. XLV. §. 130. *deinde — deinde — deinde* ter repetitur etiam orat. 54. epp. fam. III, 7. (63, 5.) bis de divin. I, 55. II. 38. octies de invent. II, 49.

*partim impr. Partim* ſemel poſitum reperitur etiam pro l. agr. II, 24, 36.

§. 131. *pernicie.* De hac antiqua genitivi nominum in *es* forma egerunt Bentl. ad Hor. Carm. III, 7, 4. Cort. ad Sall. Iug. 52', 3. C. Schneider gramm. lat. II, 1. p. 356. cf. Virg. Georg. I, 208. Ovid. Met. III, 341. etc.

quid miramur, L. Sullam, quum folus rempublicam rege-
ret orbemque terrarum gubernaret imperiique maieftatem,
quam armis receperat, legibus confirmaret, aliqua anim-
advertere non potuiffe? nifi hoc mirum eft, quod vis di-
vina affequi non poffit, fi id mens humana adepta non fit.
132 Verum, ut haec miffa faciam, quae iam facta funt, ex iis,
quae nunc maxime fiunt, nonne quivis poteft intelligere,
omnium architectum et machinatorem unum effe Chry-
fogonum, qui Sex. Rofcii nomen deferendum curavit,
hoc iudicium . . . cuius honoris caufa accufare fe dixit
Erucius? . . . . .

. . . . . aptam et ratione difpofitam fe habere exiftimant,
qui in Salentinis, aut in Bruttiis habent, unde vix ter in
XLVI anno audire nuntium poffunt. Alter tibi defcendit de
133 Palatio et aedibus fuis, habet animi caufa rus amoenum
et fuburbanum, plura praeterea praedia, neque tamen
ullum, nifi praeclarum et propinquum; domus referta
vafis Corinthiis et Deliacis, in quibus eft authepfa illa,
quam tanto pretio nuper mercatus eft, ut, qui praeter-
euntes pretium enumerari audiebant, fundum venire

§. 132. *fe dixit Erucius.* Periit pars illa argumentationis, qua neque venire potuiffe, neque veniffe bona S. Rofcii docuit. Paulo ante lacunam ita explebat Lambinus, *qui hoc iudicium conflavit, cuius* etc.

c. XLVI. §. 133. *animi caufa.* Vulgo additur *a. relaxandi c.* quod duo codd. Ox. omittunt. Pifon. 26, 65 *convivium publicum non dignitatis caufa inibit — fed plane animi fui caufa*, i. e. voluptatis caufa. cf. ad Fam. VII, 2. Phil. VII, 6, 18. Fin. II, 17, 56. Senec. Benef. IV, 17, 4. quos locos congeffit Goerenz. ad Cic. de Fin. l. c. p. 207.

*vafis Corinthiis*, ex aere Corinthio, factitio, e variis metallis artificiofe mixto. Locus de eo clafficus eft Plinii hift. nat. 34, 3. ubi illud cafu mixtum effe narrat, *Corintho quum caperetur incenfa;* quam fabulam effe, et aes Corinthium ante Corinthum deletam notum fuiffe, demonftrarunt Bochart. Hierozoic. II, 6, 16. Duker. ad Flor. II, 16. *Mira*, inquit Plin. l. c. *circa id multorum affectatio fuit, quippe quum tradatur, non alia de caufa Verrem, quem Cicero damnaverat, profcriptum cum eo ab Antonio, quam quod Corinthiis fe ei ceffurum negaviffet.* — De aere *Deliaco* Plin. ibid. c. 4 *antiquiffima aeris gloria Deliaco fuit, mercatus in Delo concelebrante toto orbe, et ideo cura officinis tricliniorum pedibus fulcrisque. Ibi prima nobilitas aeris* etc.

*enumerari*, voce praeconis pronuntiari. Quint. 15 *vox praeconis praedicat conficitque pecuniam.* Sic Ern. ad h. l. Sed quum additum fit *venire*, non *veniffe*, pretium enumerare dici videntur licitantes, quum alia poft aliam pecuniae fumma pronuntiatur; nam *enumerare* eft *e* pluribus aliud poft aliud numerare.



arbitrarentur. Quid praeterea caelati argenti, quid ftra-
gulae veftis, quid pictarum tabularum, quid fignorum,
quid marmoris apud illum putatis effe? Tantum fcilicet,
quantum e multis fplendidisque familiis in turba et rapinis
coacervari una in domo potuit. Familiam vero quantam
et quam variis cum artificiis habeat, quid ego dicam?
Mitto hasce artes vulgares, coquos, piftores, lecticarios. 134
Animi et aurium caufa tot homines habet, ut quotidiano
cantu vocum et nervorum et tibiarum nocturnisque con-
viviis tota vicinitas perfonet. In hac vita, iudices, quos
fumtus quotidianos, quas effufiones fieri putatis, quae
vero convivia? honefta, credo, in eiusmodi domo, fi
domus haec habenda eft potius, quam officina nequitiae
et deverforium flagitiorum omnium. Ipfe vero quem- 135
admodum compofito et delibuto capillo paffim per forum
volitet cum magna caterva togatorum, videtis, iudices;
[etiam videtis, iudices,] ut omnes defpiciat, ut hominem
prae fe neminem putet, ut fe folum beatum, folum
potentem putet. Quae vero efficiat et quae conetur, fi
velim commemorare, vereor, iudices, ne quis imperitior
exiftimet, me caufam nobilitatis victoriamque voluiffe
laedere; tametfi meo iure poffum, fi quid in hac parte
mihi non placeat, vituperare: non enim vereor, ne quis
alienum me animum habuiffe a caufa nobilitatis exiftimet.
Sciunt ii, qui me norunt, me pro illa tenui infirmaque XLVII
parte, pofteaquam, quod maxime volui, fieri non potuit, 136
ut componeretur, id maxime defendiffe, ut ii vincerent,
qui vicerunt. Quis enim erat, qui non videret, humili-
tatem cum dignitate et amplitudine contendere? quo in
certamine perditi civis erat, non fe ad eos iungere, quibus
incolumibus et domi dignitas et foris auctoritas retineretur.
Quae perfecta effe et fuum cuique honorem et gradum

§. 135. *togatorum*, civium Romanorum. Indignum enim, inquit Ern. in cl., libertinum deduci a civibus Romanis, tanquam clientibus.

c. XLVII. §. 136, *pro illa tenui infirmaque parte*, quantum virium mearum et opum tenuitas illa et infirmitas me patiebatur partem illarum contentionem habere. Simile eft Cic. ad Fam. V, 2 *ut ita fieret, pro mea parte adiuvi*, et *pro virili parte. illa*, quam omnes norunt.

*ut componeretur.* ut compofitio et pax fieret. Caef. B. C. III, 16 *Pompeii fummam voluntatem effe, ut componeretur, atque ab armis difcederetur.*

*defendiffe*, non agendo, pugnando, armis, fed palam probando, optando etc. *Ern.*

*humilitatem*, homines humiles e plebe, qui fere Marii partes fequebantur.

redditum, gaudeo, iudices, vehementerque laetor, eaque
omnia deorum voluntate, ſtudio populi Romani, conſilio
137 et imperio et felicitate L. Sullae geſta eſſe intelligo. Quod
animadverſum eſt in eos, qui contra omni ratione pugna-
runt, non debeo reprehendere; quod viris fortibus, quo-
rum opera eximia in rebus gerendis exſtitit, honos habitus
eſt, laudo. Quae ut fierent, idcirco pugnatum eſſe arbitror,
meque in eo ſtudio partium fuiſſe confiteor. Sin autem id
actum eſt et idcirco arma ſumta ſunt, ut homines poſtremi
pecuniis alienis locupletarentur et in fortunas uniuscuiusque
impetum facerent, et id non modo re prohibere non licet,
ſed ne verbis quidem vituperare, tum vero in iſto bello
non recreatus neque reſtitutus, ſed ſubactus oppreſſusque
138 populus Romanus eſt. Verum longe aliter eſt; nihil
horum eſt, iudices; non modo non laedetur cauſa nobili-
tatis, ſi iſtis hominibus reſiſtetis, verum etiam ornabitur.
XLVIII Etenim qui haec vituperare volunt, Chryſogonum tantum
poſſe queruntur, qui laudare volunt, conceſſum ei non eſſe
commemorant. Ac iam nihil eſt, quod quisquam aut tam
ſtultus aut tam improbus ſit, qui dicat: *Vellem quidem
liceret; hoc dixiſſem.* Dicas licet. *Hoc feciſſem.* Facias
licet; nemo prohibet. *Hoc decreviſſem.* Decerne, modo
recte; omnes approbabunt. *Hoc iudicaſſem;* laudabunt
139 omnes, ſi recte et ordine iudicaris. Dum neceſſe erat
resque ipſa cogebat, unus omnia poterat; qui poſteaquam
magiſtratus creavit legesque conſtituit, ſua cuique procu-
ratio auctoritasque eſt reſtituta. Quam ſi retinere volunt
ii, qui recuperarunt, in perpetuum poterunt obtinere;
ſin has caedes et rapinas et hos tantos tamque profuſos
ſumtus aut facient aut approbabunt, — nolo in eos gravius
quidquam, ne ominis quidem cauſa, dicere; unum hoc
dico: noſtri iſti nobiles, niſi vigilantes et boni et fortes et
140 miſericordes erunt, iis hominibus, in quibus haec erunt,
ornamenta ſua concedant neceſſe eſt. Quapropter deſinant
aliquando dicere, male aliquem locutum eſſe, ſi quis vere
ac libere locutus ſit; deſinant ſuam cauſam cum Chry-

§. 137. *honos habitus eſt*, vid. ad §. 108. *Viri fortes* ſunt Metelli, Catuli, Luculli, Servilii, Pompeii.

c. XLVIII. §. 138. *conceſſum ei non eſſe*, ut ita ageret, quia imprudente L. Sulla ea geſta ſint.

*recte et ordine*, ut ordo rerum in republica conſtitutus poſtulat. Est formula ſolennis, qua ſenatus facta comprobabat et laudabat, cui ſaepe iungitur *et e republica*, v. c. Verr. III, 84. vid. Briſſon. de formul. II, 80. p. 182.



ſogono communicare; deſinant, ſi ille laeſus ſit, de ſe ali-
quid detractum arbitrari; videant, ne turpe miſerumque
ſit, eos, qui equeſtrem ſplendorem pati non potuerunt,
ſervi nequiſſimi dominationem ferre poſſe. Quae quidem
dominatio, iudices, in aliis rebus antea verſabatur, nunc
vero quam viam munitet, quod iter affectet, videtis; ad
fidem, ad iusiurandum, ad iudicia veſtra, ad id, quod
ſolum prope in civitate ſincerum ſanctumque reſtat. Hicne 141
etiam ſeſe putat aliquid poſſe Chryſogonus? hic etiam
potens eſſe vult? o rem miſeram atque acerbam! Neque
mehercules hoc indigne fero, quod verear, ne quid poſſit;
verum quod auſus eſt, quod ſperavit, ſeſe apud tales
viros aliquid ad perniciem poſſe innocentis, id ipſum
queror. Idcircone experrecta nobilitas armis atque ferro XLIX
rempublicam recuperavit, ut ad libidinem ſuam liberti
ſervulique nobilium bona et fortunas veſtras noſtrasque
vexare poſſent? Si id actum eſt, fateor me erraſſe, qui 142
hoc maluerim; fateor inſaniſſe, qui cum illis ſenſerim,
tametſi inermis, iudices, ſenſi; ſin autem victoria nobilium
ornamento atque emolumento reipublicae populoque Ro-
mano debet eſſe, tum vero optimo et nobiliſſimo cuique
meam orationem gratiſſimam eſſe oportet. Quod ſi quis
eſt, qui et ſe et cauſam laedi putet, quum Chryſogonus

§. 140. *equeſtrem ſplendorem*, qui maxime in eo poſitus erat, quod equites iudicia adminiſtrabant, a Sulla deinde ad ſenatum translata.

*quam viam*. Fortaſſe ſunt verba poëtae metro trochaico: — — — *quam viam Munitet, quod iter affectet* — — — ut viſum Grutero; certe *munitare* verbum eſt poëticum, ſicut etiam *affectare viam ad al.* Terent Heaut. II, 3, 60. Phorm. V, 7, 71. Plaut. Men. IV, 3, 12. Virg. Georg. IV, 562. Ut hoc loco, ſic Plaut. Aul. III, 6, 37 *Scio, quam rem agat; ut me deponat vino, eam affectat viam.* Eſt autem cum ſtudio, alacritate, cupiditate viam ingredi, ut recte Forcellinus.

§. 141. *Neque m. hoc indigne fero, quod verear.* Sic Or. I, 6, 25 *non quod illa contemnam.* Tuſc. Qu. II, 23, 56 *non quod doleant, animove ſuccumbant, ſed quia — corpus intenditur.* de nat. d. III, 8, 21 *non quod difficile ſit.* Agr. III, 2, 4 *neque vero nunc ideo* (leg. *id eo*) *disputabo, quod hunc ſtatum reip. non magnopere defendendum putem.* *hoc* videtur eſſe pro *eo*. Et haec videtur antiquiſſima forma eſſe, e qua deinde, coniunctione in relativum mutata, eoque ad caſum praecedentis ablativi *eo* accommodato, ad Graecorum conſuetudinem factum ſit *non* (eo) *quo*. vid. Gramm. gr. §. 480. Coniunctivus autem ponitur poſt *non quo* vel *quod*, quia haec pars cauſam commemorat, in cogitatione tantum poſitam, quamque ſuſpicari aliquis poſſit; ubi vera cauſa affertur poſt *ſed quod*, indicativo locus eſt. Cf. Beier, ad fr. or. p. 14.

vituperetur, is caufam ignorat, fe ipfum prope non novit:
caufa enim fplendidior fiet, fi nequiffimo cuique refiftetur.
Ille improbiffimus Chryfogoni fautor, qui fibi cum illo
rationem communicatam putat, laeditur, quum ab hoc
fplendore caufae feparatur.
143 Verum haec omnis oratio, ut iam ante dixi, mea eft,
qua me uti respublica et dolor meus et iftorum iniuria
coegit. Sed Rofcius horum nihil indignum putat, nemi-
nem accufat, nihil de fuo patrimonio queritur, putat homo
imperitus morum, agricola et rufticus, ifta omnia, quae vos
per Sullam gefta effe dicitis, more, lege, iure gentium facta;
culpa liberatus et crimine nefario folutus cupit a vobis
144 discedere; fi hac indigna fufpicione careat, animo aequo fe
carere fuis omnibus commodis dicit; rogat oratque te,
Chryfogone, fi nihil de patris fortunis ampliffimis in fuam
rem convertit, fi nulla in re te fraudavit, fi tibi optima fide
fua omnia conceffit, annumeravit, appendit, fi veftitum,
quo ipfe tectus erat, annulumque de digito fuum tibi tradi-
dit, fi ex omnibus rebus fe ipfum nudum, neque praeterea
quidquam, excepit, ut fibi per te liceat innocenti amico-
L rum opibus vitam in egeftate degere. Praedia mea tu
145 poffides, ego aliena mifericordia vivo; concedo, et quod
animus aequus eft et quia neceffe eft. Mea domus tibi
patet, mihi claufa eft; fero. Familia mea maxima uteris,
ego fervum habeo nullum; patior et ferendum puto.
Quid vis amplius? quid infequeris? quid oppugnas? qua
in re tuam voluntatem laedi a me putas? ubi tuis commo-
dis officio? quid tibi obfto? Si fpoliorum caufa vis homi-
nem occidere, fpoliafti; quid quaeris amplius? Si inimi-
citiarum, quae funt tibi inimicitiae cum eo, cuius antea
praedia poffedifti, quam ipfum cognofti? Sin metuis, ab
eone aliquid metuis, quem vides ipfum ab fefe tam atrocem
iniuriam propulfare non poffe? Sin, quod bona, quae
Rofcii fuerunt, tua facta funt, idcirco hunc illius filium
ftudes perdere, nonne oftendis, id te vereri, quod praeter
ceteros tu metuere non debeas, ne quando liberis profcri-

§. 142. *caufam ignorat*, non Sex. Rofcii, fed nobilitatis, a L. Sulla defenfam.

*fe ipfum prope non novit*, nefcit, quid ipfe, quum caufam illam defenderet, fpectaverit, et quid nunc fe facere conveniat.

*quum — feparatur*, quum oftenditur, eius in hac caufa nobilitatis nullas partes effe.

c. XLIX. §. 144. *annulum*, fignatorium, et quidem ferreum; nam aureo fenatoribus tantum equitibusque Romanis uti licebat. Annulus autem fignificat ius dominii.



ptorum bona patria reddantur? Facis iniuriam, Chryfo- 146
gone, fi maiorem fpem emtionis tuae in huius exitio
ponis, quam in his rebus, quas L. Sulla geffit. Quod fi
tibi caufa nulla eft, cur hunc miferum tanta calamitate af-
fici velis, fi tibi omnia fua, praeter animam, tradidit, nec
fibi quidquam paternum ne monumenti quidem caufa re-
fervavit, per deos immortales, quae ifta tanta crudelitas
eft? quae tam fera immanisque natura? Quis unquam
praedo fuit tam nefarius, quis pirata tam barbarus, ut,
quum integram praedam fine fanguine habere poffet, cru-
enta fpolia detrahere mallet? Scis hunc nihil habere, nihil 147
audere, nihil poffe, nihil unquam contra rem tuam co-
gitaffe, et tamen oppugnas eum, quem neque metuere
potes, neque odiffe debes, nec quidquam habere iam reli-
qui vides, quod ei detrahere poffis; nifi hoc indignum pu-
tas, quod veftitum federe in iudicio vides, quem tu e pa-
trimonio, tanquam e naufragio, nudum expulifti. Quafi
vero nefcias, hunc et ali et veftiri a Caecilia, [Balearici filia,
Nepotis forore], fpectatiffima femina; quae quum patrem
clariffimum, ampliffimos patruos, ornatiffimum fratrem
haberet, tamen, quum effet mulier, virtute perfecit, ut
quanto honore ipfa ex illorum dignitate afficeretur, non
minora illis ornamenta ex fua laude redderet. An quod LI
diligenter defenditur, id tibi indignum facinus videtur? 148
Mihi crede, fi pro patris eius hofpitiis et gratia vellent
omnes huius hofpites adeffe et auderent libere defendere,
fatis copiofe defenderetur; fin autem pro magnitudine in-
iuriae proque eo, quod fumma respublica in huius periculo
tentatur, haec omnes vindicarent, confiftere mehercule
vobis ifto in loco non liceret. Nunc ita defenditur, non
fane ut molefte ferre adverfarii debeant, neque ut fe po-

c. L. §. 146. *facis iniuriam.* pro Flacc. 17. *facis iniufte, Laeli, fi putas periculo noftro vivere tuos contubernales.* quibus ipfis verbis Donatus explicat noftram formulam ad Ter. Hec. IV, 4, 70.

*ne monumenti quidem caufa*, ad monumentum patris f fepulcrum ibi exftruendum.

§. 147. *a Caecilia.* vid. §. 27.

*patrem clarissimum*, Q. Caecilium Metellum Balearicum, cof. a. 630. *ampliffimos patruos* L. Metellum Diadematum cof. a. u. 636, Marcum Met. cof. a. u. 638, qui de Sardis triumphavit a. u. 640, Caium cogn. Caprarium, qui ex Thracia et de Macedonibus eodem anno. Hi quatuor Q. Metelli Macedonici filii fuerunt. De fratre vid. ad §. 27. Burm. ad Vellei. Pat. II, 11. p. 727. ed. Ruhnk. Male Schütz. Lucium Dalmaticum intelligit. v. Ern. cl. Cic. *L. Met. Diad.*

*non minora illis orn.* Debebat fequi, *tanta illis orn.* Sed hoc nimis magnificum videbatur.

149 tentia superari putent. Quae domi gerenda sunt, ea per
Caeciliam transiguntur, fori iudiciique rationem Messala,
ut videtis, iudices, suscepit. Qui si iam satis aetatis atque
roboris haberet, ipse pro Sex. Roscio diceret; quoniam ad
dicendum impedimento est aetas et pudor, qui ornat aeta-
tem, causam mihi tradidit, quem sua causa cupere ac de-
bere intelligebat, ipse assiduitate, consilio, auctoritate, di-
ligentia perfecit, ut Sex. Roscii vita, erepta de manibus
sectorum, sententiis iudicum permitteretur. Nimirum,
iudices, pro hac nobilitate pars maxima civitatis in armis
fuit; haec acta res est, uti nobiles restituerentur in civita-
tem, qui hoc facerent, quod facere Messalam videtis, qui
caput innocentis defenderent, qui iniuriae resisterent, qui,
quantum possent, in salute alterius, quam in exitio, mal-
lent ostendere. Quod si omnes, qui eodem loco nati sunt,
facerent, et respublica ex illis, et ipsi ex invidia minus
laborarent.

LII Verum si a Chrysogono, iudices, non impetramus, ut
150 pecunia nostra contentus sit, vitam ne petat, si ille adduci
non potest, ut, quum ademerit nobis omnia, quae nostra
erant propria, ne lucem quoque hanc, quae communis est,
eripere cupiat, si non satis habet avaritiam suam pecunia
explere, nisi etiam crudelitate sanguinis perlitus sit, unum
perfugium, iudices, una spes reliqua est Sex. Roscio eadem,
quae reipublicae, vestra pristina bonitas et misericordia;
quae si manet, salvi etiam nunc esse possumus; sin ea cru-
delitas, quae hoc tempore in rempublicam grassata est, ve-

c. LI. §. 149. *Quae domi gerenda sunt*, ut vestiatur et vita eius a telis et insidiis sicariorum tuta praestetur, §. 27. *per Caec.* non quo ipsa eum tueatur et defendat, sed quatenus amicorum ad id opera utitur. Vid. ad Catil. III. §. 3. M. Valerius *Messala*. consul biennio post Ciceronem a. u. 692. Alius esse videtur cos. anni 700. quem h. l. intelligi vult Manut. *fori iudiciique rationem suscepit*, causam Roscii in iudicium adducendo et inter advocatos sedendo.

*quem sua causa cupere ac debere int.* Plena locutio est epp. famil. XIII, 75. *cuius causa omnia tum cupio, tum mehercule etiam debeo.*

*ex illis — — minus laborarent*, quasi morbo aut incommodo.

*crudelitate sang.* i. e. sanguine crudeli, s. per crudelitatem effuso, ut explicat Olivet.

c. LII. §. 150. *in republica grassata est.* Sic Codd nonnulli, pro *in rep. versata est.* quod ab interpolatore vel glossatore profectum esse non potest, et propter sequens *versari* genuinum videtur: quamvis enim in Ciceronis reliquiis hoc verbum non legatur, legitur tamen *grassator* de fato 15, 34. et fortasse ob id ipsum illo verbo hic usus est, ut grassatores et sicarios significaret. Recepit etiam Beckius.



stros quoque animos, id quod fieri profecto non potest,
duriores acerbioresque reddidit, actum est, iudices; inter
feras satius est aetatem degere, quam in hac tanta imma-
nitate versari. Ad eamne rem vos reservati estis, ad eamne 151
rem delecti, ut eos condemnaretis, quos sectores ac sicarii
iugulare non potuissent? Solent hoc boni imperatores fa-
cere, quum proelium committunt, ut in eo loco, quo fu-
gam hostium fore arbitrentur, milites collocent, in quos,
si qui ex acie fugerint, de improviso incidant. Nimirum
similiter arbitrantur isti bonorum emtores, vos hic, tales
viros, sedere, qui excipiatis eos, qui de suis manibus ef-
fugerint. Dii prohibeant, iudices, ut hoc, quod maiores
consilium publicum vocari voluerunt, praesidium sectorum
existimetur. An vero, iudices, vos non intelligitis, nihil 152
aliud agi, nisi ut proscriptorum liberi quavis ratione tollan-
tur, et eius rei initium in vestro iureiurando atque in Sex.
Roscii periculo quaeri? Dubium est, ad quem maleficium
pertineat, quum videatis in altera parte sectorem, inimi-
cum, sicarium, eundemque accusatorem hoc tempore, ex
altera parte egentem, probatum suis filium, in quo non
modo culpa nulla, sed ne suspicio quidem potuit consistere?
Numquid aliud videtis obstare Roscio, nisi quod patris
bona venierunt? Quod si id vos suscipitis et ad eandem LIII
rem operam vestram profitemini, si idcirco sedetis, ut ad 153
vos adducantur eorum liberi, quorum bona venierunt, ca-

*quo fugam hostium fore arbitrentur*, pro arbitrantur. Sed duae constructiones confusae sunt, *quo fuga host. futura sit*, et *quo f. h. fore arbitrantur.* Vid. Zumpt. Gramm. lat. p. 391. Ramshorn. p. 624. Kritz. ad Sall. Catil. 50, 1.

§ 151. *Consilium publicum* constanter vocatur Senatus, ut statim §. 153. et quamvis consessum iudicum de re ad summam remp. pertinente ita appellari potuisse non negaverim, tamen adiecta verba, *quod maiores cons. publ. vocari voluerunt*, declarant, legitimum et solenne hoc esse nomen, quod de iudicio falsum est. Sed, quia iudices e senatu delecti erant (supra §. 8.), quod hi iudices fecissent, id totum senatum fecisse existimatum iri, significat. Sic in Verrinis infamia iudiciorum universum senatum laborare saepe dicit.

§. 152. *in Sex. Roscii periculo*, i. e. iudicio, quia in eo reus periculum adit, ne condemnetur. Cic. ad Famil. V, 17 *in eius iudicio ac periculo — te tuamque causam tutatus sum.* cf. pro l. Man. 1. pro Arch. 2. et 6. Spald. ad Quint. X, 1, 36.

*consistere.* ita ut evelli non possit, haerere. pro Cluent. 29, 78 *similis in aliis nonnullis suspicio consistebat.*

c. LIII. §. 153. *si id vos susc.* Non debebat mutari ordo verborum; nam vis est in pron. *id.* Pro *ad eandem rem* verius puto *ad eam rem.*

vete, per deos immortales, iudices, ne nova et multo crudelior per vos profcriptio inftaurata effe videatur. Illam priorem, quae facta eft in eos, qui arma capere potuerunt, tamen fenatus fufcipere noluit, ne quid acrius, quam more maiorum comparatum eft, publico confilio factum videretur; hanc vero, quae ad eorum liberos atque infantium puerorum incunabula pertinet, nifi hoc iudicio a vobis reiicitis et afpernamini, videte, per deos immortales, quem
154 in locum rempublicam perventuram putetis. Homines fapientes et ifta auctoritate et poteftate praeditos, qua vos eftis, ex quibus rebus maxime respublica laborat, iis maxime mederi convenit. Veftrum nemo eft, quin intelligat, populum Romanum, qui quondam in hoftes leniffimus exiftimabatur, hoc tempore domeftica crudelitate laborare. Hanc tollite ex civitate, iudices, hanc pati nolite diutius in hac republica verfari; quae non modo id habet in fe mali, quod tot cives atrociffime fuftulit, verum etiam hominibus leniffimis ademit mifericordiam confuetudine incommodorum. Nam quum omnibus horis aliquid atrociter fieri videmus aut audimus, etiam, qui natura mitiffimi fumus, affiduitate moleftiarum fenfum omnem humanitatis ex animis amittimus.

§. 154. *ex animis amittimus* dictum eft, ut *de* vel *e manibus amittere* pro Coel. 27, 66. Liv. 29, 32. Cf. Verr. IV, 20, 44. Fin. IV, 11. extr. Nat. d. II, 49, 124. *Nam quod nos dicimus dimittere,* inquit Donatus ad Ter. Heaut. III, 1, 71 *antiqui etiam dicebant amittere.* De hac vi vocis dubitabat Graev. ad h. l.

---

# ORATIO

## PRO LEGE MANILIA.

### ARGUMENTUM.

Quum L. Lucullus feptimum iam annum cum Mithridate, Ponti rege, bellum gereret, Mithridatem regno expuliffet, et Tigranem, Armeniae regem, viciffet, feditione tandem militum, qui fe tam longe a patria in loca frigore et nive horrida duci indignabantur, in Afiam redire coactus erat: qua opportunitate ufus Mithridates et regnum receperat, et Romanos, duce Triario, gravi proelio fuderat. Itaque Romae, ftudiis plebis in unum Pompeium inclinatis, C. Manilius trib. pl. a. u. 688. ad populum tulit, ut eius belli adminiftratio Pompeio, tum bellum cum praedonibus gerenti, demandaretur. Hanc rogationem quum nobiles aegre ferrent, Caefar et Cicero praetor creatus magnopere fuaferunt, ille, quod *animadvertebat, fe cedendo Pompeii gloriae aucturum fuam, et invidia communis potentiae in illum relegata confirmaturum vires fuas* videbat (Vellei. II, 44), hic, quod, fi crefcenti et prope iam adultae Pompeii fortunae fuffragaretur, fe fuam quoque potentiam aucturum intelligebat. (Dio Caff. XXXVI, 26).

In *exordio* populi favorem ita captat, ut dicat, fe et auctoritate, quam populus praetura mandanda ipfi tribuerit, et facultate dicendi, quam defenfionum laboribus fibi comparaverit, apud eos ufurum effe, qui hanc exercitationis et dicendi affiduitatem tanto praemio condecorandam exiftimaverint c. I.

Tum caufam *proponit* §. 4. 5. et quam grave ac periculofum illud bellum fit, demonftrat.

Hoc argumentum ita *partitur*, ut primum de genere belli, deinde de magnitudine, tum de imperatore deligendo dicendum effe dicat §. 6.

Quod igitur ad *genus* belli attinet, oftendit 1 agi in eo populi Rom. gloriam et dignitatem imperii §. 6 — 12. 2. falutem fociorum §. 12. 13. 3. maxima et certiffima pop. Rom. vectigalia §. 14. 15. 16. 4. bona multorum civium Rom. publicanorum et negotiatorum e ceteris ordinibus §. 17. 18. 19.

De *magnitudine* ita dicit, ut, quamvis Lucullus maximas res gefferit §. 20. 21., tamen, quum milites, longinquitate locorum et defiderio fuorum commoti, reditum magis maturum, quam proceffionem longiorem quaererent, Mithridatem interea copias fuas confirmaffe et regnum recepiffe, cum eo fefe coniunxiffe Tigranem et nationes integras metu exercitus Rom. perculfas, cladem graviffimam acceptam effe, novum imperatorem fucceffiffe dicat §. 22 — 26.

Sequitur *tertia* pars, de imperatore deligendo, in qua demonftrat, quum in fummo imperatore et fcientiam rei militaris, et virtutem, et auctoritatem et felicitatem ineffe oporteat, §. 28. neminem nec fcientiorem effe Pompeio, *ibid.* nec maiorem virtutem habere eo, qui et Italiam, Siciliam, Hifpaniam, Galliam pacaverit, bellum fervile exftinxerit, §. 29. 30. praedonum bellum graviffimum intra quadraginta dies confecerit, §. 31 — 36, et fumma innocentia, temperantia, §. 37 — 41, fide, facilitate, ingenio, humanitate §. 42. excellat. Eundem fumma auctoritate effe §. 43 — 46. fumma etiam felicitate §. 47. Huc accedere, quod in iis ipfis locis adfit, quod exercitum habeat, et ab iis, qui habeant, accipere ftatim poffit §. 50.

His ita demonftratis, refutat *primum* contrariam Hortenfii fententiam, qui negaverat ad unum omnia deferri oportere. At hoc iam rebus ipfis refutatum effe; nam in praedonum etiam bello, adverfante licet Hortenfio, ad unum omnia delata effe maximo reip. et imperii commodo; in quo fi Hortenfii auctoritas plus quam pop. Rom. falus valuiffet, orbis terrae imperium amiffum effet §. 51 — 56. Hoc modo et Hortenfio invidiam facit, qui id impedire conatus fit, quo uno falus pop. Rom. niteretur, et fententiam ipfam elevat. Hoc etiam amplius addit, quod ad hanc caufam proprie non fpectat, indigno modo nonnullos adverfatos effe Gabinio, ne, quo auctore adminiftratio belli piratici Pompeio commiffa effet, is legatus Pompeio in eo bello gerendo adfcriberetur §. 57. 58. Catulum, fumma virtute et confilio virum, lenius tractat, qui quum cenfuiffet, nihil novi contra inftituta maiorum fieri oportere, multa exempla colligit, quibus faepe iam a pop. Rom. uni homini plura bella gerenda commiffa effe demonftret, et in ipfo Pompeio multa iam nova, fumma Catuli voluntate, conftituta effe commemorat; quo loco utitur, ut denuo in Pompeii laudes excurrat §. 59 — 62.

In *epilogo* ex fuperioribus colligit, quum pop. Rom. in Pompeio bello praedonum praeficiendo plus viderit, quam principes illi, eius auctoritate et iudicio parendum effe, §. 63. Hoc magis etiam Pompeium deligendum effe, quod ad Afiaticum bellum gerendum imperatore opus fit continente, qui a pecuniis fociorum, ab eorum coniugibus ac liberis animum cohibere poffit §. 64 — 67. Si vero auctoritatibus caufa iudicanda fit, auctores Pompeii deligendi effe P. Servilium Ifauricum, C. Curionem, Cn. Lentulum, C. Caffium §. 68. Tandem Manilium ob legem ab eo latam laudat, et hortatur, ut fortiter in fententia maneat; fe quidem, quidquid induftria et auctoritate poffit, ad legem illam defendendam collaturum effe, neque aliam ob caufam, nifi quod maxime e republica fibi effe videatur, Pompeium deligi, tantopere laborare §. 69 fqq.



---

# O R A T I O
## DE IMPERIO CN. POMPEII
### SIVE
## PRO LEGE MANILIA.

Quamquam mihi femper frequens confpectus vefter multo iucundiffimus, hic autem locus ad agendum ampliffimus, ad dicendum ornatiffimus eft vifus, Quirites, tamen hoc aditu laudis, qui femper optimo cuique maxime patuit, non mea me voluntas, fed meae vitae rationes ab ineunte aetate fufceptae prohibuerunt. Nam, quum antea per aetatem nondum huius auctoritatem loci attingere auderem, ftatueremque, nihil huc, nifi perfectum ingenio, elaboratum induftria, afferri oportere, omne meum I 1

c. I. §. 1. *hic locus*, roftra in comitio, f. parte fori, quae curiae Hoftiliae proxime iuncta erat, ut ait Afcon. in Mil. 5.

*ad agendum ampl.* Gellius XIII, 15 *Ex verbis Meffalae manifeftum eft, aliud effe cum populo agere, aliud concionem habere: nam cum populo agere eft rogare quid populum, quid fuffragiis fuis aut iubeat aut vetet; concionem autem habere eft verba facere ad populum fine ulla rogatione.* ad ea fignificatione pofitum videtur, quam illuftravimus ad orat. pro Rofc. §. 85, ut fit *loc. ad ag. ampl.*, qui plurimum amplitudinis et dignitatis tribuit, quatenus ex eo cum populo agitur, quod magiftratibus tantum licebat, *ad dic. orn.*, qui ornamento eft, quatenus ex eo dicunt concionantes.

*huius auctoritatem loci*, hunc locum, qui auctoritatem tribuit concionantibus ex eo. Sic fere Heum. aliter Ern. in clave v. *auctoritas* n. 19.

tempus amicorum temporibus transmittendum putavi.
2 Ita neque hic locus vacuus fuit unquam ab iis, qui ve-
ſtram cauſam defenderent, et meus labor, in privato-
rum periculis caſte integreque verſatus, ex veſtro iudicio
fructum eſt ampliſſimum conſecutus. Nam quum pro-
pter dilationem comitiorum ter praetor primus centuriis

*amicorum temporibus*, quae §. 2. vocantur *pericula*, i. e. neceſſitates eorum, quum accuſati eſſent (v. ad or. pro Roſc. §. 152.). Nam *tempus* et *tempora* ſaepiſſime uſurpatur de eo, quod tempore aliquo fit, de fortunae conditione, imprimis triſti et adverſa. Off. II, 1. extr. *tantum erat philoſophiae loci, quantum ſuperfuerat amicorum et reipublicae temporibus.* cf. pro Arch. 6, 12. Sic Cicero exilium ſuum ſaepe vocat *tempus* vel *tempora sua*, ut ad Fam. I, 6 *recordatio meorum temporum.* cf. ib. 9, 69. pro Sext. 58. in.

*transmittendum*, tribuendum, ut Stat. Theb. III, 278. *operi transmittere noctes.*

§. 2. *Ita neque his locus* etc. Senſus eſt: eo pacto, dum privatis ſervio, veſtram mihi benevolentiam conciliavi, quum interea tamen deſertus hic locus non eſſet. *Hottom.* Nam antiqui nonnumquam ſententiam ſecundariam, quam reliquis interiici oportebat, una ſerie cum primaria coniungunt, ut h. l. *vacuum fuiſſe eum locum* e praecedentibus non ſequitur. Sic de nat. d. I, 9. *quid eſt aſſecutus, quum omnes ſtulti ſint ſine dubio miſerrimi, maxime quod ſtulti ſunt, deinde quod ita multa ſunt incommoda in vita, ut ea ſapientes commodorum compenſatione leniant, ſtulti nec vitare venientia poſſint, nec ferre praeſentia*, pro quod ita multa ſunt incommoda in vita, ut, quum ea ſap. comm. comp. leniant, ſtulti nec vitare etc. plane ut Xenoph. Mem. S. II, 7, 11. *οὕτω μοι δοκεῖς καλῶς λέγειν, ὦ Σώκρατες, ὥστε πρόσθεν μὲν οὐ προσιέμην δανείσασθαι, — — νῦν δέ μοι δοκῶ εἰς ἔργων ἀφορμὴν ὑπομένειν αὐτὸ ποιῆσαι*, pro *ὥστε, πρόσθεν οὐ προσιέμενος δαν., νῦν μοι δοκῶ.* cf pro S. Roſc. §. 15. Heind. ad Plat. Gorg. §. 144. Wolf. Litterar. Anal. I. p. 318 ſq. Cf. quae nunc monui ad Sull. §. 21. 87. Sext. §. 44. 105. 138. Mil. §. 33. 84. — *Veſtram cauſam*, id in quo utilitas veſtra poſita eſt, *Intereſſe.* Sic *cauſa reip.* §. 4. *pop. R. vera cauſa* §. 53.

*caſte integreque.* Sic pro Flacc. 28, 68 *caſtiſſimum hominem atque integerrimum.* de Fin. IV, 23, 63 *caſte et integre vivere.* Utrumque remotum a vitiis ſignificat, imprimis vero de iis dicitur, qui aliena non appetunt, neque ſe corrumpi ſinunt, unde Fin. I, 9, 30. *incorrupte atque integre iudicare.* pro Sext. 43, 93 *homo caſtus ac non cupidus.*

*ex veſtro iudicio*, quod me praetorem creaviſtis. vid. ad or. pro S. Roſcio §. 108.

*propter dilationem comitiorum.* Differebantur vel voc. proprio *dirimebantur* comitia vel propter obnuntiationes magiſtratus alicuius, vel propter interceſſiones tribunorum. Igitur ter dilatis comitiis, nondum abſoluta creatione omnium octo praetorum, ter Cic. renuntiatus eſt *praetor primus* ſ. is, qui prima ſuffragii latione factus eſt, quod erat honorificum, quippe ſignum benevolentiae populi, de quo gloriatur etiam in Piſ. 1, 2. Plut. vit. Cic. 9 *στρατηγίαν δὲ μετιόντων ἅμα σὺν αὐτῷ πολλῶν καὶ μεγάλων, πρῶτος ἁπάντων ἀνηγορεύθη.* Brut. 93, 321 *in hoc ſpatio et in iis poſt aedilitatem annis et praetor primus et incredibili populi voluntate ſum factus. Nam cum propter aſſiduitatem in cauſis et induſtriam, tum propter exquiſitius et minime vulgare orationis genus animos hominum ad me dicendi novitate converteram.*



cunctis renuntiatus ſum, facile intellexi, Quirites, et quid
de me iudicaretis, et quid aliis praeſcriberetis. Nunc
quum et auctoritatis in me tantum ſit, quantum vos ho-
noribus mandandis eſſe voluiſtis, et ad agendum faculta-
tis tantum, quantum homini vigilanti ex forenſi uſu
prope quotidiana dicendi exercitatio potuit afferre, certe
et ſi quid auctoritatis in me eſt, ea apud eos utar, qui
eam mihi dederunt, et ſi quid etiam dicendo conſequi
poſſum, iis oſtendam potiſſimum, qui ei quoque rei fru-
ctum ſuo iudicio tribuendum eſſe cenſuerunt. Atque 3
illud in primis mihi laetandum iure eſſe video, quod in
hac inſolita mihi ex hoc loco ratione dicendi cauſa talis
oblata eſt, in qua oratio nemini deeſſe poteſt. Dicen-
dum eſt enim de Cn. Pompeii ſingulari eximiaque vir-
tute; huius autem orationis difficilius eſt exitum, quam
principium, invenire. Ita mihi non tam copia, quam
modus in dicendo quaerendus eſt.

Atque, ut inde oratio mea proficiſcatur, unde haec II
omnis cauſa ducitur, bellum grave et periculoſum veſtris 4
vectigalibus atque ſociis a duobus potentiſſimis regibus
infertur, Mithridate et Tigrane; quorum alter relictus,
alter laceſſitus, occaſionem ſibi ad occupandam Aſiam
oblatam eſſe arbitratur. Equitibus Romanis, honeſtiſſi-
mis viris, afferuntur ex Aſia quotidie litterae, — quo-

*dicendo conſequi poſſum*, i. e. efficere, quod operae pretium ſit, nos: *etwas leiſten.* Sic ſaepe Cicero, ut Or. II, 9, 38. 28, 121. quamquam in lexicis latinis hanc ſignificationem fruſtra quaeſiveris. Eodem ſenſu uſurpatur *efficere aliquid* Or. II, 20, 85. 42. 180. Fin. I, 13, 42.

c. II. §. 4. *alter*, Mithridates, *relictus*, vid. §. 22. *alter laceſſitus*, vid. §. 23.

*occaſionem ad occupandum Aſiam.* Sic Verr. II, 21, 50 *qua de re alius mihi locus ad dicendum eſt conſtitutus.* ib. 72 extr. *ut et mihi ſumma facultas ad accuſandum daretur, et iudicibus libera poteſtas ad credendum.* cf. pro Mil. 2, 6. pro Coelio 20 extr., in quibus *ad* refertur ad verbum, non ad nomen. Cf. *Ramshorn. Grammat. lat.* p. 446. b. Not. Neque tamen hoc diſcrimen ubique ſervaſſe videntur Latini. Livius certe XXX, 4. *ſpeculatores omnia viſendi et Scipio ad comparanda ea, quae in rem erant, tempus habuit.*

*afferuntur litterae* iunge cum *Bithyniae vicos exuſtos eſſe complures;* reliqua parentheſi incluſa ſunt.

rum magnae res aguntur in veſtris vectigalibus exercendis
occupatae, qui ad me pro neceſſitudine, quae mihi eſt cum
illo ordine, cauſam reipublicae periculaque rerum ſua-
5 rum detulerunt; — Bithyniae, quae nunc veſtra provin-
cia eſt, vicos exuſtos eſſe complures, regnum Ariobar-
zanis, quod finitimum eſt veſtris vectigalibus, totum eſſe
in hoſtium poteſtate, Lucullum, magnis rebus geſtis, ab
eo bello diſcedere, huic qui ſucceſſerit, non ſatis eſſe
paratum ad tantum bellum adminiſtrandum, unum ab
omnibus ſociis et civibus ad id bellum imperatorem de-
poſci atque expeti, eundem hunc unum ab hoſtibus metui,
praeterea neminem.

6 Cauſa quae ſit, videtis; nunc quid agendum ſit, con-
ſiderate. Primum mihi videtur de genere belli, deinde
de magnitudine, tum de imperatore deligendo eſſe dicen-
dum. Genus eſt belli eiusmodi, quod maxime veſtros
animos excitare atque inflammare ad perſequendi ſtudium
debeat. Agitur enim populi Romani gloria, quae vobis a
maioribus cum magna in rebus omnibus, tum ſumma in

*magnae res aguntur*, magnae divitiae in diſcrimine et periculo verſantur, ut c. II. §. 6. Cf. Kritz. ad Sall. Catil. 52, 6.

*exercere* vectigalia dicuntur publicani, qui ea de cenſoribus conduxerunt et lucri cauſa adminiſtrant; *exigere* portitores et operae publicanorum. vid. §. 16. *Occupantur* pecuniae, quae vel in foenore, vel in aliis rebus, unde lucrum ſperatur, ut vectigalibus, collocantur. Verr. I, 36, 91 *pecunias occuparat apud populos.* pro Flacc. 21, 51 *pecuniam adoleſcentulo grandi foenore occupaviſti.* Colum. I, 8 *occupare pecuniam animalibus aut aliis rebus promercalibus.* XI, 1. *occupare pecuniam in pecore*, quae loca laudat Forcellinus. Contra *otioſa pecunia* vocatur, ex qua nulli fructus redeunt, notante Faërno ad orat. pro Fl. l. c.

*pro neceſſitudine.* Nam Cicero patre equite natus erat. pro Rabir. Poſt. 6, 15 *nunc vos, equites Romani, videte. Scitis, me ortum a vobis, omnia ſemper ſenſiſſe pro vobis* etc. Sed etiam, *quod publicani ſint, ſumma eos ſe neceſſitudine attingere* ſcribit ad Quint. fr. I, 1, 12.

§. 5. *quae nunc veſtra prov. eſt*, quum eam Nicomedes Philopator rex a. u. 679 pop. Rom. teſtamento reliquiſſet, quod eum, a Mithridate pulſum, Sulla victor in regnum reſtituerat. Liv. epit. l. 93. Eutrop. VI, 6. Appian. b. Mithrid. c. 71. p. 745.

*regnum Ariobarzanis*, Cappadociam. Appian. Mithr. 91 p. 778. revocato Lucullo *ὁ Μιθριδάτης ἐς Καππαδοκίαν ἐσέβαλε, καὶ τὴν ἰδίαν ἀρχὴν ὠχύρου.*

*huic qui ſucceſſerit*, M'. Acilius Glabrio, cos. a. u. 686 infra §. 26. Praeerat tum Bithyniae. Plut. Pomp. 30. Olim legebatur *ſuccurrerit*, quo Hottom. ſtudium et cupiditatem Glabrionis ſignificari putabat; quo fere ſenſu eſt in or. pro Roſc. §. 31.

§. 6. *Genus — belli.* Genere bella geruntur vel de ſalute et libertate, vel de imperio, vel de dignitate et gloria. cf. §. 20.



re militari tradita eſt; agitur ſalus ſociorum atque amico-
rum, pro qua multa maiores veſtri magna et gravia bella
geſſerunt; aguntur certiſſima populi Romani vectigalia et
maxima, quibus amiſſis, et pacis ornamenta et ſubſidia
belli requiretis; aguntur bona multorum civium, quibus
eſt a vobis et ipſorum et reipublicae cauſa conſulendum.
Et quoniam ſemper appetentes gloriae praeter ceteras III
gentes atque avidi laudis fuiſtis, delenda eſt vobis illa 7
macula, Mithridatico bello ſuperiore ſuſcepta, quae pe-
nitus iam inſedit atque inveteravit in populi Romani
nomine, quod is, qui uno die, tota Aſia, tot in civitati-
bus, uno nuntio atque una litterarum ſignificatione cives
Romanos necandos trucidandosque denotavit, non modo
adhuc poenam nullam ſuo dignam ſcelere ſuſcepit, ſed
ab illo tempore annum iam tertium et viceſimum regnat,
et ita regnat, ut ſe non Ponto neque Cappadociae late-
bris occultare velit, ſed emergere e patrio regno atque
in veſtris vectigalibus, hoc eſt, in Aſiae luce verſari.

*pro qua multa mai. v.* vid. §. 14.

*requiretis.* Divin. in Caec. 22, 71 *nihil de ſuis veteribus ornamentis requiret.* ubi Aſcon. *amiſſum ſentiet: hoc eſt enim nihil requiret, non ſentiet ſibi deeſſe aliquid ex iis rebus, quas unquam habuit.*

*a vobis.* Hoc loco utitur Broed. Gramm. I. §. 366. not. 2. ſic dicendum eſſe ambiguitatis vitandae cauſa praecipiens. Hanc tamen ambiguitatem non reformidavit Cic. infra §. 63. Orat. I, 23, 105. *gerendus eſt tibi mos adoleſcentibus.* Vid. Zumpt. gramm. l. §. 651.

c. III. §. 7. *Mithridatico bello ſup.* quod exarſit L. Cornelio Sulla, Q. Pompeio Ruſo coſſ. a. u. 665.

*macula — ſuſcepta.* pro Font. 12 in. *ne qua inſignis huic imperio macula atque ignominia ſuſcipiatur.*

*qui uno die* etc. Appian. b. Mithr. c. 22. p. 672 ſq. *ὁ Μιθριδάτης — — σατράπαις ἅπασι καὶ πόλεων ἄρχουσι δι' ἀποῤῥήτων ἔγραφε, τριακοστὴν ἡμέραν φυλάξαντας ὁμοῦ πάντας ἐπιθέσθαι τοῖς παρὰ σφισὶ Ῥωμαίοις καὶ Ἰταλοῖς, αὐτοῖς τε καὶ γυναιξὶν αὐτῶν καὶ παισὶ καὶ ἐξελευθέροις, ὅσοι γένους Ἰταλικοῦ κ. τ. λ.* cf. Vellei. II, 18. Flor. III, 5. Plut. Sull. c. 24. centum quinquaginta millia uno die caeſa eſſe ait.

*et ita regnat.* Figura exornandae ſimul et amplificandae orationis, quam Manut. illuſtrat locis infra §. 10. et 33. Divin. in Caec. c. 8 in. pro Rabir. perd. c. 3. Nimirum *et* eſt pro *et quidem.*

*in Aſiae luce*, in celebritate et frequentia hominum in ea provincia, qua fit, ut nihil eorum, quae ibi fiunt, ignoretur. ad Qu. fr. I, 1, 18 *quid autem reperiri tam eximium aut tam expetendum poteſt, quam iſtam virtutem — non latere in tenebris neque eſſe abditam, ſed in luce Aſiae, in oculis clariſſimae provinciae atque in auribus omnium gentium ac nationum eſſe poſitam?* Cato m. c. 4. *nec vero ille in luce modo atque in oculis civium magnus, ſed intus domique praeſtantior.* Orat. 10, 34 *in Italiae luce.*

8 Etenim adhuc ita veſtri cum illo rege contenderunt im-
peratores, ut ab illo inſignia victoriae, non victoriam,
reportarent. Triumphavit L. Sulla, triumphavit L.
Murena de Mithridate, duo fortiſſimi viri et ſummi im-
peratores; ſed ita triumpharunt, ut ille pulſus ſupera-
tusque regnaret. Verumtamen illis imperatoribus laus
eſt tribuenda, quod egerunt, venia danda, quod reli-
querunt, propterea quod ab eo bello Sullam in Italiam
IV respublica, Murenam Sulla revocavit. Mithridates autem
9 omne reliquum tempus non ad oblivionem veteris belli,
ſed ad comparationem novi contulit; qui poſteaquam
maximas aedificaſſet ornaſſetque claſſes exercitusque per-
magnos, quibuscunque ex gentibus potuiſſet, comparaſſet
et ſe Boſporanis, finitimis ſuis, bellum inferre ſimulaſſet,

§. 8. *inſignia victoriae*, ſigna et indicia victoriae (ut captivos, aurum, argentum, veſtes etc.). Sic Manutius. Sed propter ſeqq. *triumphavit* triumphi intelligendi eſſe videntur, verbum autem *reportarent* ad ultimum tantum nomen accommodatum eſſe.

*L. Murena* renovavit bellum cum Mithr. ſed, victus a rege, paulo poſt revocatus eſt. vid pro Mur. 15. Appian. b. Mithr. c. 64—66, qui hoc bellum tertio anno finitum ſcribit.

*ita triumph.* eo eventu.

*laus eſt tribuenda, quod egerunt*, i. e. propter id, quod egerunt; dura orationis forma, ſi per ſe ſpectetur, ſed mollitur additis verbis *venia danda, quod reliquerunt*, ſc. Mithridatem, in quibus *quod* videtur eſſe coniunctio, ut eodem modo h. l. concinnitatem ſecutus eſſe Cicero videatur, quo pro Roſc. §. 85. *Reliquerunt*, ut L. Murena Mithridatem *repreſſum magna ex parte, non oppreſſum, reliquit* pro Mur. 15, 82.

c. IV. §. 9. *Bosporanis*, accolis Bospori Cimmerii, ut recte Cellarius. Appian. b. Mithr. c. 64. p. 735 ſq. *ἐπὶ δὲ Βοσποριανοὺς ναῦς τε συνεπήγνυτο καὶ στρατὸν ἡτοιμάζετο πολὺν, ὡς τὸ μέγεθος αὐτῷ τῆς παρασκευῆς δόξαν ἐγεῖραι ταχεῖαν, οὐκ ἐπὶ Βοσποριανοὺς, ἀλλ' ἐπὶ Ῥωμαίους τάδε συλλέγεσθαι.* Defecerant autem ab eo Bosporani (ib. p. 735) non ad Romanos, ut ait Manut., ſed ut ſui iuris eſſent. — *Simulaſſet*, non *ſimularet*; nam quo tempore legatos ad Sertorium miſit Mithr., bellum cum Bosporanis finitum erat (Appian. c. 67. p. 740 ſq.); igitur ſimulare non amplius poterat.

*ac litteras miſit.* Plut. Sertor. 23. *πέμπει δὴ πρέσβεις ὁ Μιθριδάτης εἰς Ἰβηρίαν, γράμματα Σερτωρίῳ καὶ λογοὺς κομίζοντας.* cf. Catil. III, 2. pro reg. Deiot. c. 4. Scriptura nonnullorum codicum *electanis* Garaton. orta videtur ex illa *et litas* i. e. et *litteras*, ut barbaro aevo fiebat. Ex illo *electanis* primus Iunta fecit *Ecbatanis*, quod plerique receperunt. Sed Ecbatana Mediae urbs non erat in ditione Mithridatis, et legatos ante Luculli adventum et ante quam ad Tigranem confugerat Mithr., ad Sertorium missos esse, et Cicero ſignificat Verr. 1, 34 et diſerte narrant Appian. p. 364 ad Toll. et Plat. Sertor. c. 23. p. 331. locis a Garat. citatis.



usque in Hiſpaniam legatos ac litteras miſit ad eos duces,
quibuscum tum bellum gerebamus, ut, quum duobus in
locis disiunctiſſimis maximeque diverſis uno conſilio a
binis hoſtium copiis bellum terra marique gereretur, vos
ancipiti contentione diſtricti de imperio dimicaretis. Sed 10
tamen alterius partis periculum [Sertorianae atque Hiſpa-
nienſis], quae multo plus firmamenti ac roboris habebat,
Cn. Pompeii divino conſilio ac ſingulari virtute depulſum
eſt, in altera parte ita res a L. Lucullo ſummo viro eſt
adminiſtrata, ut initia illa geſtarum rerum magna atque
praeclara non felicitati eius, ſed virtuti, haec autem ex-
trema, quae nuper acciderunt, non culpae, ſed fortu-
nae, tribuenda eſſe videantur. Sed de Lucullo dicam
alio loco, et ita dicam, Quirites, ut neque vera laus ei
detracta oratione noſtra, neque falſa afficta eſſe videa-
tur; de veſtri imperii dignitate atque gloria, quoniam 11
is eſt exorſus orationis meae, videte, quem vobis ani-
mum ſuſcipiendum putetis.
Maiores veſtri ſaepe mercatoribus ac naviculariis in-
iurioſius tractatis bella geſſerunt; vos, tot civium Roma-
norum millibus uno nuntio atque uno tempore necatis,
quo tandem animo eſſe debetis? Legati quod erant appel-

*ad eos duces*, Sertorium. Legati vero illi vocantur L. Magius et L. Fannius ab Appian. b. Mithr. c. 68. p. 741 *δύο δ' αὐτοῦ (Σερτωρίου) τῶν στασιωτῶν, Λούκιοι Μάγιός τε καὶ Φάννιος Μιθριδάτην ἔπειθον συμμαχῆσαι τῷ Σερτωρίῳ, πολλὰ περὶ τῆς Ἀσίας αὐτῷ καὶ τῶν ἐγγὺς ἐθνῶν ἐπελπίζοντες· ὁ μὲν δὴ πεισθεὶς ἐς τὸν Σερτώριον ἔπεμψεν.* et paulo poſt p. 742 Sertorius *στρατηγόν τε αὐτῷ Μάρκον Οὐάριον καὶ συμβούλους τοὺς Λουκίους, Μάγιόν τε καὶ Φάννιον, ἔπεμψε, μεθ' ὧν ὁ Μιθριδάτης ἐξέφαινε τὸν τρίτον καὶ τελευταῖόν οἱ γενόμενον ἐς Ῥωμαίους πόλεμον.* Contra Cicero Verr. I, 34, 87. Verres *myoparonem — L. Magio et L. Rabio, qui Myndi habitabant, vendidit. Hi ſunt homines, quos nuper ſenatus in hoſtium numero habendos cenſuit; hoc illi navigio ad omnes populi Romani hoſtes usque ab Dianio, quod in Hiſpania eſt, ad Sinopen, quae in Ponto eſt, navigaverunt.* ubi item Aſconius habet *L. Phanio* et Manut. ed. *Fannio.*

§. 10. *initia geſt. r.* vid. c. VIII. *haec extrema.* vid. c. IX.

c. V. §. 11. *mercatoribus ac navic.* Verr. V, 58 in. *quot bella maiores noſtros et quanta ſuſcepiſſe arbitramini, quod cives Romani iniuria affecti, quod naviculariii retenti, quod mercatores ſpoliati dicerentur?*

*Legati — appellati ſuperbius.* Polyb. Exc. de legat. 144. T. IV. p. 691 ed. Schweigh. *οἱ πολλοὶ — χλευάζοντες τοὺς πρέσβεις μετὰ θορύβου καὶ κραυγῆς ἐξέβαλλον. Κορίνθιοι ἰδίᾳ πρὸς Ῥωμαίους* Strabo VII. p. 381. A. (584) *ὑπεροπτικῶς εἶχον, ὥστε τινες καὶ τῶν πρέσβεων παριόντων τὴν οἰκίαν αὐτῶν ἐθάῤῥησαν καταντλῆσαι βόρβορον.* Livius epit. l. 51 *legatos pop. R. ab Achaicis pulſatos eſſe Corinthi* dicit, quocum con-

lati superbius, Corinthum patres vestri, totius Graeciae lumen, exstinctum esse voluerunt; vos eum regem inultum esse patiemini, qui legatum populi Romani consularem vinculis ac verberibus atque omni supplicio excruciatum necavit? Illi libertatem civium Romanorum imminutam non tulerunt; vos vitam ereptam negligetis? Ius legationis verbo violatum illi persecuti sunt; vos legatum omni supplicio interfectum relinquetis? Videte, ne, ut illis pulcherrimum fuit, tantam vobis imperii gloriam tradere, sic vobis turpissimum sit, illud, quod accepistis, tueri et conservare non posse.

12 Quid, quod salus sociorum summum in periculum ac discrimen vocatur? Regno expulsus est Ariobarzanes rex, socius populi Romani atque amicus; imminent duo reges toti Asiae, non solum vobis inimicissimi, sed etiam vestris sociis atque amicis, civitates autem omnes, cuncta Asia at-

sentit Asconius in Verr. I, 21. Vell. I, 12 *graves* Corinthiorum *in Romanos contumelias* commemorat. Florus II, 16 *Critolaus causa belli; qui libertate a Romanis data adversus ipsos usus est, legatosque Rom. dubium an et manu, certe oratione violavit.* Cicero quum *appellatos* esse *superbius* et paulo post *ius legationis verbo violatum* dicat, oratorie rem minuisse, ut Mithridatis iniuriam exaggeraret, videtur Manutio.

*Corinthum — exstinctum esse vol.* Debebat dici *exstinctam*, quamvis ὁ et ἡ Κόρινθος dixerint Graeci. vid. Schweigh. ad Polyb IV, 67. p. 113. Sed ad propius *lumen* retulit. Off. I, 23, 8 *bellum autem ita suscipiatur, ut nihil aliud, nisi pax, quaesita videatur.* Brut. 57, 262. *omni ornatu orationis tanquam veste detracta* (Ern. *detracto*). Cf. Nat. d. II, 55 extr. Vid. Io. Mich. Heusingeri spicil. emend. et observ. in Corn. Nep. vitas, ad Themist. c. 7. §. 5.

*legatum pop. Rom.* Manium Aquillium, qui consul fuerat a. u. 652 et anno sequente procos. Siciliae bellum servile finierat. Appian. b Mithr. c. 21. p. 670 *μετ' οὐ πολὺ καὶ Μάνιον Ἀκύλιον, τὸν τῆσδε τῆς πρεσβείας καὶ τοῦδε τοῦ πολέμου μάλιστα αἴτιον, ἑλὼν δεδεμένον ἐπὶ ὄνου περιήγετο, κηρύσσοντα τοῖς ὁρῶσιν, ὅτι Μάνιος εἴη, μέχρι ἐν Περγάμῳ τοῦ στόματος αὐτοῦ κατεχώνευσε χρυσίον, δωροδοκίαν ἅμα Ῥωμαίοις ὀνειδίζων.* cf. Athen. V, 14 (Tom. II. p. 320 ed. Schweigh.).

*relinquetis?* Verr. I, 33, 84 *cur iniurias tuas reliquisti?* i. e. non persecutus, non ultus es, expl. Ern. in cl. pro Caec. 3, 9 *nunc vero quis est, qui vim armatis hominibus factam relinqui putet oportere?* Ductum ex eo, quod *relinquere* idem est, quod *omittere, praeterire.* vid. de prov. cons. 3 extr.

*relinquere.* Vid. Wunder. var. lectiones p. LXVI sq.

§. 12. *cuncta Asia* pro in cuncta Asia, ut supra c. III, 7 *tota Asia* accipiunt Heum. et Weiske. At non idem est *in tota Asia* et *in cuncta Asia.* Nam *cuncti significat quidem omnes, sed coniunctos et congregatos*, ait Festus. cf. Serv. ad Virg. Aen. I, 522. quod discrimen antiqui constanter servant, alii, ut Tacitus, saepe



que Graecia vestrum auxilium exspectare propter periculi magnitudinem coguntur; imperatorem a vobis certum deposcere, quum praesertim vos alium miseritis, neque audent, neque se id facere summo sine periculo posse arbitrantur. Vident et sentiunt hoc idem, quod vos, unum 13
virum esse, in quo summa sint omnia, et eum prope esse, quo etiam carent aegrius; cuius adventu ipso atque nomine, tametsi ille ad maritimum bellum venerit, tamen impetus hostium repressos esse intelligunt ac retardatos. Hi vos, quoniam libere loqui non licet, tacite rogant, ut se quoque, sicut ceterarum provinciarum socios, dignos existimetis, quorum salutem tali viro commendetis, atque hoc etiam magis, quam ceteros, quod eiusmodi homines in provinciam cum imperio mittimus, ut, etiamsi ab hoste defendant, tamen ipsorum adventus in urbes sociorum non multum ab hostili expugnatione differant. Hunc audiebant antea, nunc praesentem vident, tanta temperantia, tanta mansuetudine, tanta humanitate, ut ii beatissimi esse videantur, apud quos ille diutissime commoratur.

Quare, si propter socios, nulla ipsi iniuria lacessiti, VI
maiores vestri cum Antiocho, cum Philippo, cum Aeto- 14
lis, cum Poenis bella gesserunt, quanto vos studio convenit, iniuriis provocatos, sociorum salutem una cum imperii vestri dignitate defendere? praesertim quum de vestris maximis vectigalibus agatur. Nam ceterarum provinciarum vectigalia, Quirites, tanta sunt, ut iis ad ipsas

negligunt. Itaque *cuncta Aegyptus* dici quidem potuit agr. II, 16, 41. an *in cuncta Aegypto*, dubito.

*alium miseritis*, M'. Acilium Glabrionem. vid. §. 5. infra §. 26. *summo sine periculo*, ne offendant Glabrionem.

§. 13. *prope esse*, in bello praedonum occupatum. Erfurt. *propter esse.* Vid. Wund. var. l. LXIV. CXV. Sed *propter* est iuxta, minimo intervallo distans, *prope esse* etsi aliquantum remotius.

*tametsi — tamen.* vid. ad or. pro Mur. §. 16.

*magis, quam ceteros.* Quum in Asiam homines rapaces fere mitterentur, prae ceteris digni erant Asiatici, quorum cura aliquando homini continenti et integro mandaretur. Eodem respexit ad Quint. fr. I, 1, 18 *quid autem reperiri tam eximium aut tam expetendum potest, quam — non itineribus tuis perterreri homines, non sumtu exhauriri, non adventu commoveri, quum urbs custodem, non tyrannum, domus hospitem, non expilatorem recepisse videatur?*

c. VI. §. 14. *tanta sunt*, tantilla, tam exigua. Sic ad Fam. I, 7, 7. VIII, 10. XV, 14. Caes. B. G. VI, 35 *praesidii tantum est, ut ne murus quidem cingi possit.*

lati ſuperbius, Corinthum patres veſtri, totius Graeciae lumen, exſtinctum eſſe voluerunt; vos eum regem inultum eſſe patiemini, qui legatum populi Romani conſularem vinculis ac verberibus atque omni ſupplicio excruciatum necavit? Illi libertatem civium Romanorum imminutam non tulerunt; vos vitam ereptam negligetis? Ius legationis verbo violatum illi perſecuti ſunt; vos legatum omni ſupplicio interfectum relinquetis? Videte, ne, ut illis pulcherrimum fuit, tantam vobis imperii gloriam tradere, ſic vobis turpiſſimum ſit, illud, quod accepiſtis, tueri et conſervare non poſſe.

12 Quid, quod ſalus ſociorum ſummum in periculum ac diſcrimen vocatur? Regno expulſus eſt Ariobarzanes rex, ſocius populi Romani atque amicus; imminent duo reges toti Aſiae, non ſolum vobis inimiciſſimi, ſed etiam veſtris ſociis atque amicis, civitates autem omnes, cuncta Aſia at-

ſentit Aſconius in Verr. I, 21. Vell. I, 12 *graves* Corinthiorum *in Romanos contumelias* commemorat. Florus II, 16 *Critolaus cauſa belli; qui libertate a Romanis data adverſus ipſos uſus eſt, legatosque Rom. dubium an et manu, certe oratione violavit.* Cicero quum *appellatos* eſſe *ſuperbius* et paulo poſt *ius legationis verbo violatum* dicat, oratorie rem minuiſſe, ut Mithridatis iniuriam exaggeraret, videtur Manutio.

*Corinthum — exſtinctum eſſe vol.* Debebat dici *exſtinctam*, quamvis ὁ et ἡ *Κόρινθος* dixerint Graeci. vid. Schweigh. ad Polyb IV, 67. p. 113. Sed ad propius *lumen* retulit. Off. I, 23, 8 *bellum autem ita ſuſcipiatur, ut nihil aliud, niſi pax, quaeſita videatur.* Brut. 57, 262. *omni ornatu orationis tanquam veſte detracta* (Ern. *detracto*). Cf. Nat. d. II, 55 extr. Vid. Io. Mich. Heuſingeri ſpicil. emend. et obſerv. in Corn. Nep. vitas, ad Themiſt. c. 7. §. 5.

*legatum pop. Rom.* Manium Aquillium, qui conſul fuerat a. u. 652 et anno ſequente procoſ. Siciliae bellum ſervile finierat. Appian. b Mithr. c. 21. p. 670 *μετʼ οὐ πολὺ καὶ Μάνιον Ἀκύλιον, τὸν τῆσδε τῆς πρεσβείας καὶ τοῦδε τοῦ πολέμου μάλιστα αἴτιον, ἑλὼν δεδεμένον ἐπὶ ὄνου περιήγετο, κηρύσσοντα τοῖς ὁρῶσιν, ὅτι Μάνιος εἴη, μέχρι ἐν Περγάμῳ τοῦ στόματος αὐτοῦ κατεχώνευσε χρυσίον, δωροδοκίαν ἅμα Ῥωμαίοις ὀνειδίζων.* cf. Athen. V, 14 (Tom. II. p. 320 ed. Schweigh.).

*relinquetis?* Verr. I, 33, 84 *cur iniurias tuas reliquiſti?* i. e. non perſecutus, non ultus es, expl. Ern. in cl. pro Caec. 3, 9 *nunc vero quis eſt, qui vim armatis hominibus factam relinqui putet oportere?* Ductum ex eo, quod *relinquere* idem eſt, quod *omittere, praeterire.* vid. de prov. conſ. 3 extr.

*relinquere.* Vid. Wunder. var. lectiones p. LXVI ſq.

§. 12. *cuncta Aſia* pro in cuncta Aſia, ut ſupra c. III, 7 *tota Aſia* accipiunt Heum. et Weiske. At non idem eſt *in tota Aſia* et *in cuncta Aſia.* Nam *cuncti ſignificat quidem omnes, ſed coniunctos et congregatos*, ait Feſtus. cf. Serv. ad Virg. Aen. I, 522. quod diſcrimen antiqui conſtanter ſervant, alii, ut Tacitus, ſaepe



que Graecia veſtrum auxilium exſpectare propter periculi magnitudinem coguntur; imperatorem a vobis certum depoſcere, quum praeſertim vos alium miſeritis, neque audent, neque ſe id facere ſummo ſine periculo poſſe arbitrantur. Vident et ſentiunt hoc idem, quod vos, unum 13 virum eſſe, in quo ſumma ſint omnia, et eum prope eſſe, quo etiam carent aegrius; cuius adventu ipſo atque nomine, tametſi ille ad maritimum bellum venerit, tamen impetus hoſtium repreſſos eſſe intelligunt ac retardatos. Hi vos, quoniam libere loqui non licet, tacite rogant, ut ſe quoque, ſicut ceterarum provinciarum ſocios, dignos exiſtimetis, quorum ſalutem tali viro commendetis, atque hoc etiam magis, quam ceteros, quod eiusmodi homines in provinciam cum imperio mittimus, ut, etiamſi ab hoſte defendant, tamen ipſorum adventus in urbes ſociorum non multum ab hoſtili expugnatione differant. Hunc audiebant antea, nunc praeſentem vident, tanta temperantia, tanta manſuetudine, tanta humanitate, ut ii beatiſſimi eſſe videantur, apud quos ille diutiſſime commoratur.

Quare, ſi propter ſocios, nulla ipſi iniuria laceſſiti, VI
maiores veſtri cum Antiocho, cum Philippo, cum Aetolis, cum Poenis bella geſſerunt, quanto vos ſtudio convenit, iniuriis provocatos, ſociorum ſalutem una cum imperii veſtri dignitate defendere? praeſertim quum de veſtris maximis vectigalibus agatur. Nam ceterarum provinciarum vectigalia, Quirites, tanta ſunt, ut iis ad ipſas 14

negligunt. Itaque *cuncta Aegyptus* dici quidem potuit agr. II, 16, 41. an *in cuncta Aegypto*, dubito.

*alium miſeritis*, M'. Acilium Glabrionem. vid. §. 5. infra §. 26. *ſummo ſine periculo*, ne offendant Glabrionem.

§. 13. *prope eſſe*, in bello praedonum occupatum. Erfurt. *propter eſſe.* Vid. Wund. var. l. LXIV. CXV. Sed *propter* est iuxta, minimo intervallo distans, *prope esse* etsi aliquantum remotius.

*tametſi — tamen.* vid. ad or. pro Mur. §. 16.

*magis, quam ceteros.* Quum in Aſiam homines rapaces fere mitterentur, prae ceteris digni erant Aſiatici, quorum cura aliquando homini continenti et integro mandaretur. Eodem reſpexit ad Quint. fr. I, 1, 18 *quid autem reperiri tam eximium aut tam expetendum poteſt, quam — non itineribus tuis perterreri homines, non ſumtu exhauriri, non adventu commoveri, quum urbs cuſtodem, non tyrannum, domus hoſpitem, non expilatorem recepiſſe videatur?*

c. VI. §. 14. *tanta ſunt*, tantilla, tam exigua. Sic ad Fam. I, 7, 7. VIII, 10. XV, 14. Caeſ. B. G. VI, 35 *praeſidii tantum eſt, ut ne murus quidem cingi poſſit.*

provincias tutandas vix contenti esse possimus; Asia vero
tam opima est et fertilis, ut et ubertate agrorum et va-
rietate fructuum et magnitudine pastionis et multitudine
earum rerum, quae exportantur, facile omnibus terris
antecellat. Itaque haec vobis provincia, Quirites, si et
belli utilitatem et pacis dignitatem retinere vultis, non
modo a calamitate, sed etiam a metu calamitatis est de-
15 fendenda. Nam ceteris in rebus, quum venit calamitas,
tum detrimentum accipitur; at in vectigalibus non solum
adventus mali, sed etiam metus ipse affert calamitatem.
Nam quum hostium copiae non longe absunt, etiam si
irruptio facta nulla sit, tamen pecora relinquuntur, agri-
cultura deseritur, mercatorum navigatio conquiescit; ita
neque ex portu, neque ex decumis, neque ex scriptura
vectigal conservari potest; quare saepe totius anni fru-
ctus uno rumore periculi atque uno belli terrore amitti-
16 tur. Quo tandem animo esse existimatis aut eos, qui
vectigalia nobis pensitant, aut eos, qui exercent atque
exigunt, quum duo reges cum maximis copiis prope ad-
sint? quum una excursio equitatus perbrevi tempore to-
tius anni vectigal auferre possit? quum publicani fami-
lias maximas, quas in saltibus habent, quas in agris, quas
in portubus atque custodiis, magno periculo se habere
arbitrentur? Putatisne vos illis rebus frui posse, nisi eos,
qui vobis fructuosi sunt, conservaveritis, non solum, ut
antea dixi, calamitate, sed etiam calamitatis formidine
liberatos?
VII Ac ne illud quidem vobis negligendum est, quod
17 mihi ego extremum proposueram, quum essem de belli
genere dicturus, quod ad multorum bona civium Roma-

cf. Manut. ad ep. ad Fam. I, 7 p. 40. ed. Graev.

*ubertate agrorum.* Haec spectant ad tria genera vectigalium, *decumas*, quae ex agris, e frumento, vino, oleo aliisque fructibus, *scripturam*, quae e pascuis, *portorium*, quod e mercibus exportatis percipiebatur. cf. §. 15. 16.

*et belli utilitatem*, ea, quae ad bellum utilia sunt, concinnitatis causa propter sequens *pacis dignitatem* dictum est et est zeugma pro et b. util. spectare et p. dign. retinere. *Utilitatem* et *dignitatem* opponit inter se orator c. XVIII, 54. quem locum comparavit Wernsdorf in Nov. Act. soc. lat. Jen. I. p. 250. cf. supra §. 6. *retinere.* Vid. Wunder. v. l. p. LXVII. *Sustinere* est servare aliquid, quod cum onere comparatur, *retinere*, servare ita ut non elabatur vel intereat, *continere*, ne dilabatur.

§. 16. *custodiis* i. e. iis locis, ubi servi publicanorum custodiebant, ne quis non soluto portorii vectigali transiret, ut expl. Forcell. cf. de prov. cons. c. V.



norum pertinet, quorum vobis pro vestra sapientia,
Quirites, habenda est ratio diligenter. Nam et publicani,
homines et honestissimi et ornatissimi, suas rationes et
copias in illam provinciam contulerunt, quorum ipsorum
per se res et fortunae curae vobis esse debent: etenim
si vectigalia nervos esse reipublicae semper duximus, eum
certe ordinem, qui exercet illa, firmamentum ceterorum
ordinum recte esse dicemus. Deinde ceteris ex ordini- 18
bus homines gnavi et industrii partim ipsi in Asia ne-
gotiantur, quibus vos absentibus consulere debetis, partim
suas et suorum in ea provincia pecunias magnas collocatas
habent. Erit igitur humanitatis vestrae, magnum eorum
civium numerum calamitate prohibere, sapientiae, videre
multorum civium calamitatem a republica seiunctam esse
non posse. Etenim illud primum parvi refert, vos pu-
blicanis amissa vectigalia postea victoria recuperare: neque
enim iisdem redimendi facultas erit propter calamitatem,
neque aliis voluntas propter timorem. Deinde quod nos 19
eadem Asia atque idem iste Mithridates initio belli Asia-
tici docuit, id quidem certe calamitate docti memoria
retinere debemus: nam tum, quum in Asia res magnas

c. VII. §. 17. *Nam et publicani.* Sequi debebat: *et ceteris ex ordinibus homines gnavi.* Pro eo novam inchoavit sententiam §. 18. Sic ad Att. I, 16, 25 *nam et illud nobis non obest, videri nostrum testimonium non valuisse — missus est sanguis — consitentur. Accedit, quod — plebecula me ab hoc Magno unice diligi putat* pro *et prodest nobis, quod plebecula me ab hoc M. un. dil. putat.*

*nervos esse reip. — duximus.* Sic ep. ad Fam. VII, 1 (37, 1.) V, 17. (44, 7.) Phil. II, 20, 50. de nat. d. I, 21, 57 *qualem deorum naturam esse ducam*, ubi Ern. verbo *ducam* non convenire *esse* iudicans, e Gu. recepit *dicam.* cf. ad epp. 10, 11. 37, 1. Mil. 8, 22. 30, 83. Deiot. §. 13. Verr. IV, 32. 72. Fin. I, 21, 72. V, 17, 47.

*firmamentum.* pro Planc. 9. *flos equitum Rom., ornamentum civitatis, firmamentum reipublicae publicanorum ordine continetur.* Hottom.

§. 18. *negotiari* dicuntur, qui pecuniis in provincia foenori locandis (quod h. l. est *collocare*, supra §. 4. *occupare*) aut frumentis coëmendis, iisque Romam aut quorsum quaestus iuberet, vehendis quaestum facerent, ut ait Burmann. ad Petron. c. 101. Distinguuntur a publicanis, ut h. l., sic Verr. II, 3. Flacc. 16. Att. II, 16. Vid. Ernest. cl. Cic. v. *negotiator.* Opponuntur autem inter se, qui ipsi in Asia negotiantur ibi commorantes, et ii, qui, quum Romae maneant, pecunias suas in Asia occupatas habent.

§. 19. *nam tum.* Post *id quidem certe — mem. ret. debemus* sequi debebat, *quod tum, quum* etc, sed imitatur Graecorum consuetudinem, qui demonstrativum sententia nova cum partic. γάρ explicare solent. Vid. Gramm. gr. §. 615. p. 1243 sq. Sic Or. 43, 147. *Est id omnino verum, sed proprie in hoc dicitur: nam omnium magnarum rerum, sicut arborum, alti-*

permulti amiserant, scimus, Romae, solutione impedita,
fidem concidisse. Non enim possunt una in civitate multi
rem atque fortunas amittere, ut non plures secum in
eandem calamitatem trahant. A quo periculo prohibete
rempublicam, et mihi credite, id quod ipsi videtis: haec
fides atque haec ratio pecuniarum, quae Romae, quae
in foro versatur, implicita est cum illis pecuniis Asiati-
cis et cohaeret; ruere illa non possunt, ut haec non eo-
dem labefactata motu concidant. Quare videte, num du-
bitandum vobis sit omni studio ad id bellum incumbere,
in quo gloria nominis vestri, salus sociorum, vectigalia
maxima, fortunae plurimorum civium cum republica
coniunctae defendantur.

VIII Quoniam de genere belli dixi, nunc de magnitudine
20 pauca dicam. Potest enim hoc dici, belli genus esse ita
necessarium, ut sit gerendum, non esse ita magnum, ut
sit pertimescendum. In quo maxime laborandum est, ne
forte ea vobis, quae diligentissime providenda sunt, con-
temnenda esse videantur. Atque, ut omnes intelligant,
me L. Lucullo tantum impertire laudis, quantum forti
viro et sapientissimo homini et magno imperatori debea-
tur, dico, eius adventu maximas Mithridatis copias

*tudo nos delectat*, *radices stirpesque non item.* Cf. pro Rosc. 15. Verr. IV, 26, 58. Tusc. III, 50, 74. cf. 73. Nat. d. II, 55, 138. Lael. 24, 88. Cf. Fin. 1, 6. 18. et quae monui in Friedem. Misc. crit. I, p. 670.

*solutione impedita*, in Asia. *Fides concidisse* dicitur, quum pecuniae creditae non solvuntur, ut loquitur Caes. B. C. III, 1, atque hinc argentarii pecunias mutuas dare aliis nolunt.

*ruere illa*, pecuniae Asiat. *non poss. ut haec*, fides et ratio pec. quae Romae versatur. Vid. ad or. pro Mur. §. 31.

*defendantur.* vid. ad or. pro S. Roscio §. 4.

c. VIII. §. 20. *ea vobis*, *quae* etc. Emendatio est Butmanni in Nov. Act. soc. lat. Jen. Vol. I. p. 60 pro *a vobis, quae* etc.

*sapientissimo homini.* Superlativum posuisse videtur nonnullis, ut indicaret, plus eum doctrina valuisse, quam aliis virtutibus bellicis. Acad. Qu. IV, 1, 2 *idque eo fuit mirabilius*, *quod ab eo laus imperatoria non admodum exspectabatur. — — Sed incredibilis quaedam ingenii magnitudo non desideravit indocilem usus disciplinam. Itaque quum totum iter et navigationem consumsisset partim in percunctando a peritis, partim in rebus gestis legendis, in Asiam factus imperator venit, quum esset Roma profectus rei militaris rudis* etc. Sed sic etiam Murena in or. IX, 20 vocatur *sapientissimus* vir i. e. prudentissimus, peritissimus.

*eius adventu*, i. e. quum is adveniret. Sic Catil. I, 3, 7 *discessu ceterorum*, quum ceteri discessissent, de amic. 3, 10 *amicorum decessu.* Cf. Verr. IV, 39, 85. 52, 116. Beier ad Cic. Off. II, 23, 81. p. 156 sq. Ellendt ad Brut. 79, 273.



omnibus rebus ornatas atque instructas fuisse, urbemque
Asiae clarissimam nobisque amicissimam Cyzicenorum ob-
sessam esse ab ipso rege maxima multitudine et oppugna-
tam vehementissime, quam L. Lucullus virtute, assidui-
tate, consilio summis obsidionis periculis liberavit; ab
eodem imperatore classem magnam et ornatam, quae 21
ducibus Sertorianis ad Italiam studio inflammato rapere-
tur, superatam esse atque depressam; magnas hostium
praeterea copias multis proeliis esse deletas, patefactumque
nostris legionibus esse Pontum, qui ante populo Romano
ex omni aditu clausus esset; Sinopen atque Amisum,
quibus in oppidis erant domicilia regis omnibus rebus
ornata atque referta, ceterasque urbes Ponti et Cappado-
ciae permultas uno aditu atque adventu esse captas; regem
spoliatum regno patrio atque avito ad alios se reges atque
alias gentes supplicem contulisse; atque haec omnia, sal-
vis populi Romani sociis atque integris vectigalibus, esse
gesta. Satis opinor hoc esse laudis, atque ita, Quirites,
ut hoc vos intelligatis, a nullo istorum, qui huic obtrectant
legi atque causae, L. Lucullum similiter ex hoc loco esse
laudatum.

Requiretur fortasse nunc, quemadmodum, quum haec IX
ita sint, reliquum possit esse magnum bellum. Cognoscite, 22
Quirites: non enim hoc sine causa quaeri videtur. Pri-
mum ex suo regno sic Mithridates profugit, ut ex eodem

*maximas Mithr. copias - liberavit.* Quum in seqq. clades regi illatae commemorentur, classis superata, patefactus Pontus, Sinope atque Amisus captae, regis ipsius fuga, hic etiam clades regi ad Cyzicum inflicta primo loco memorari debuit; (quod animadversum peperit interpolationem loci, qua in nonnullis Mss. et editt. legitur: *max. Mithr. copias o. r. o. a. instr. esse deletas*, *urbemque A. cl. n. q. a. C. obs. ab ipso r. — vehementissime*, *L. Luculli virtute*, *a. c. s. obs. periculis esse liberatam*) sed Cicero, ut Luculli virtutem verbis magis extolleret, primo loco commemorat prosperum Mithridatis statum, eique secundo loco Luc. victoriam adiungit.

*urbem Cyzicenorum.* vid. pro Mur. 15, 33. pro Arch. 9, 21. Plutarch. Luc. 9 sqq. Appian. b. Mithr. c. 73. p. 749 sqq.

§. 21. *classem magnam — superatam esse.* vid. pro Mur. 15. pro Arch. 9. Plutarch. Luc. 12. et Appian. Mithrid. c. 77. p. 755. *περὶ τὸν Ἀχαιῶν λιμένα* in Tenedo insula tredecim naves (cum Isidoro duce, add. Plut.), reliquas ad insulam desertam prope Lemnum cum Vario duce (Marium vocat Plut.) captas vel depressas narrant.

*Sinopen atque Amisum.* vid. Appian. p. 758. 765 sq. Plutarch. Luc. 19. 23. cf. Strabo XII. p. 821 sq.

Ponto Medea illa quondam profugiſſe dicitur, quam praedicant in fuga fratris ſui membra in iis locis, qua ſe parens perſequeretur, diſſipaviſſe, ut eorum collectio diſperſa moerorque patrius celeritatem perſequendi retardaret. Sic Mithridates fugiens maximam vim auri atque argenti pulcherrimarumque rerum omnium, quas et a maioribus acceperat et ipſe bello ſuperiore ex tota Aſia direptas in ſuum regnum congeſſerat, in Ponto omnem reliquit. Haec dum noſtri colligunt omnia diligentius, rex ipſe e manibus effugit. Ita illum in perſequendi
23 ſtudio moeror, hos laetitia retardavit. Hunc in illo timore et fuga Tigranes, rex Armenius, excepit, diffidentemque rebus ſuis confirmavit et afflictum erexit perditumque recreavit; cuius in regnum poſteaquam L. Lucullus cum exercitu venit, plures etiam gentes contra imperatorem noſtrum concitatae ſunt. Erat enim metus iniectus iis nationibus, quas nunquam populus Romanus neque laceſſendas bello neque tentandas putavit; erat etiam alia gravis atque vehemens opinio, quae per animos gentium barbararum pervaſerat, fani locupletiſſimi et

c. IX. §. 22. *Medea.* Similis locus eſt veteris poëtae ap. Cic. de nat. d. III, 26, 67 *poſtquam pater Appropinquat, iamque, paene ut comprehendatur, parat, Puerum interea obtruncat membraque articulatim dividit, Perque agros paſſim diſpergit corpus; id ea gratia, Ut, dum nati diſſipatos artus captaret parens, Ipſa interea effugeret, illum ut moeror tardaret ſequi, Sibi ſalutem ut familiari pareret parricidio.* — *eorum collectio diſperſorum* em. Goerenz ad Cic. Fin. III, 4 p. 326. Sed ſic eſt etiam in. *frequens conſpectus veſter* pro *conſpectus frequentiae veſtrae*, nec longe diſtat *colligere naufragium* pro Sext. 6, 15. pro collig. navium fragmenta. Nat. d. II, 19 in. *umbra terrae ſoli officiens*, ubi Heind. *officientis.* Monuit me Hellerus V. Ill. Prof. Erlangenſis. Cf. Hand. ad Wopkenſ. lect. T. p. 342.

*Sic Mithridates.* Appian. c. 82. p. 764. Plut. Luc. 17.

§. 23. *plures etiam gentes.* Plutarch. Luc. 26 enumerat Armenios, Gordyenos, Medos, Adiabenos, Arabas a ſinu Perſico, Albanos, Iberos.

*neque laceſſendas bello neque tentandas.* Minus eſt tentare vicinam gentem, quam bello laceſſere. Hoc poſterius eſt ei bellum inferre, illud eſt illatis ei nonnullis incommodis experiri, quo id ferat animo, ſive bellandi occaſionem ei praebere. In or. II. de l. agr. c. 7. dicens noſter *leviter aliquem tentare, quo id animo ferre poſſit*, luculentum ſe praebet huius noſtri loci interpretem. *Heumann.*

*fani locupletiſſimi*, Comanorum Cappadociae. Hirtius de b. Alexandr. 66 *venit Comana, vetuſtiſſimum et ſanctiſſimum in Cappadocia Bellonae templum, quod tanta religione colitur, ut ſacerdos deae eius maieſtate, imperio et potentia ſecundus a rege conſenſu gentis illius habeatur.* Cf. Strabo



religioſiſſimi diripiendi cauſa in eas oras noſtrum exercitum eſſe adductum. Ita nationes multae atque magnae novo quodam terrore ac metu concitabantur. Noſter autem exercitus, tametſi urbem ex Tigranis regno ceperat
et proeliis uſus erat ſecundis, tamen nimia longinquitate 24
locorum ac deſiderio ſuorum commovebatur. Hic iam plura non dicam: fuit enim illud extremum, ut ex iis locis a militibus noſtris reditus magis maturus, quam proceſſio longior quaereretur. Mithridates autem et ſuam manum iam confirmarat eorum, qui ſe ex eius regno collegerant, et magnis adventitiis multorum regum et nationum copiis iuvabatur. Hoc iam fere ſic fieri ſolere accepimus, ut regum afflictae fortunae facile multorum opes alliciant ad miſericordiam, maximeque eorum, qui aut reges ſunt aut vivunt in regno, quod regale iis nomen
magnum et ſanctum eſſe videatur. Itaque tantum victus 25

XII. p. 809. Dio Caſſ. XXXV. p. 5. B. *τὰ δὲ δὴ Κόμανα τῆς τε νῦν Καππαδοκίας ἐστι, καὶ ἐδόκει τότε τῆς Ἀρτέμιδος τὸ Ταυρικὸν βρέτας καὶ τὸ γένος τὸ Ἀγαμεμνόνειον δεῦρο ἀεὶ ἔχειν κ. τ. λ.* Non iniuria autem illae nationes timebant; nam ante Luculli adventum Murena *διὰ Καππαδοκίας ἐσβαλὼν ἐς Κόμανα* (male Comana Ponti intelligit Schweigh.), *πόλιν ὑπὸ τῷ Μιθριδάτῃ μεγίστην, σεβάσμιον ἱερὸν καὶ πλούσιον ἔχουσαν — — εὐθέως ἐλεηλάτει καὶ οὐδὲ τῶν ἱερῶν χρημάτων ἀποσχόμενος ἐχείμαζεν ἐν Καππαδοκίᾳ.* ut ait Appian. b. Mithr. c. 65 p. 737. Ita nullus locus eſt *errori*, quod vocabulum Goerenz. ad Cic. Fin. I, 5, 14 paulo poſt legi vult, *novo quodam errore ac metu* pro *terrore ac m.* etiam hanc ob cauſam alienum, quod Cicero iungere non ſolet niſi vocabula eiusdem generis, ut hoc loco *metus* eſt voc. generis, *terror* ſpeciei. vid. Tuſc. IV, 8, 18. Quod ibidem dicit, *terrorem* non poſſe ante *metum* poni, reclamat Cic. Tuſc. I, 21, 48 *liberatos enim ſe per eum dicunt — — terrore ſempiterno, et diurno ac nocturno metu. Quo terrore? quo metu?* (quamquam ibi quoque Bentl. bis *errore* ſcribi voluit.) pro Roſc. Am. 2, 5 *qui iſte terror ſit et quae tanta formido.* Sic Cicero ſaepe *torquere* et *flectere*, ubi „*torquere* de graviori, *flectere* de leniori vi intellexit (verba ſunt Goerenz. ad Leg. I, 10, 29) *trahi* et *duci* Off. I, 6, 2. Nat. d. II, 45, 115 *rapere et convertere.* Sull. 23, 66. *timor atque opinio.*

*tametſi urbem.* Vid. Wunder. V. L. p. LXV.

*urbem ex Tigranis regno.* Tigranocerta. Plutarch. Luc. c. 26. et 29. Appian. c. 85 ſqq. p. 769 ſqq.

§. 24. *ut ex iis locis.* Plut. Luc. 34. *τοῦ Λουκούλλου στράτευμα διαφθαρὲν οὔτ' ἐπὶ Τιγράνην ἠκολούθησεν, οὔτ' ἐπὶ Μιθριδάτην, εὐθὺς ἐξ Ἀρμενίας εἰς Πόντον ἐμβαλόντα καὶ τὴν ἀρχὴν ἀναλαμβάνοντα.* cf. c. 35. Cauſas ſeditionis exponit a cap. 33.

*ſuam manum confirmarat eorum*, quae conſtabat ex iis, qui ſe coll. Appian. c. 88. p. 773 ſqq. *ὁ δὲ Μιθριδάτης ἐς τὸν Πόντον ἐπὶ τὰ λοιπὰ τῆς ἰδίας ἀρχῆς ἠπείγετο, τετρακισχιλίους ἰδίους ἔχων καὶ τοσούσδε ἑτέρους παρὰ Τιγράνους λαβών.* Vulgo *et eorum.*

efficere potuit, quantum incolumis nunquam eſt auſus optare. Nam quum ſe in regnum recepiſſet ſuum, non fuit eo contentus, quod ei praeter ſpem acciderat, ut illam, poſteaquam pulſus erat, terram unquam attingeret, ſed in exercitum veſtrum clarum atque victorem impetum fecit. Sinite hoc loco, Quirites, ſicut poëtae ſolent, qui res Romanas ſcribunt, praeterire me noſtram calamitatem, quae tanta fuit, ut eam ad aures L. Luculli non ex proelio nuntius, ſed ex ſermone rumor afferret.
26 Hic in ipſo malo graviſſimaque belli offenſione L. Lucullus, qui tamen aliqua ex parte iis incommodis mederi fortaſſe potuiſſet, veſtro iuſſu coactus, quod imperii diuturnitati modum ſtatuendum veteri exemplo putaviſtis, partem militum, qui iam ſtipendiis confectis erant, dimiſit, partem Glabrioni tradidit. Multa praetereo conſulto; ſed ea vos coniectura perſpicitis, quantum illud bellum factum putetis, quod coniungant reges potentiſſimi, renovent agitatae nationes, ſuſcipiant integrae gentes, novus imperator veſter accipiat, vetere pulſo exercitu.

X Satis mihi multa verba feciſſe videor, quare hoc bellum
27 eſſet genere ipſo neceſſarium, magnitudine periculoſum; reſtat, ut de imperatore ad id bellum deligendo ac tantis rebus praeficiendo dicendum eſſe videatur. Utinam, Quirites, virorum fortium atque innocentium copiam tantam haberetis, ut haec vobis deliberatio difficilis eſſet, quemnam potiſſimum tantis rebus ac tanto bello praeficiendum putaretis! Nunc vero quum ſit unus Cn. Pompeius, qui non modo eorum hominum, qui nunc ſunt, gloriam, ſed etiam antiquitatis memoriam virtute ſuperarit, quae res eſt, quae cuiusquam animum in hac cauſa
28 dubium facere poſſit? Ego enim ſic exiſtimo, in ſummo

§. 25. *ut illam — attingeret*, pendent e v. *acciderat*, non e vv. *praeter ſpem*, quod Weiskio videbatur.

*noſtram calamitatem*, cladem a Romanis acceptam duce Triario, de qua Appianus c. 89. p. 775 ſq. Plutarch. Luc. 35. qui *ἡττᾶται μάχῃ μεγάλῃ· λέγονται γὰρ ὑπὲρ ἑπτακισχιλίους Ῥωμαίων ἀποθανεῖν, ἐν οἷς ἑκατόνταρχοι μὲν ἑκατὸν πεντήκοντα, χιλίαρχοι δὲ εἴκοσι καὶ τέσσαρες.*

§. 26. *imperii diuturnitati.* Septem annos exercitui praefuerat Luc. ab a. u. 630—636. Apte Hottomannus comparat Liv. IV, 24 ubi Mamercus Aemilius dictator *maximam libertatis pop. R. cuſtodiam eſſe* dicit, *ſi magna imperia diuturna non eſſent, et temporis modus imponeretur, quibus iuris imponi non poſſet.*

*ſed ea vos coniectura perſpicitis, quantum — putetis.* Noſtri adderent *nempe quantum illud b. factum ſit.*



imperatore quatuor has res ineſſe oportere, ſcientiam rei militaris, virtutem, auctoritatem, felicitatem. Quis igitur hoc homine ſcientior unquam aut fuit aut eſſe debuit? qui e ludo atque pueritiae diſciplina, bello maximo atque acerrimis hoſtibus, ad patris exercitum atque in militiae diſciplinam profectus eſt, qui extrema pueritia miles fuit ſummi imperatoris, ineunte adoleſcentia maximi ipſe exercitus imperator? qui ſaepius cum hoſte conflixit, quam quisquam cum inimico concertavit, plura bella geſſit, quam ceteri legerunt, plures provincias confecit, quam alii concupiverunt? cuius adoleſcentia ad ſcientiam rei militaris non alienis praeceptis, ſed ſuis imperiis, non offenſionibus belli, ſed victoriis, non ſtipendiis, ſed triumphis eſt erudita. Quod denique genus belli eſſe poteſt, in quo illum non exercuerit fortuna reipublicae? Civile, Africanum, Transalpinum,

§. 28. *bello maximo*, ſociali, *ad patris*, Cn. Pompeii Strabonis, *exercitum profectus eſt*, anno aetatis octavo decimo ſec. Tacit. Annal. XIII, 6. Similiter Vell. II, 29, 5 Pomp. *a toga virili adſuetus commilitio prudentiſſimi ducis parentis ſui* etc. *ſummi imperatoris*, patris. Similiter de Pompeio loquitur pro Balbo 4. *Quid enim abeſt huic homini —? uſusne rerum? qui pueritiae tempus extremum principium habuit bellorum atque imperiorum maximorum? cuius plerique aequales minus ſaepe caſtra viderunt, quam hic triumphavit? qui tot habet triumphos, quot orae ſunt partesque terrarum? tot victorias bellicas, quot ſunt in rerum natura genera bellorum? — ineunte adoleſcentia — imperator.* Nam, quum Pompeius exercitum a ſe collectum ad Sullam adduxiſſet, hic *προσαγορευθεὶς, ὡς εἰκὸς, αὐτοκράτωρ ἀντιπροσηγόρευσεν αὐτοκράτορα τὸν Πομπήϊον*, ait Plut. Pomp. 8. Eodem ſpectat, quod Plut. narrat c. 22. Pompeium in luſtratione equitum cenſori interroganti, num omnia ſtipendia legitima feciſſet, reſpondiſſe: *πάσας ἐστράτευμαι καὶ πάσας ὑπ' ἐμαυτῷ αὐτοκράτορι.*

*Africanum* anno u. 671. quo contra Cn. Domitium et Hiarbam, Numidiae regem, a Sulla miſſus, *ταῖς πάσαις ἡμέραις τεσσαράκοντα τοὺς πολεμίους συνεῖλε* (leg. *ἀνεῖλε*) *καὶ Λιβύην ἐχειρώσατο καὶ διῄτησε τὰ τῶν βασιλέων*, (regno Numidiae Hiempſali reſtituto) *ἔτος ἄγων ἐκεῖνο τέταρτον καὶ εἰκοστὸν*, ut ait Plut. Pomp. 12. cf. Appian. b. civ. I, c. 80. p. 112.

*Transalpinum.* Obſcura eſt huius belli hiſtoria non aliunde noti, niſi e §. 30 et epiſtola Pompeii ad ſenatum in Salluſt. fragm. hiſt. Rom. l. III. *hoſtes in cervicibus iam Italiae agentes ab Alpibus in Hiſpaniam ſummovi; per eas iter aliud, atque Hannibal, nobis opportunius pateſeci; recepi Galliam, Pyrenaeum* etc. cf. Plin. H. N. III, 4. *Pompeius Magnus tropaeis ſuis, quae ſtatuebat in Pyrenaeo*, DCCCLXXVI *oppida ab Alpibus ad fines Hiſpaniae ulterioris in ditionem a ſe redacta teſtatus* eſt. Appianus B. C. I. c. 109 p. 155 Pompeius *ἐς τὰ Ἄλπεια ὄρη μετὰ φρονήματος ἀνῄει, καὶ κατὰ τὴν Ἀννίβου μεγαλουργίαν ἑτέραν ἐχάρασσεν ἀμφὶ ταῖς πηγαῖς τοῦ τε Ῥοδανοῦ καὶ Ἠριδανοῦ.* Videtur Sertorius Gallos inter Pyre-

Hispanienſe mixtum ex civitatibus atque ex bellicoſiſſimis
nationibus, ſervile, navale bellum, varia et diverſa genera
et bellorum et hoſtium, non ſolum geſta ab hoc uno,
ſed etiam confecta, nullam rem eſſe declarant in uſu
militari poſitam, quae huius viri ſcientiam fugere poſſit.

XI Iam vero virtuti Cn. Pompeii quae poteſt par oratio
29 inveniri? Quid eſt, quod quisquam aut dignum illo,
aut vobis novum, aut cuiquam inauditum poſſit afferre?
Neque enim illae ſunt ſolae virtutes imperatoriae, quae
vulgo exiſtimantur, labor in negotiis, fortitudo in peri-
culis, induſtria in agendo, celeritas in conficiendo, conſi-
lium in providendo; quae tanta ſunt in hoc uno, quanta
in omnibus reliquis imperatoribus, quos aut vidimus aut
30 audivimus, non fuerunt. Teſtis eſt Italia, quam ille ipſe
victor, L. Sulla, huius virtute et ſubſidio confeſſus eſt
liberatam. Teſtis eſt Sicilia, quam multis undique cinctam
periculis non terrore belli, ſed celeritate conſilii explicavit.
Teſtis eſt Africa, quae, magnis oppreſſa hoſtium copiis,
eorum ipſorum ſanguine redundavit. Teſtis eſt Gallia,
per quam legionibus noſtris in Hiſpaniam iter Gallorum
internecione patefactum eſt. Teſtis eſt Hiſpania, quae
ſaepiſſime plurimos hoſtes ab hoc ſuperatos proſtratosque
conſpexit. Teſtis eſt iterum et ſaepius Italia, quae, quum
ſervili bello tetro periculoſoque premeretur, ab hoc auxi-

naeum et Alpes incolentes foedere aliquo ſibi iunxiſſe, ut et ipſi tranſitus in Italiam pateret (nam Σύλλα ἀποθανόντος καὶ Λεπίδου μετὰ Σύλλαν, στρατὸν ἔχων ἄλλον Ἰταλῶν, ὅσον αὐτῷ Περπέννας ὁ τοῦ Λεπίδου στρατηγὸς ἤγαγεν, ἐπίδοξος ἦν στρατεύσειν ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν Appian. b. civ. ib.) et exercitus Rom. contra ſe miſſos Hiſpania arceret. Sed auxit rem et Pompeii iactantia et Ciceronis ſtudium Pompeii.

*Hiſpanienſe*, Sertorianum ab a. u. 676 usque ad 682. — *ex civitatibus*, quae a pop. Rom. ad Sertorium defecerant, *ex bellicoſ. nat.* Hiſpanis et Luſitanis. *Manut.*

*ſervile* contra Spartacum a. u. 682. *navale*, contra piratas.

c. XI. §. 29. *Neque enim illae ſunt ſolae virt. imperatoriae — providendo.* Quod ſtatim ſequi debebat, *ſed aliae etiam* etc. id ſubiungitur demum §. 36.

§. 30. *Teſtis eſt Sicilia*, in quam SCto imperator miſſus Perpennam expulit, Carbonem captum occidit a. u. 671. aetatis 25. Plut. Pomp. 10. Liv. epit. 89. Appian. b. civ. I. c. 96. p. 136.

*ab hoc auxilium abſente expetivit.* Huc fortaſſe ſpectat quod narrat Plut. Craſſ. 11 Craſſus γεγραφὼς τῇ βουλῇ πρότερον, ὡς χρὴ καὶ Λούκουλλον ἐκ Θρᾴκης καλεῖν καὶ Πομπήϊον ἐξ Ἰβηρίας, μετενόει. Poſt Spartaco a Craſſo magna clade devicto, Pomp. ſupervenit, et 5000 gladiatores fuga elapſos concidit: quo facto ad Sen. ſcripſit, ὅτι μάχῃ μὲν τοὺς δραπέτας φανερᾷ Κράσσος νενίκηκε,



lium abſente expetivit; quod bellum exſpectatione eius
attenuatum atque imminutum eſt, adventu ſublatum ac
ſepultum. Teſtes vero iam omnes orae atque omnes 31
exterae gentes ac nationes, denique maria omnia, tum
univerſa, tum in ſingulis omnes ſinus atque portus.
Quis enim toto mari locus per hos annos aut tam firmum
habuit praeſidium, ut tutus eſſet, aut tam fuit abditus,
ut lateret? Quis navigavit, qui non ſe aut mortis aut
ſervitutis periculo committeret, quum aut hieme aut
referto praedonum mari navigaret? Hoc tantum bellum,
tam turpe, tam vetus, tam late diviſum atque diſperſum,
quis unquam arbitraretur aut ab omnibus imperatoribus
uno anno, aut omnibus annis ab uno, imperatore confici
poſſe? Quam provinciam tenuiſtis a praedonibus liberam 32
per hosce annos? quod vectigal vobis tutum fuit? quem
ſocium defendiſtis? cui praeſidio claſſibus veſtris fuiſtis?
quam multas exiſtimatis inſulas eſſe deſertas? quam mul-
tas aut metu relictas, aut a praedonibus captas urbes
eſſe ſociorum?

Sed quid ego longinqua commemoro? Fuit hoc quon- XII
dam, fuit proprium populi Romani, longe a domo bellare
et propugnaculis imperii ſociorum fortunas, non ſua tecta
defendere. Sociis ego veſtris mare clauſum per hosce
annos dicam fuiſſe, quum exercitus noſtri a Brundiſio
nunquam, niſi ſumma hieme, transmiſerint? Qui ad vos
ab exteris nationibus venirent, captos querar, quum legati
populi Romani redemti ſint? Mercatoribus tutum mare
non fuiſſe dicam, quum duodecim ſecures in praedonum

αὐτὸς δὲ τοῦ πολέμου τὴν ῥίζαν ἀνῄρηκε. Plut. ib. et Pomp. 21.

*exſpectatione eius.* Vid. Wunder. V. C. p. LXIII ſq.

§. 31. *periculo committeret.* ad Att. I, 13 (7, 5) *res non committendae eiusmodi periculo, ut aut interire aut aperiri aut intercipi poſſint:* Dictum eſt, *ut ventis, mari ſe, vitam, navem committere. — Quis navigavit, qui non ſe — committeret.* Nam inverſa oratione eſſet Quicunque navigabat, ſe committebat, nec h. l. *commiſerit* dicendum erat. Vid. ad epp. 67, 20.

*vetus*, ortum Octavio et Cinna coſſ. a. u. 666 Appian. p. 388. confectum a. u. 686.

c. XII. §. 32. *propugnaculis imp.* Ita Ciceroni vocantur coloniae, inſtitutae in nationibus bello ſubactis, quibus et victas gentes in officio continerent, et impetus vicinarum gentium in ſuas provincias cohiberent. vid. pro Font. c. 1. Alias etiam claſſes et exercitus propugnacula dicuntur, ſed ſimpliciter aut cum regionis nomine, ut Verr. III, 80 *claſſis propugnaculum Siciliae praeſidiumque provinciae. Ern.*

*duodecim ſecures.* Plut. Pomp. c. 24. ἥρπασαν δέ ποτε καὶ στρατηγοὺς δύο, Σεξτίλιον καὶ Βελλῖ-

33 poteftatem pervenerint? Cnidum, aut Colophonem, aut Samum, nobiliffimas urbes, innumerabilesque alias captas effe commemorem, quum veftros portus, atque eos portus, quibus vitam et fpiritum ducitis, in praedonum fuiffe poteftatem fciatis? An vero ignoratis, portum Caietae celeberrimum atque pleniffimum navium, infpectante praetore, a praedonibus effe direptum, ex Mifeno autem eius ipfius liberos, qui cum praedonibus antea ibi bellum gefferat, a praedonibus effe fublatos? Nam quid ego Oftienfe incommodum atque illam labem atque ignominiam reipublicae querar, quum, prope infpectantibus vobis, claffis ea, cui conful populi Romani praepofitus effet, a praedonibus capta atque oppreffa eft? Proh dii immortales! tantamne unius hominis incredibilis ac divina virtus tam brevi tempore lucem afferre reipublicae potuit, ut vos, qui modo ante oftium Tiberinum claffem hoftium videbatis, ii nunc nullam intra Oceani oftium praedonum navem effe audia-

*νον, ἐν ταῖς περιπορφύροις, καὶ τοὺς ὑπηρέτας ἅμα καὶ δορυφόρους ᾤχοντο σὺν αὐτοῖς ἐκείνοις ἔχοντες.* Praetores autem fenis lictoribus extra urbem, binis in urbe utebantur.

§. 33. *quibus vitam et fpir. duc.* quia per eos frumentum e Sicilia, Sardinia et Africa importabatur. cf. §. 34.

*in hoft. poteftatem.* Vid. ad or. pro Arch. p. §. 9. Ellendt ad Brut. 61, 219. comparari iubet divin. in Caecil. 20. Liv. XXII, 23. XXI epit. VI, 2. 14.

*eius ipfius liberos.* Fortaffe M. Antonii filiam. Plut. Pomp. c. 24 *ἤλω δὲ καὶ θυγάτηρ Ἀντωνίου, θριαμβικοῦ ἀνδρὸς, εἰς ἀγρὸν βαδίζουσα, καὶ πολλῶν χρημάτων ἀπελυτρώθη.* Solitos vero fuiffe oratores liberos commemorare, ubi de uno filio vel una filia ageretur, oftendit Manut. ad h. l. afferens cum alios locos, tum or. de prov. conful. 14, 35 ubi de C. Caefare, qui unam tantum filiam, Juliam, Pompeii M. uxorem, habebat, *fi ad iucundiffimos liberos — — vellet redire.* Vid. Fr. A. Wolf. ad or. poft. red. in fen. p. 22. Cf. Sext. 24, 54. Catil. I. §. 4. coll. Catil. IV. §. 13. Sic Lycurg. in Leocr. 20, 6. *οἱ τότε βασιλεύοντες* de uno Codro. Cf. Demofth. Phil. II, p. 68, 14 ed. R. Lys. epitaph. p. 69. quos locos noftro explicando adhibet G. Jacob in Jahrb. d. Phil. XII. p. 99. M. autem Antonius fuiffe videtur *oratoris filius, Triumviri pater, qui in expeditione Cretenfi, a qua Creticus eft appellatus, periit.* Appian. Exc. de legat. 30. T. I, p. 98 Schweigh. Verr. II, 3. III, 91 memoratur infinitum eius imperium, quod *nactus erat in omnes oras maritimas factione Cethegi et gratia Cottae cos.* a. u. 679. Ern. in clave. Vid. Ruhnk. ad Vell. p. 177, et, quem is laudat, Manut. ad Divin. in Caecil. 17.

*conful. pop. R.* Vitat, omiffo nomine, contumeliam. *Manut.*

*ut vos — ii nunc.* cf. c. XVIII. §. 55. XIV, 40. Sic faepe pronomina *is, ille, hic* poft parenthefin, nomine ipfo praegreffo, ponuntur. vid. Manut. ad Cic. ad Fam. VIII, 28. Interpr. ad Liv. XXV, 27. Ruhnk. ad Ter. Eun. V, 4, 6. Kritz. ad Sall. Catil. 37, 4.



tis? Atque haec qua celeritate gefta fint, quamquam vi- 34
detis, tamen a me in dicendo praetereunda non funt.
Quis enim unquam aut obeundi negotii aut confequendi
quaeftus ftudio tam brevi tempore tot loca adire, tantos
curfus conficere potuit, quam celeriter Cn. Pompeio duce
belli impetus navigavit? qui, nondum tempeftivo ad navigandum
mari, Siciliam adiit, Africam exploravit, inde
Sardiniam cum claffe venit, atque haec tria frumentaria
fubfidia reipublicae firmiffimis praefidiis claffibusque munivit.
Inde fe quum in Italiam recepiffet, duabus Hifpa- 35
niis et Gallia Cifalpina praefidiis ac navibus confirmata, miffis item in oram Illyrici maris et in Achaiam omnemque Graeciam navibus, Italiae duo maria maximis claffibus firmiffimisque praefidiis adornavit, ipfe autem, ut a Brundifio profectus eft, undequinquagefimo die totam ad imperium populi Romani Ciliciam adiunxit; omnes, qui ubique praedones fuerunt, partim capti interfectique funt, partim unius huius imperio ac poteftati fe dediderunt. Idem Cretenfibus, quum ad eum usque in Pamphyliam

§. 34. *haec qua celeritate gefta fint — praetereunda non funt.* Eft genus attractionis, quam vocant, pro praetereundum non eft. Sic Or. II, 30 extr. *fed illa quaerenda, quae ab accufatore et defenfore argumenta debeant afferri.* ib. 60 in. *in quibus hominum mores ita effinguntur, ut, quales fint, intelligantur.* Or. 20 extr. *orator explicandus eft nobis, qualis futurus fit.* Fin. IV, 6, 14. *quamquam a te diligenter eft explicatus finis hic bonorum, et quis a Stoicis et quemadmodum diceretur*, ubi Goerenz fcripfit — — *eft explicatum, finis hic bon.* Cf. epp. fam. I, 7. (36, 6) Nat. d. II, 28, 71. 44, extr. Lael. c. 16. in. Vid. Bremi ad Cic. Fin. 1, 10.

*aut obeundi negotii aut confequ. quaeftus ftudio.* Altero negotiatores defignat, qui pecunias mutuas dabant provincialibus et foenus exercebant (vid. Ern. clav. Cic.) altero mercatores, quorum proprie eft *quaeftus.* vid. pro Rofc. §. 88.

*belli impetus navigavit. Impetus belli* eft forma poëtica, e Graecis ducta a Latinis. Saepe imprimis Lucretius hac forma ufus eft, ut *impetus coeli* pro caelo V, 201 etc. Ipfe Cicero etiam N. D. II, 38 *impetum coeli moveri* dicit. Et tota forma, *belli impetus navigavit* poëtica eft. *Ern.*

§. 35. *adornavit* pro fimplici *ornavit*, i. e. inftruxit, ut *decemviros ornat apparitoribus* Agrar. II, 13. Nam quae cum hoc loco comparant Gesner in thef. et Forcell. *adornare bellum* Liv. X, 38, *adornare naves* Caef. B. C. I, 26, ablativum adiunctum non habent.

*undequinquagefimo die.* Zonaras X, 3. p. 476 *ἐκάθηρε τῶν ληστηρίων τὸ Τυῤῥηνικὸν πέλαγος, τὸ Λιβυκὸν, τὸ περὶ Σαρδῶνα καὶ Κύρνον καὶ Σικελίαν ἡμέραις τεσσαράκοντα.*

*Idem Cretenfibus — imperavit.* Plut. Pomp. 29 *ὁ γὰρ Μέτελλος, οἰκεῖος ὢν ἐκείνου τοῦ συνάρξαντος ἐν Ἰβηρίᾳ τῷ Πομπηΐῳ, στρατηγὸς εἰς Κρήτην ἐπέμφθη πρότερον, ἢ τὸν Πομπήϊον αἱρεθῆναι· (δευτέρα γάρ τις ἦν αὕτη τῶν πειρατηρίων*

legatos deprecatoresque misissent, spem deditionis non ademit, obsidesque imperavit. Ita tantum bellum, tam diuturnum, tam longe lateque dispersum, quo bello omnes gentes ac nationes premebantur, Cn. Pompeius extrema hieme apparavit, ineunte vere suscepit, media aestate confecit.

XIII Est haec divina atque incredibilis virtus imperatoris.
36 Quid caeterae, quas paulo ante commemorare coeperam, quantae atque quam multae sunt? Non enim solum bellandi virtus in summo atque perfecto imperatore quaerenda est, sed multae sunt artes eximiae, huius administrae comitesque virtutis. Ac primum quanta innocentia debent esse imperatores! quanta deinde omnibus in rebus temperantia! quanta fide! quanta facilitate! quanto ingenio! quanta humanitate! quae breviter, qualia sint in Cn. Pompeio, consideremus: summa enim omnia sunt, Quirites, sed ea magis ex aliorum contentione, quam ipsa per sese
cognosci atque intelligi possunt. Quem enim possumus 37
imperatorem aliquo in numero putare, cuius in exercitu veneant centuriatus atque venierint? quid hunc hominem magnum aut amplum de republica cogitare, qui pecuniam, ex aerario depromtam ad bellum administrandum, aut propter cupiditatem provinciae magistratibus diviserit, aut propter avaritiam Romae in quaestu reliquerit? Vestra admurmuratio facit, Quirites, ut agnoscere videamini, qui haec fecerint; ego autem neminem nomino; quare irasci mihi nemo poterit, nisi qui ante
de se voluerit confiteri. Itaque propter hanc avaritiam 38
imperatorum quantas calamitates, quocunque ventum sit, nostri exercitus ferant, quis ignorat? Itinera, quae per hosce annos in Italia per agros atque oppida civium Romanorum nostri imperatores fecerunt, recordamini; tum facilius statuetis, quid apud exteras nationes fieri existimetis. Utrum plures arbitramini per hosce annos militum vestrorum armis hostium urbes, an hibernis sociorum civitates esse deletas? Neque enim potest exercitum is continere imperator, qui se ipse non continet, neque severus esse in iudicando, qui alios in se severos esse
iudices non vult. Hic miramur, hunc hominem tantum 39

*πηγὴ μετὰ τὴν ἐν Κιλικίᾳ.) καὶ πολλοὺς ἐγκαταλαβὼν ὁ Μέτελλος ἐξῄρει καὶ διέφθειρεν· οἱ δὲ περιόντες ἔτι καὶ πολιορκούμενοι, πέμψαντες ἱκετηρίαν, ἐπεκαλοῦντο Πομπήϊον εἰς τὴν νῆσον, ὡς τῆς ἐκείνου μέρος οὖσαν ἀρχῆς καὶ πανταχόθεν ἐμπίπτουσαν εἰς τὸ μέτρον τὸ ἀπὸ θαλάσσης· ὁ δὲ δεξάμενος ἔγραφε τῷ Μετέλλῳ, κωλύων τὸν πόλεμον, ἔγραφε δὲ καὶ ταῖς πόλεσι μὴ προσέχειν Μετέλλῳ, καὶ στρατηγὸν ἔπεμψε τῶν ὑφ' ἑαυτὸν ἀρχόντων ἕνα, Λεύκιον Ὀκταουΐον· ὃς συνεισελθὼν εἰς τὰ τείχη τοῖς πολιορκουμένοις καὶ μαχόμενος μετ' αὐτῶν οὐ μόνον ἐπαχθῆ καὶ βαρὺν, ἀλλὰ καὶ καταγέλαστον ἐποίει τὸν Πομπήϊον· — — — οὐ μὴν ἐνέδωκεν ὁ Μέτελλος, ἀλλά τούς τε πειρατὰς ἐξελὼν ἐτιμωρήσατο, καὶ τὸν Ὀκταουΐον ἐν τῷ στρατοπέδῳ καθυβρίσας καὶ λοιδορήσας ἀφῆκεν.* cf. Vellei. II, 34. Dio Cass. XXXVI in. cf. infra §. 46.

*Ita tantum bellum — confecit.* Trium mensium spatio confectum esse scribit Plutarch. Pomp. 28. Appianum male intellexit Hottomannus. Eius haec verba sunt de b. Mithr. c. 96 p. 788 *ὧδε μὲν ὁ λῃστρικὸς πόλεμος, χαλεπώτατος ἔσεσθαι νομισθεὶς, ὀλιγήμερος ἐγένετο τῷ Πομπηΐῳ· καὶ ναῦς ἔλαβε τὰς μὲν ἁλούσας δύο καὶ ἑβδομήκοντα, τὰς δὲ ὑπ' αὐτῶν παραδοθείσας ἓξ καὶ τριακοσίας, πόλεις δὲ καὶ φρούρια καὶ ὁρμητήρια ἄλλα αὐτῶν ἐς εἴκοσι καὶ ἑκατόν.*

c. XIII. §. 36. *Quid ceterae.* Vid. ad or. pro S. Rosc. §. 92.

*quaerenda*, postulanda, requirenda, ut §. 64. opus ea esse imperatori iudicandum. Verr. I, 10 extr. *nego esse quidquam a testibus dictum, quod — cuiusquam oratoris eloquentiam quaereret.* Tusc. I, 16, 37 *formam aliquam figuramque quaerebant.*

*artes*, i. e. virtutes, ut de Fin. II, 34, 115 *sed lustremus animo non has maximas artes, quibus qui carebant inertes a maioribus vocabantur*, quem locum citavit Hottom. Sic Horat. carm. III, 3, 9. *Hac arte Pollux et vagus Hercules enisus* etc. Ipsum *artis* nomen a graeco *ἀρετὴ* per syncopam ductum esse ait Donatus ad Ter. Andr. I, 1, 4. cf. Cortium ad Sallust. Catil. 2.

*Innocentia* quae sit, perspicitur e §. 37—40. est autem *affectio talis animi, quae noceat nemini*, ut loquitur Cic. Tusc. disp. III, 8, et maxime opponitur avaritiae.

*quanta facilitate.* vid. §. 42. ubi etiam *consilium* et *dicendi gravitas et copia* i. e. eloquentia, respondet *ingenio.*

§. 37. *aliquo in numero putare.* Verr. IV, 19, 41 *iste etiam tum patrem, si non in parentis, at in hominum numero putabat.* Fin. V, 7, 20 *ne vitationem quidem doloris ipsam per se quisquam in rebus expetendis putavit.*

*magistratibus diviserit*, quo diutius, ipsis concedentibus aut etiam adiuvantibus, administrare provinciam posset: iam enim increbuerat imperii prorogandi consuetudo. *Manut. propter cupiditatem — propter avaritiam.* sic infra XXII, 65 *propter diripiendi cupiditatem.* pro Rosc. 4, 10 *propter perfidiam, propter infirmitatem animi.* Cum sqq. Manutius comparat or. in Pison. 35. *nonne sestertium centies et octogies, quod quasi vasarii nomine in venditione mei capitis adscripseras, ex aerario tibi attributum Romae in quaestu reliquisti?* Tangi autem Acilium Glabrionem potius, quam Lucullum, recte monuit Manut.

§. 38. *ferant.* Ambigue dictum est: nam significare potest et *afferant* et *ipsi perferant.*

*qui se ipse non continet.* Ep. ad Quint. fr. I, 1, 2 *quid est enim negotii, continere eos, quibus praesis, si te ipse contineas?* unde apparet, non sine causa Graevio h. l. placuisse lectionem cod. Erfurt. pro *qui se ipsum non cont.* quam commendat etiam Wunder. var. l. p. LXIX. Opponuntur quidem inter se *exercitum* et *se*, ut in epist. *eos quibus praest.* et *te*, sed vis est etiam in eo, quod non alius eum, sed ipse se continet. Vid. Hoffmann in *Jahrb.* VII p. 34 sq.

excellere ceteris? cuius legiones ſic in Aſiam pervenerint,
ut non modo manus tanti exercitus, ſed ne veſtigium qui-
dem cuiquam pacato nocuiſſe dicatur. Iam vero, quem-
admodum milites hibernent, quotidie ſermones ac litterae
perferuntur; non modo, ut ſumtum faciat in militem,
nemini vis affertur, ſed ne cupienti quidem cuiquam per-
mittitur: hiemis enim, non avaritiae, perfugium maiores
noſtri in ſociorum atque amicorum tectis eſſe voluerunt.
XIV Age vero, ceteris in rebus qualis ſit temperantia conſide-
40 rate. Unde illam tantam celeritatem et tam incredibilem
curſum inventum putatis? Non enim illum eximia vis
remigum, aut ars inaudita gubernandi, aut venti aliqui
novi tam celeriter in ultimas terras pertulerunt, ſed hae
res, quae ceteros remorari ſolent, non retardarunt; non
avaritia ab inſtituto curſu ad praedam aliquam devocavit,
non libido ad voluptatem, non amoenitas ad delectationem,
non nobilitas urbis ad cognitionem, non denique labor ipſe
ad quietem; poſtremo ſigna et tabulas ceteraque ornamenta
Graecorum oppidorum, quae ceteri tollenda eſſe arbitran-
41 tur, ea ſibi ille ne viſenda quidem exiſtimavit. Itaque
omnes quidem nunc in his locis Cn. Pompeium, ſicut ali-
quem non ex hac urbe miſſum, ſed de coelo delapſum,
intuentur; nunc denique incipiunt credere, fuiſſe homines
Romanos hac quondam continentia, quod iam nationibus

§. 39. *in Aſiam*, bello piratico. *ut non modo manus-dicatur*, non modo nihil rapuiſſe, ſed ne pedem quidem, ubi non licebat, poſuiſſe. *Hottom.*

*pervenerint.* Vid. Wunder. l. c. p. LXXI.

*hiemis perfugium* eſt, quo hiemis vitandae cauſa confugimus, ut *perfugium portusque ſupplicii* Caec. 34, 100, *avaritiae perfugium*, quo avaritia ad ſe explendam confugit. Sic *καταφυγή* apud Eurip. Vid. Schaefer. ad Oreſt. 442. Porſ.

c. XIV. §. 40. *inventum*, paratum, effectum.

*non nobilitas urbis ad cogn.* Athenas, opinor, ſignificat, quo ingreſſum Pompeium Plutarchus (Pomp. 27) ſcribit rem ſacram feciſſe, et habita concione continuo deceſſiſſe. *Hottom.* Cum hoc loco Victor. V. L. VII, 8 comparat Xenoph. Hellen. IV, 8, 22. *Ἦν δὲ οὗτος ὁ ἀνὴρ (Διφρίδας) ἐγχειρητικώτερος στρατηγός· οὐδὲ γὰρ ἐκράτουν αὐτοῦ αἱ τοῦ σώματος ἡδοναί, ἀλλ' ἀεί, πρὸς ᾧ εἴη ἔργῳ, τοῦτο ἔπραττεν.* et or. pro Arch. p. 6, 12.

*ſigna et tabulas — ea.* Phil. II, 42 extr. *ſigna, tabulas, quas populo Caeſar una cum hortis legavit, eas hic partim in hortos Pompeii deportavit* etc. et ſic ſaepius. Vid. Wolf. litter. Anal. III p. 16.

§. 41. *de coelo delapſum.* ad Quint. fr. I, 1, 2 *Nam Graeci quidem ſic te ita viventem intuebuntur, ut quendam ex annalium memoria, aut etiam de coelo divinum hominem eſſe in provinciam delapſum putent.*

*continentia.* Vid. Wunder. var. lect. p. LXIV ſq.





exteris incredibile ac falſo memoriae proditum videbatur;
nunc imperii veſtri ſplendor illis gentibus lucem afferre
coepit; nunc intelligunt, non ſine cauſa maiores ſuos tum,
quum hac temperantia magiſtratus habebamus, ſervire po-
pulo Romano, quam imperare aliis, maluiſſe. Iam vero 42
ita faciles aditus ad eum privatorum, ita liberae queri-
moniae de aliorum iniuriis eſſe dicuntur, ut is, qui digni-
tate principibus excellit, facilitate par infimis eſſe videa-
tur. Iam quantum conſilio, quantum dicendi gravitate et
copia valeat, in quo ipſo ineſt quaedam dignitas imperato-
ria, vos, Quirites, hoc ipſo ex loco ſaepe cognoſtis. Fi-
dem vero eius quantam inter ſocios exiſtimari putatis,
quam hoſtes omnium gentium ſanctiſſimam iudicarint?
Humanitate iam tanta eſt, ut difficile dictu ſit, utrum ho-
ſtes magis virtutem eius pugnantes timuerint, an manſue-
tudinem victi dilexerint. Et quisquam dubitabit, quin
huic tantum bellum transmittendum ſit, qui ad omnia
noſtrae memoriae bella conficienda divino quodam conſilio
natus eſſe videatur?
Et, quoniam auctoritas quoque in bellis adminiſtran- XV
dis multum atque in imperio militari valet, certe nemini 43
dubium eſt, quin ea re idem ille imperator plurimum poſ-
ſit. Vehementer autem pertinere ad bella adminiſtranda,
quid hoſtes, quid ſocii de imperatoribus veſtris exiſtiment,
quis ignorat, quum ſciamus, homines in tantis rebus, ut
aut contemnant aut metuant aut oderint aut ament,
opinione non minus famae, quam aliqua certa ratione

*lucem aff. coep.* Vid. Wunder. ib. p. LXVI.

§. 42. *principibus excellit.* Sic Or. II, 54, 216. Tuſc. II, 18 extr. Fin. V, 12, 34.

*dicendi grav. et copia.* At Vell. II, 29 eum *eloquentia medium* vocat.

*hoc ipſo ex loco.* Vid. Wunder. l. c.

*quantam inter ſocios.* Vid. id. p. LXVIII.

*hoſtes omnium gentium* ſunt piratae, qui ſic appellantur etiam Verr. V, 30. Off. III, 23.

*manſuetudinem.* Plut. Pomp. 27 *ἐπεὶ δὲ τῶν συνεστώτων ἔτι καὶ πλανωμένων ἔξω πειρατηρίων ἐνίοις δεηθεῖσιν ἐπιεικῶς ἐχρήσατο, καὶ παραλαβὼν τὰ πλοῖα καὶ τὰ σώματα κακὸν οὐδὲν ἐποίησεν, ἐπ' ἐλπίδος χρηστῆς οἱ λοιποὶ γενόμενοι τοὺς μὲν ἄλλους διέφευγον ἡγεμόνας, Πομπηΐῳ δὲ φέροντες αὐτοὺς μετὰ τέκνων καὶ γυναικῶν ἐνεχείριζον.* cf. §. 46.

*Et quisquam dubit. Et* eſt commemorantis aliquid, quod fieri indignetur. vid. §. 45. 55. pro Mil. 33, 91. Tuſc. III, 16, 35.

c. XV. §. 43. *auctoritas quoque.* Vid. Wunder. ib. p. LXVIII.

*opinione famae*, i. e. opinione ſeu exiſtimatione hominis, quae fama de eo ſparſa nititur. Sic *odium inimicitiarum* pro Mil. 29.

commoveri? Quod igitur nomen unquam in orbe terra-
rum clarius fuit? cuius res gestae pares? de quo homine
vos, id quod maxime facit auctoritatem, tanta et tam prae-
44 clara iudicia fecistis? An vero ullam usquam esse oram
tam desertam putatis, quo non illius diei fama pervaserit,
quum universus populus Romanus referto foro completis-
que omnibus templis, ex quibus hic locus conspici potest,
unum sibi ad commune omnium gentium bellum Cn. Pom-
peium imperatorem depoposcit? Itaque, ut plura non
dicam neque aliorum exemplis confirmem, quantum au-
ctoritas valeat in bello, ab eodem Cn. Pompeio omnium
rerum egregiarum exempla sumantur; qui quo die a vobis
maritimo bello praepositus est imperator, tanta repente
vilitas annonae ex summa inopia et caritate rei frumen-
tariae consecuta est unius hominis spe et nomine, quantam
vix ex summa ubertate agrorum diuturna pax efficere po-
45 tuisset. Iam, accepta in Ponto calamitate ex eo proelio,
de quo vos paullo ante invitus admonui, quum socii per-
timuissent, hostium opes animique crevissent, satis firmum
praesidium provincia non haberet, amisissetis Asiam, Qui-
rites, nisi id ipsum temporis divinitus Cn. Pompeium ad
eas regiones fortuna populi Romani attulisset. Huius ad-
ventus et Mithridatem insolita inflammatum victoria con-
tinuit, et Tigranem magnis copiis minitantem Asiae retar-
davit. Et quisquam dubitabit, quid virtute perfecturus
sit, qui tantum auctoritate perfecerit? aut quam facile im-
perio atque exercitu socios et vectigalia conservaturus sit,

in. Mur. 27, 56 est odium ex inimicitiis ortum, *reipublicae dignitas* Or. III, 2, 7 dignitas hominis e republica administrata. *venia excusationis* Or. II, 48, 198. *caritas necessitudinis* pro Sext. 5, 6. *officium necess.* Mur. §. 73. Cf. Beier. ad Cic. Off. III, 8, 36. p. 243. infra ad Catil. I §. 4. Hinc nonnunquam periphrasi inservit haec forma: Or. I, 10, 41 *oratorem in omnis sermonis disputatione copiosissime posse versari* i. e. in omni disputatione, quae sermone perficitur s. in omni sermone ac disputatione, ib. 3. in. *scientiae pervestigatione aliquid comprehendere*, i. e. scientia, quatenus pervestigatione nititur. Cf. Beier. ad Off. I, 6, 19. p. 44.

*tam praeclara iudicia fecistis*, delatis ad eum summis imperiis. vid. ad or. pro Roscio §. 108. cf. infra 46.

§. 44. *completisque.* Vid. Wunder. var. lect. p. LXVII.

*ex quibus hic locus conspici potest.* cf. pro Mil. I, 3.

*ex summa inopia* i. e. post summam inopiam. Plut. Pomp. 26 *αἱ δὲ τιμαὶ τῶν ὠνίων εὐθὺς πεσοῦσαι λόγον ἡδομένῳ τῷ δήμῳ παρεῖχον, ὡς αὐτὸ τοὔνομα τοῦ Πομπηΐου λέλυκε τὸν πόλεμον.*



qui ipso nomine ac rumore defenderit? Age vero, illa XVI
res quantam declarat eiusdem hominis apud hostes populi 46
Romani auctoritatem, quod ex locis tam longinquis tam-
que diversis, tam brevi tempore omnes huic se uni dedi-
derunt! quod Cretensium legati, quum in eorum insula
noster imperator exercitusque esset, ad Cn. Pompeium in
ultimas prope terras venerunt, eique se omnes Cretensium
civitates dedere velle dixerunt! Quid idem iste Mithri-
dates? nonne ad eundem Cn. Pompeium legatum usque
in Hispaniam misit, eum quem Pompeius legatum semper
iudicavit, ii, quibus erat molestum, ad eum potissimum
esse missum, speculatorem, quam legatum, iudicari ma-
luerunt? Potestis igitur iam constituere, Quirites, hanc
auctoritatem, multis postea rebus gestis magnisque vestris
iudiciis amplificatam, quantum apud illos reges, quantum
apud exteras nationes valituram esse existimetis.
Reliquum est, ut de felicitate, quam praestare de se 47
ipso nemo potest, meminisse et commemorare de altero
possumus, sicut aequum est hominem de potestate deorum,
timide et pauca dicamus. Ego enim sic existimo, Maxi-
mo, Marcello, Scipioni, Mario, et ceteris magnis impe-
ratoribus non solum propter virtutem, sed etiam propter
fortunam saepius imperia mandata atque exercitus esse
commissos; fuit enim profecto quibusdam summis viris
quaedam ad amplitudinem et gloriam et ad res magnas
bene gerendas divinitus adiuncta fortuna. De huius au-
tem hominis felicitate, quo de nunc agimus, hac utar
moderatione dicendi, non ut in illius potestate fortunam
positam esse dicam, sed ut praeterita meminisse, reliqua
sperare videamur, ne aut invisa diis immortalibus oratio
nostra aut ingrata esse videatur. Itaque non sum prae- 48
dicaturus, Quirites, quantas ille res domi militiaeque,
terra marique, quantaque felicitate gesserit, ut eius semper

*eum quem* est e Colon. Werd. Erfurt pro *eumque.*

*ad eum potissimum*, non ad Q. Metellum consularem, quum Pompeius esset quaestor.

§. 47. *sicut aequum est hominem.* Vid. Wunder. var. l. p. LXXII. Cf. tamen ad Ligar. not. crit. VII, 20.

*de potestate deorum* i. e. de re ea, quae est tota in potestate deorum, ut cavendum sit, ne in ea plus homini tribuamus: sic bene explicat fortunam. *Ern.*

§. 48. *quantas ille res — quantaque felicitate gesserit.* Sermo hic non est de utroque, et de magnitudine rerum gestarum et de felicitate, sed de felicitate tantum. Itaque legendum videtur: *quantas ille res — quanta felicitate g.*

voluntatibus non modo cives aſſenſerint, ſocii obtempe-
rarint, hoſtes obedierint, ſed etiam venti tempeſtateſque
obſecundarint; hoc breviſſime dicam, neminem unquam
tam impudentem fuiſſe, qui a diis immortalibus tot et
tantas res tacitus auderet optare, quot et quantas dii im-
mortales ad Cn. Pompeium detulerunt; quod ut illi pro-
prium ac perpetuum ſit, Quirites, quum communis ſa-
lutis atque imperii, tum ipſius hominis cauſa, ſicuti faci-
tis, velle et optare debetis.

49 Quare quum et bellum ita neceſſarium ſit, ut negligi
non poſſit, ita magnum, ut accuratiſſime ſit adminiſtran-
dum, et quum ei imperatorem praeficere poſſitis, in quo
ſit eximia belli ſcientia, ſingularis virtus, clariſſima aucto-
ritas, egregia fortuna; dubitabitis, Quirites, quin hoc
tantum boni, quod vobis a diis immortalibus oblatum et
datum eſt, in rempublicam conſervandam atque amplifi-
XVII candam conferatis? Quod ſi Romae Cn. Pompeius pri-
50 vatus eſſet hoc tempore, tamen ad tantum bellum is erat
deligendus atque mittendus. Nunc, quum ad ceteras
ſummas utilitates haec quoque opportunitas adiungatur,
ut in iis ipſis locis adſit, ut habeat exercitum, ut ab iis,
qui habent, accipere ſtatim poſſit, quid exſpectamus? aut
cur non, ducibus diis immortalibus, eidem, cui cetera
ſumma cum ſalute reipublicae commiſſa ſunt, hoc quo-
que bellum regium committimus?

51 At enim vir clariſſimus, amantiſſimus reipublicae, ve-
ſtris beneficiis ampliſſimis affectus, Q. Catulus, itemque
ſummis ornamentis honoris, fortunae, virtutis, ingenii
praeditus, Q. Hortenſius, ab hac ratione diſſentiunt.
Quorum ego auctoritatem apud vos multis locis pluri-
mum valuiſſe et valere oportere confiteor; ſed in hac

*auderet optare.* Victorio Var. lect. XX, 6. hic et ſupra §. 25. Cicero expreſſiſſe videbatur, quod Graeci dicunt εὐχῆς ἄξια διαπράττεσθαι. v. c. Iſocr. Paneg. p. 79. A. ed. H. Steph. Phil. p. 86. B. εὐχαῖς ὅμοια dixit Plat. de rep. 14. p. 499. C. Vid. Aſt ad Pl. Leg. p. 253.

§. 49. *dubitabitis, quin — conferatis.* pro dubitabitis conferre. Sic infra 23, 67. Mil. 23, 63. de l. agr. II, 26, 69.

c. XVII. §. 50. *ſi — eſſet — erat deligendus.* Fin. IV, 23 *ſi verum reſpondere velles, haec erant dicenda.* Nat. d. I, 17, 45 *ſi nihil aliud quaereretur, ſatis erat dictum.* cf. pro Arch. 10, 25. Heuſing. ad Cic. de off. p. 379. not. *i.* Recte hunc uſum explicavit Ramshorn. gramm. lat. p. 864. 7. ed. II.

*ſumma cum ſal.* vid. ad or. pro Mur. §. 2.



cauſa, tametſi cognoſcitis auctoritates contrarias fortiſſi-
morum virorum et clariſſimorum, tamen, omiſſis auctori-
tatibus, ipſa re et ratione exquirere poſſumus veritatem;
atque hoc facilius, quod ea omnia, quae adhuc a me
dicta ſunt, iidem iſti vera eſſe concedunt, et neceſſarium
bellum eſſe, et magnum, et in uno Cn. Pompeio ſumma
eſſe omnia. Quid igitur ait Hortenſius? ſi uni omnia 52
tribuenda ſint, unum digniſſimum eſſe Pompeium, ſed
ad unum tamen omnia deferri non oportere. Obſolevit
iam iſta oratio, re multo magis, quam verbis, refutata.
Nam tu idem, Q. Hortenſi, multa pro tua ſumma copia
ac ſingulari facultate dicendi et in ſenatu contra virum
fortem, A. Gabinium, graviter ornateque dixiſti, quum
is de uno imperatore contra praedones conſtituendo legem
promulgaſſet, et ex hoc ipſo loco permulta item contra
legem eam verba feciſti. Quid? tum, per deos immor- 53
tales, ſi plus apud populum Romanum auctoritas tua,
quam ipſius populi Romani ſalus et vera cauſa valuiſſet,
hodie hanc gloriam atque hoc orbis terrae imperium
teneremus? An tibi tum imperium eſſe hoc videbatur,
quum populi Romani legati, praetores quaeſtoreſque
capiebantur? quum ex omnibus provinciis commeatu et
privato et publico prohibebamur? quum ita clauſa erant
nobis omnia maria, ut neque privatam rem transmari-
nam, neque publicam iam obire poſſemus? Quae civitas XVIII
antea unquam fuit, — non dico Athenienſium, quae ſatis 54
late quondam mare tenuiſſe dicitur, non Carthaginien-
ſium, qui permultum claſſe maritimiſque rebus value-
runt, non Rhodiorum, quorum usque ad noſtram me-
moriam diſciplina navalis et gloria remanſit; — quae
civitas antea unquam tam tenuis, quae tam parva inſula

§. 51. *cognoſcitis*, recognoſcitis, prius cognitas nunc animo ac mente denuo percenſetis.

*auctoritates contr.* ſententias, quatenus ad alios vim habent, ut c. 20 in.; ſed *omiſſis auctoritatibus* i. e. pondere, quod illorum ſententiae, ut hominum honoratorum habent. de nat. d. I, 5 *non enim tam auctoritates in diſputando, quam rationis momenta quaerenda ſunt*, ut recte edidit Heindorf. Ib. III, 4 *ſed tu auctoritates contemnis, ratione pugnas.*

§. 53. *vera cauſa*, utilitas, ut ſupra c. I. §. 2. *vera c.* non eſt iuſta, aequa, ut interpretantur Heum. et Weiske, ſed opp. fictae, non recte perſpectae, qualis erat ea, qua *ad unum omnia deferri non oportere* videbantur Hortenſio.

*neque privatam rem.* Dio XXXVI, pag. 89 ſq. citante Hottom. οὔτε γὰρ ἄλλο τι τῶν ἐπακτῶν ἐφοίτα σφίσι, καὶ ἡ σιτοπομπεία παντελῶς ἀπεκέκλειστο. cf. ſupra §. 31. c. XII. §. 32.

fuit, quae non portus ſuos et agros et aliquam partem
regionis atque orae maritimae per ſe ipſa defenderet?
At hercle aliquot annos continuos ante legem Gabiniam
ille populus Romanus, cuius usque ad noſtram memo-
riam nomen invictum in navalibus pugnis permanſerat,
magna ac multo maxima parte non modo utilitatis, ſed
55 dignitatis atque imperii caruit. Nos, quorum maiores
Antiochum regem claſſe Perſenque ſuperarunt, omnibus-
que navalibus pugnis Carthaginienſes, homines in mari-
timis rebus exercitatiſſimos paratiſſimosque, vicerunt, ii
nullo in loco iam praedonibus pares eſſe poteramus. Nos,
qui antea non modo Italiam tutam habebamus, ſed omnes
ſocios in ultimis oris auctoritate noſtri imperii ſalvos prae-
ſtare poteramus (tum, quum inſula Delos tam procul a
nobis in Aegaeo mari poſita, quo omnes undique cum
mercibus atque oneribus commeabant, referta divitiis,
parva, ſine muro nihil timebat), iidem non modo pro-
vinciis atque oris Italiae maritimis ac portubus noſtris, ſed
etiam Appia iam via carebamus. Et his temporibus non
pudebat magiſtratus populi Romani in hunc ipſum locum
XIX adſcendere, quum eum vobis maiores veſtri exuviis nauti-
56 cis et claſſium ſpoliis ornatum reliquiſſent! Bono te animo,
Q. Hortenſi, populus Romanus et ceteros, qui erant in
eadem ſententia, dicere exiſtimavit ea, quae ſentiebatis;
ſed tamen in ſalute communi idem populus Romanus do-
lori ſuo maluit, quam auctoritati veſtrae obtemperare.

c. XVIII. §. 54. *ac multo max. parte* pro, *atque adeo multo m. p.* Sic *atque* uſurpatur Or. 16, 52 *rem difficilem, dii immortales! atque omnium difficillimam!* Cf. Orat. 2, 18, 74. Offic. 1, 20, 68. Vid. Goerenz. ad Cic. de leg. III, 14, 32. Kritz. ad Sall. Catil. p. 242.

§. 55. *Nos, — ii*, vid. ad §. 33. Male Goerenz. ad Cic. Fin. II, 9. 26. III, 2, 5 *his* pro *ii* legendum cenſet, et pro ſequ. *nos, qui antea* etc. *nosque* ſcribendum, quo frigida fit oratio.

*Delos.* Strab. X p. 744. B. Almel. *Τὴν Δῆλον ηὔξησε κατασκαφεῖσα ὑπὸ Ῥωμαίων Κόρινθος· ἐκεῖσε γὰρ μετεχώρησαν οἱ ἔμποροι, καὶ τῆς ἀτελείας τοῦ ἱεροῦ προσκαλουμένης αὐτοὺς καὶ τῆς εὐκαιρίας τοῦ λιμένος· ἐν καλῷ γὰρ κεῖται τοῖς ἐκ τῆς Ἰταλίας καὶ τῆς Ἑλλάδος εἰς τὴν Ἀσίαν πλέουσιν, ἥ τε πανήγυρις ἐμπορικόν τι πρᾶγμά ἐστι, καὶ συνήθεις ἦσαν αὐτῇ καὶ Ῥωμαῖοι τῶν ἄλλων μάλιστα.* Cf. Spanhem. ad Callim. h. in Del. v. 16. 24. 316. *ἀτείχιστον* vocat etiam Pauſan. III, 23.

*Appia via*, ea parte eius, quae mare prope Brunduſium attingebat, etiam ubi mare proximum habebat.

*quum eum — reliquiſſent.* Liv. VIII, 14 extr. *naves Antiatium partim in navalia Romae ſubductae, partim incenſae, roſtrisque earum ſuggeſtum in foro exſtructum adornari placuit, roſtraque id templum appellatum.*



Itaque una lex, unus vir, unus annus non modo nos illa
miſeria ac turpitudine liberavit, ſed etiam effecit, ut ali-
quando vere videremur omnibus gentibus ac nationibus
terra marique imperare. Quo mihi etiam indignius vide- 57
tur obtrectatum eſſe adhuc, Gabinio dicam, anne Pompeio,
an utrique? (id quod eſt verius) ne legaretur A. Gabinius
Cn. Pompeio expetenti ac poſtulanti. Utrum ille, qui
poſtulat legatum ad tantum bellum, quem velit, idoneus
non eſt, qui impetret, quum ceteri ad expilandos ſocios
diripiendasque provincias, quos voluerunt, legatos eduxe-
rint, an ipſe, cuius lege ſalus ac dignitas populo Romano
atque omnibus gentibus conſtituta eſt, expers eſſe debet
gloriae eius imperatoris atque eius exercitus, qui conſilio
ipſius atque periculo eſt conſtitutus? An C. Falcidius, Q. 58
Metellus, Q. Coelius Latinienſis, Cn. Lentulus, quos omnes
honoris cauſa nomino, quum tribuni plebis fuiſſent, anno
proximo legati eſſe potuerunt; in hoc uno Gabinio ſunt
tam diligentes, qui in hoc bello, quod lege Gabinia geri-
tur, in hoc imperatore atque exercitu, quem per vos ipſe
conſtituit, etiam praecipuo iure eſſe deberet? De quo le-
gando ſpero conſules ad ſenatum relaturos. Qui ſi dubita-
bunt aut gravabuntur, ego me profiteor relaturum; neque

c. XIX. §. 57. *anne Pompeio.* Or. 61, 206 *quaerendum, utrum una ſpecies et longitudo ſit earum, anne plures?* Acad. diſp. IV, 15. 48 *ut non internoſcat, viſa vera illa ſint, anne falſa.* 29, 93 *quum quaeritur, tria pauca ſint, anne multa.* Fin. IV, 9, 23 *quid enim intereſt, divitias, opes, valitudinem bona dicas, anne praepoſita*, ubi Ern. idem, qui ad ſuperiores locos nihil monuit, „delerim *ne*, inquit, quod ſic addi in altera parte non ſolet." Cf. ad Att. XII, 14. 51.

*periculo.* Nam, ſi quam exercitus offenſionem accepiſſet, eius offenſionis culpa legislatori et auctori adſcripta fuiſſet. *Hott.*

*Q. Metelius — Cn. Lent.* Hos inter legatos Pompeii memorat Appian. de b. Mithr. p. 785 ed. Schw. cum Lentulo Marcellino, Tiberio Nerone, Manl. Torquato, M. Pomponio, P. Atilio, L. Gellio, Plotio Varo, Ter. Varrone, L. Siſenna, L. Lollio, P. Piſone, ita ut, additis duobus a Cic. commemoratis, expleatur numerus quindecim legatorum, quos Plutarch. Pomp. 25 habet.

§. 58. *per vos*, idem quod in fine capitis eſt *veſtris ſuffragiis.* Librarii ſubſtituerunt locutionem ſibi notiorem, *per ſe* ipſe. Mox *praecipuum ius* eſt quod nos dicimus *privilegium.* Paulo poſt pro *ego me prof.* Goerenz ad Academ. p. 97. *ego memet profiteor.* Vix opus.

*me profiteor relat.* nempe egreſſione relationis de alia re, quam de qua a coſſ. relatum erat. Quod ait, nullius edictum ſibi impedimento futurum, id pertinet eo, quod coſſ. in edictis, quibus convocabant ſenatum, poterant et ſolebant quaedam praecipere de modo ſententiarum dicendarum, ne quis v. c. egrederetur relationem,

me impediet cuiusquam, Quirites, inimicum edictum, quo
minus, fretus vobis, veſtrum ius beneficiumque defendam;
neque praeter interceſſionem quidquam audiam, de qua, ut
arbitror, iſti ipſi, qui minantur, etiam atque etiam, quid
liceat, conſiderabunt. Mea quidem ſententia, Quirites,
unus A. Gabinius belli maritimi rerumque geſtarum Cn.
Pompeio ſocius adſcribitur, propterea quod alter uni id
bellum ſuſcipiendum veſtris ſuffragiis detulit, alter delatum
ſuſceptumque confecit.

XX Reliquum eſt, ut de Q. Catuli auctoritate et ſententia
59 dicendum eſſe videatur. Qui quum ex vobis quaereret, ſi
in uno Cn. Pompeio omnia poneretis, ſi quid de eo factum
eſſet, in quo ſpem eſſetis habituri, cepit magnum ſuae vir-
tutis fructum ac dignitatis, quum omnes prope una voce in
ipſo vos ſpem habituros eſſe dixiſtis. Etenim talis eſt vir,
ut nulla res tanta ſit ac tam difficilis, quam ille non et
conſilio regere et integritate tueri et virtute conficere poſſit.
Sed in hoc ipſo ab eo vehementiſſime diſſentio, quod quo
minus certa eſt hominum ac minus diuturna vita, hoc
magis reſpublica, dum per deos immortales licet, frui de-
60 bet ſummi hominis vita atque virtute. „At enim, novi

aut alio quo modo impediret confectionem eius cauſae, de qua relatum eſſet. *Ern.*

*veſtrum ius beneficiumque.* ius nempe in tribunis, ut ii non excludantur ab honore legationis anno a tribunatu proximo. *beneficiumque*, i. e. honorem tribunatus et eius iura. *Ern.*

*ſocius adſcribitur*, i. e. pro ſocio Pompeii in bello maritimo habetur, eius gloriae particeps eſt; vid. §. 57. unde ſequitur, quod tamen audientibus ex iis, quae dicit, colligendum relinquit, eum praecipuo quodam iure legandum eſſe Pompeio. Si eſſet pro legandus eſt Pompeio, dicendum erat *adſcribetur*, quod coni. Heumann. Noſtra lectio eſt Codd. Colon. et Erfurt. depravata ab iis, qui genitivi *belli maritimi* etc. unde penderent, vel quam vim haberent, non intelligentes addiderunt *auctor*, alii *comes*. Similiter de hoc loco iudicat Wernsdorf in *Nov. Actis Soc. lat. Ien.* I. p. 256 ſq.

c. XX. §. 59. *ſi quid de eo factum eſſet*, ſi periiſſet, quod ſimili euphemiſmo dicitur, *ſi quid ei accidiſſet.*

*quum omnes — dixiſtis.* Vellei. Pat. II, 32 *digna eſt memoria Q. Catuli cum auctoritas, tum verecundia: qui quum diſſuadens legem in concione dixiſſet, eſſe quidem praeclarum virum Cn. Pompeium, ſed nimium iam liberae reip. neque omnia in uno reponenda, adieciſſetque, ſi quid huic acciderit, quem in eius locum ſubſtituitis? ſucclamavit univerſa concio. Te, Q. Catule.* ubi Ruhnk. affert Valer. M. VIII, 15, 9. Plutarch. Pomp. p. 632 B. (c. 25) ἢ τίνα, εἶπεν, ἕξετε ἄλλον, ἂν ἀπολέσητε τοῦτον; ἐκ μιᾶς γνώμης ὑπεφώνησαν ἅπαντες, Σέ. Cf. ad Dion. Caſſ. XXXVI. p. 98.

*in ipſo.* Vulgo *in eo ipſo*; ſed recte *eo* delevit Lambin. auctoritate quorundam libr. Mss. et ſic citat Ruhnk. ad Vell. l. c. nam *in eo ipſo* eſſet in Pompeio.



nihil fiat contra exempla atque inſtituta maiorum.“ Non
dico hoc loco, maiores noſtros ſemper in pace conſuetu-
dini, in bello utilitati paruiſſe, ſemper ad novos caſus tem-
porum novorum conſiliorum rationes accommodaſſe; non
dicam, duo bella maxima, Punicum et Hiſpanienſe, ab
uno imperatore eſſe confecta, duas urbes potentiſſimas, quae
huic imperio maxime minabantur, Carthaginem atque Nu-
mantiam, ab eodem [Scipione] eſſe deletas; non comme-
morabo, nuper ita vobis patribusque veſtris eſſe viſum, ut
in uno C. Mario ſpes imperii poneretur, ut idem cum Iu-
gurtha, idem cum Cimbris, idem cum Teutonis bellum ad-
miniſtraret: in ipſo Cn. Pompeio, in quo novi conſtitui
nihil vult Q. Catulus, quam multa ſint nova ſumma Q. Ca-
tuli voluntate conſtituta, recordamini. Quid enim tam no- XXI
vum, quam adoleſcentulum, privatum, exercitum difficili 61
reipublicae tempore conficere? confecit: huic praeeſſe?
praefuit: rem optime ductu ſuo gerere? geſſit. Quid tam
praeter conſuetudinem, quam homini peradoleſcenti, cuius
a ſenatorio gradu aetas longe abeſſet, imperium atque ex-
ercitum dari, Siciliam permitti atque Africam bellumque
in ea adminiſtrandum? Fuit in his provinciis ſingulari
innocentia, gravitate, virtute; bellum in Africa maximum
confecit, victorem exercitum deportavit. Quid vero tam
inauditum, quam equitem Romanum triumphare? at eam
quoque rem populus Romanus non modo vidit, ſed etiam
omni ſtudio viſendam et concelebrandam putavit. Quid 62

c. XXI. §. 61. *adoleſcentulum — conficere.* Vellei. II, 29 *ſub adventum in Italiam L. Sullae Cn. Pompeius* — XXXIII *annos natus, abhinc annos* CXIII, *privatis ut opibus, ita conſiliis magna auſus magnificeque conata exſecutus, ad vindicandam reſtituendamque dignitatem patriae, firmum ex agro Piceno, qui totus paternis eius clientelis refertus erat, contraxit exercitum.* Cf. Plut. Pomp. c. 6. Dio Caſſ. T. I. p. 53.

*peradoleſcenti*, annorum 24. Plut. Pomp. 12 extr. Dio Caſſ. XXXVI. p. 12. A. ἢ οὐ μέμνησθε, ὅσα ἔν τε τῇ Σικελίᾳ καὶ ἐν τῇ Ἀφρικῇ ἔκαμον, μηδέπω καθαρῶς ἐς ἐφήβους τελῶν; vid. ad §. 28.

*Senatoria aetas* videtur fuiſſe annus aetatis triceſimus ſecundus; nam quaeſturam, qui primus erat honorum gradus, petere licebat anno 31, in ſenatum autem legebantur, qui geſſerant magiſtratum. Monuit Weiske ad h. l.

*triumphare.* triumphavit ex Africa a. u. c. 672. agens annum 25. Plut. Pomp. 14. Plin. H. N. VII, 26. Liv. Epit. 89.

*concelebrandam*, magna frequentia honeſtandam. *Graev.* non modo vidit, ſed etiam ſtudioſe et frequenter ſpectavit. *Ern.*

§. 62. *Quid tam inuſitatum, quam ut.* Sic paulo poſt, *quid tam ſingulare, quid tam incredibile, quam ut.* agr. II, 10, 26 *iam hoc inauditum et plane novo more, uti curiata lege magiſtratus detur.*

tam inusitatum, quam ut, quum duo consules clarissimi fortissimique essent, eques Romanus ad bellum maximum formidolosissimumque pro consule mitteretur? missus est. Quo quidem tempore, quum esset non nemo in senatu, qui diceret, *Non oportere mitti hominem privatum pro consule,* L. Philippus dixisse dicitur, *Non se illum sua sententia pro consule, sed pro consulibus mittere.* Tanta in eo reipublicae bene gerendae spes constituebatur, ut duorum consulum munus unius adolescentis virtuti committeretur! Quid tam singulare, quam ut ex senatus consulto legibus solutus consul ante fieret, quam ullum alium magistratum per leges capere licuisset? quid tam incredibile, quam ut iterum eques Romanus ex senatusconsulto triumpharet? Quae in omnibus hominibus nova post hominum memoriam constituta sunt, ea tam multa non sunt, quam haec, quae in hoc uno homine vidimus. Atque haec tot exempla, tanta ac tam nova, profecta sunt in eundem hominem a Q. Catuli atque a ceterorum eiusdem dignitatis amplissimorum hominum auctoritate.

XXII 63 Quare videant, ne sit periniquum et non ferendum,

cf. ib. 20, 54. Verr. V, 6, 13 *hoc vero novum est, ut ipse, qui iudicarat, dimiserit.*

*duo consules*, Dec. Iunius Brutus et M. Aemilius Lepidus a. u. 676. *ad bellum maximum*, Sertorianum.

*L. Philippus dixisse dicitur.* Cic. Phil. XI, 8, 19 *Pompeio Sertorianum bellum datum est privato, quia consules recusabant, quum L. Philippus pro consulibus se eum mittere dixit, non pro consule.* Plut. Pomp. 17 *φασὶν ἐν συγκλήτῳ πυθομένου τινὸς καὶ θαυμάζοντος, εἰ Πομπήϊον ἀνθύπατον οἴεται δεῖν ἐκπεμφθῆναι Φίλιππος, Οὐκ ἔγωγε, φάναι τὸν Φίλιππον, ἀλλ' ἀνθ' ὑπάτων, ὡς ἀμφοτέρους τοὺς τότε ὑπατεύοντας οὐδενὸς ἀξίους ὄντας.* Huc respexit Dio Caff. XXXVI. p. 92 extr. in orat. Gabinii: *ἀλλὰ καὶ τοῦτον καὶ τότε μηδέπω μήθ' ἡλικίαν ἔχοντα, μήτε βουλεύοντα καὶ ἀντὶ ἀμφοτέρων τῶν ὑπάτων ἐξεπέμψαμεν.*

*legibus solutus. solvi legibus* dicuntur, quibus, praecipuo iure ut sint, neque legibus teneantur, SC. permittitur. *Hott.* Solutus autem est lege Villia annali, et duabus Corneliis, quae ad consulatum eos non admittebant, qui quaestores praetoresque non fuissent. *Ferrat.*

*consul ante fieret*, designatus anno aetatis 34, a. u. 680. E magistratibus autem curulibus — hos enim intelligit Cicero — primus erat aedilitas, quam anno aetatis 37 capere licebat. Appian. B. C. I. p. 707 *Π. οὔτε στρατηγήσας, οὔτε ταμιεύσας, ἔτος τε ἔχων τέταρτον ἐπὶ τοῖς τριάκοντα.*

*triumpharet*, ex Hispaniis, annum agens 36. Vellei. II, 30 *Pomp. hoc quoque triumpho adhuc eques Rom. ante diem, quam consulatum iniret, curru urbem invectus est.*

c. XXII. §. 63. *videant, ne sit* i. e. proprie caveant, ne sit, est formula modestiae, qua, quod pro certo dicere volunt, tanquam probabile et minus certum effe-



illorum auctoritatem de Cn. Pompeii dignitate a vobis com-
probatam semper esse, vestrum ab illis de eodem homine
iudicium populique Romani auctoritatem improbari, prae-
sertim quum iam suo iure populus Romanus in hoc homine
suam auctoritatem vel contra omnes, qui dissentiunt, possit
defendere, propterea quod, iisdem istis reclamantibus, vos
unum illum ex omnibus delegistis, quem bello praedonum
praeponeretis. Hoc si vos temere fecistis et reipublicae pa-
rum consuluistis, recte isti studia vestra suis consiliis regere
conantur; sin autem vos plus tum in republica vidistis, vos,
his repugnantibus, per vosmet ipsos dignitatem huic im-
perio, salutem orbi terrarum attulistis, aliquando isti prin-
cipes et sibi et ceteris populi Romani universi auctoritati
parendum esse fateantur. Atque in hoc bello Asiatico et 64
regio non solum militaris illa virtus, quae est in Cn. Pom-
peio singularis, sed aliae quoque virtutes animi multae et
magnae requiruntur. Difficile est in Asia, Cilicia, Syria,
regnisque interiorum nationum ita versari vestrum impe-
ratorem, ut nihil aliud, nisi de hoste ac de laude, cogitet.
Deinde etiam si qui sunt pudore ac temperantia modera-
tiores, tamen eos esse tales propter multitudinem cupido-
rum hominum nemo arbitratur. Difficile est dictu, Qui- 65
rites, quanto in odio simus apud exteras nationes propter
eorum, quos ad eas per hos annos cum imperio misimus,
iniurias ac libidines. Quod enim fanum putatis in illis
terris nostris magistratibus religiosum, quam civitatem san-
ctam, quam domum satis clausam ac munitam fuisse? urbes
iam locupletes ac copiosae requiruntur, quibus causa belli
propter diripiendi cupiditatem inferatur. Libenter haec 66
coram cum Q. Catulo et Q. Hortensio disputarem, sum-
mis et clarissimis viris: noverunt enim sociorum vulnera,

runt: *perin. est.* cf. pro Rosc. §. 140. Sic etiam Graeci, *ὁρᾶτε ὅπως μὴ αἴσχιον πράξομεν.* Thuc. I, 82. Similis formula est *vereor ne.*

*suo iure.* Vid. ad or. pro Arch. p. §. 18.

*iisdem istis.* Sic Werd. Hittorp. Erfurt. quod non ferebant aures teretes Graevii. Sic c. XVII. §. 51.

*studia vestra*, voluntatem vestram ac benevolentiam; ductum ex eo, quod *studere alicui* dicuntur, qui ei favent.

§. 64. *interiorum nationum*, quae longius ab ora maritima remotae sunt, et quasi intra terram vivunt, terra undique cincti. Difficile autem est in illis locis recte versari imperatorem, quum et procul a Roma remoti sint, et in locis versentur opulentissimis, ut monuit Hott.

*nisi de hoste.* Sic Erfurt. pro *quam de h.*

§. 65. *causa belli inferatur*, praetextus, simulatio belli, s. b. simulatum, pro bellum praetextu aliquo inf.

vident eorum calamitates, querimonias audiunt. Pro so-
ciis vos contra hostes exercitum mittere putatis, an ho-
stium simulatione contra socios atque amicos? quae civitas
est in Asia, quae non modo imperatoris aut legati, sed unius
XXIII tribuni militum animos ac spiritus capere possit? Quare,
etiam si quem habetis, qui collatis signis exercitus regios
superare posse videatur, tamen, nisi erit idem; qui se a
pecuniis sociorum, qui ab eorum coniugibus ac liberis,
qui ab ornamentis fanorum atque oppidorum, qui ab auro
gazaque regia manus, oculos, animum cohibere possit, non
erit idoneus, qui ad bellum Asiaticum regiumque mitta-
67 tur. Ecquam putatis civitatem pacatam fuisse, quae lo-
cuples sit? ecquam esse locupletem, quae istis pacata esse
videatur? Ora maritima, Quirites, Cn. Pompeium non
solum propter rei militaris gloriam, sed etiam propter
animi continentiam requisivit. Videbat enim populum Ro-
manum non locupletari quotannis pecunia publica, prae-
ter paucos, neque nos quidquam aliud assequi classium no-
mine, nisi ut, detrimentis accipiendis, maiore affici turpi-
tudine videremur. Nunc qua cupiditate homines in pro-
vincias, quibus iacturis, quibus conditionibus proficiscan-

§. 66. *animos ac spiritus*, superbiam et, quae inde oritur, libidinem atque avaritiam. *Capere aliquid* dicuntur ea, quae satis vel magna vel copiosa sunt, ut illud explere possint. Phil. II, 44 extr. *eam gloriam consecuti sunt, quae vix coelo capi posse videatur.* Mil. 32, 87 *capere eius amentiam civitas, Italia, provinciae, regna non poterant.* Dicit igitur, nullam civitatem Asiae tam locupletem et ornatam esse, ut unius tribuni avaritiam explere possit

c. XXIII. *manus, oculos, animum cohibere.* Comparat Hottom. de offic. I, 40 *Bene Pericles, quum haberet collegam in praetura Sophoclem, iique de communi officio convenissent, et casu formosus puer praeteriret, dixissetque Sophocles, O puerum pulchrum, Pericle! At enim praetorem, Sophocle, decet non solum manus, sed etiam oculos abstinentes habere.*

§. 67. *praeter paucos*, nisi vel praeterquam paucos. Sic Off. II, 2 *nec quidquam aliud est philosophia, si interpretari velis, praeter studium sapientiae.* ubi vid. Heusing. p. 384.

*quibus iacturis.* Iacturae Latinis sunt largitiones, pecuniae datae corrumpendi causa, pronuntiati per tribus nummi, aut, ut ipse supra dixit, divisi magistratibus et hominibus gratiosis, quorum suffragatione potestates et provincias acceperant. Cic. pro Cluent. 8 *primum quidem illum indicem pecunia corrupit, deinde ipsum Aurium, non magna iactura facta, tollendum curavit.* pro Flacc. *quae iacturae! quanta largitio!* Gronov. de pec. vet. IV, 4. *Graevius.* cf. Mil. 27.

*conditionibus*, pactionibus, quae vel gratia vel pecunia promissa fiunt. ad Quint. fr. I, 1 *nullius pecuniae conditione ab integritate deduci.* Topic. 21, 82 *si quaeratur, a naturane ius profectum sit, an ab aliqua quasi conditione*



tur, ignorant videlicet isti, qui ad unum deferenda esse
omnia non arbitrantur: quasi vero Cn. Pompeium non
cum suis virtutibus, tum etiam alienis vitiis magnum esse
videamus! Quare nolite dubitare, quin huic uni credatis
omnia, qui inter annos tot unus inventus sit, quem socii
in urbes suas cum exercitu venisse gaudeant. Quod si au- 68
ctoritatibus hanc causam, Quirites, confirmandam putatis,
est vobis auctor vir bellorum omnium maximarumque re-
rum peritissimus P. Servilius, cuius tantae res gestae terra
marique exstiterunt, ut, quum de bello deliberetis, auctor
vobis gravior esse nemo debeat; est C. Curio summis ve-
stris beneficiis maximisque rebus gestis, summo ingenio et
prudentia praeditus; est Cn. Lentulus, in quo omnes pro
amplissimis vestris honoribus summum consilium, sum-
mam gravitatem esse cognovistis; est C. Cassius, integritate,
virtute, constantia singulari. Quare videte, num horum
auctoritatibus illorum orationi, qui dissentiunt, respon-
dere posse videamur.
Quae quum ita sint, C. Manili, primum istam tuam XXIV
et legem et voluntatem et sententiam laudo vehementissi- 69
meque comprobo; deinde te hortor, ut, auctore populo
Romano, maneas in sententia, neve cuiusquam vim aut
minas pertimescas. Primum in te satis esse animi perse-
verantiaeque arbitror, deinde quum tantam multitudinem

*hominum et pactione.* cf. Offic. I, 7.

*ignorant videlicet.* ironice.

*alienis vitiis magnus* vocatur, qui magnus habetur propterea quod vitiis aliorum vacat. Simul vero allusisse videtur ad cognomen Magni, quod Sulla Pompeio ex Africa redeunti tribuit. Plut. Pomp. 13. Plin. H. N. VII, 26.

*nolite dubitare, quin.* Vid. ad §. 49.

*inter annos tot* pro *per annos.* Sic pro Quint. 14, 46 *qui inter annos tot ne appellarit quidem Quintium.* in Verr. Act. I, 13, 37 *quae inter decem annos — facta sunt.* vid. Gronov. ad Liv. I, 10, 7.

§. 68. *bellorum omnium*, bellorum omnis generis, terrestrium, maritimorum, internorum, externorum. *Heum.*

*P. Servilius*, cognomento Isauricus ab Isauris in Cilicia domitis, Cos. a. u. c. 674 cum Appio Claudio Pulchro.

*C. Scribonius Curio*, Consul cum Cn. Octavio a. u. 677 is qui Procos. Dardanos domuit.

*Cn. Lentulus* Clodianus, qui consul fuit a. u. 681 cum L. Gellio.

*pro ampliss. v. hon.* sicut ex amplissimis honoribus, quos ei mandastis, intelligere licet.

*cognovistis* est ex Erfurt. pro *cognoscitis.*

*C. Cassius* Varus, qui consul fuit cum M. Terentio Varrone Lucullo a. u. 680.

*videte, num*, vix sana lectio: nam in ea negativum sensum inesse, ut c. 7 extr. recte iam monuit Ern. Alii codd. *videte, ut* vel *vid. an*, vel *vid. utrum.*

cum tanto ftudio adeffe videamus [quantam nunc iterum
in eodem homine praeficiendo videmus,] quid eft, quod
aut de re, aut de perficiendi facultate dubitemus? Ego
autem, quidquid in me eft ftudii, confilii, laboris, ingenii,
quidquid hoc beneficio populi Romani atque hac poteftate
praetoria, quidquid auctoritate, fide, conftantia poffum,
id omne ad hanc rem conficiendam tibi et populo Romano
70 polliceor et defero; teftorque omnes deos, et eos maxi-
me, qui huic loco temploque praefident, qui omnium
mentes eorum, qui ad rempublicam adeunt, maxime per-
fpiciunt, me hoc neque rogatu facere cuiusquam, neque
quo Cn. Pompeii gratiam mihi per hanc caufam conciliari
putem, neque quo mihi ex cuiusquam amplitudine aut
praefidia periculis, aut adiumenta honoribus quaeram, pro-
pterea quod pericula facile, ut hominem praeftare oportet,
innocentia tecti repellemus, honores autem neque ab uno,
neque ex hoc loco, fed eadem noftra illa laboriofiffima ra-
71 tione vitae, fi veftra voluntas feret, confequemur. Quam-
obrem, quidquid in hac caufa mihi fufceptum eft, Quiri-
tes, id omne me reipublicae caufa fufcepiffe confirmo;
tantumque abeft, ut aliquam bonam gratiam mihi quae-
fiffe videar, ut multas etiam fimultates partim obfcuras,
partim apertas intelligam, mihi non neceffarias, vobis non
inutiles fufcepiffe. Sed ego me hoc honore praeditum,
tantis veftris beneficiis affectum, ftatui, Quirites, veftram
voluntatem et reipublicae dignitatem et falutem provincia-
rum atque fociorum meis omnibus commodis et rationibus
praeferre oportere.

c. XXIV. §. 69. *de re*, de tanto viro deligendo. *Manut.*

§. 70. *huic loco.* Multa enim circa forum templa, Iovis, Caftoris, Concordiae, alia. *Manut.*

*templo*, roftris, ut in loco Livii ad §. 55 adfcripto. in Vatin. 10. *in roftris, in illo, inquam, inaugurato templo ac loco.* Nam templum eft omnis locus inauguratus. Vid. Manut. ad or. pro Sext. 35.

*neque quo — quaeram.* Debebat fequi, fed quod hoc reipublicae utiliffimum effe confido. Sed immutavit conftructionem §. 71. Sic pro Quint. 3, 11 *non quo ei deeffet ingenium: — nam neque parum facetus fcurra Sex. Naevius, neque inhumanus praeco eft umquam exiftimatus. Quid ergo eft? Quum ei natura nihil melius quam vocem dediffet, pater nihil praeter libertatem reliquiffet, vocem in quaeftum contulit, libertate ufus eft, quo impunius dicax effet.* Cf. Or. II, 18, 74. ubi vid. Müller.

*illa laboriofiffima ratione vitae*, de qua §. 2.

§. 71. *mihi non neceffarias*, quia carere iis potui.

*vobis non inutiles*, quia ita eos, qui veftris commodis confulunt, a malis civibus facilius discernere poteritis.



# ORATIO I.

## IN L. CATILINAM HABITA IN SENATU.

### ARGUMENTUM.

L. Sergius Catilina, nobili genere natus (nam inter maiores eius fuerunt M. Sergius Silus, quaeftor a. u. c. 605. M. Sergius Silus quaeftor a. u. c. 582, et M. Sergius Silus praetor a. u. c. 556, fortitudine in bello Punico fecundo clariffimus) quum poft praeturam a. u. 687 et Africam adminiftratam a. u. 688 repetundarum et inter ficarios a. u. 689 accufatus effet, bis a confulatus petitione reiectus a. u. 689 et 690 *) bis etiam contra remp. coniuravit. Et prima quidem coniuratio, qua L. Torquatum et L. Cottam coff. interficere voluit, cafu diremta eft (vid. ad §. 15.); altera autem, occultis confiliis agitata, in confulatum Ciceronis erupit, cui ob hoc ipfum eo cupidius pop. Rom. confulatum mandavit, quod de ea rumor in vulgus exierat. Hic quum effet tota res ad Ciceronem a. Q. Curio coniurato per Fulviam delata, is a. d. XIII Kal. Nov. de coniuratione Catilinae ad fenatum retulit, et perfecit, ut comitia confularia, quae in a. d. XII Kal. Nov. indicta erant, in a. d. V. Kal. Nov. differrentur. *Poftridie frequenti fenatu Cicero Catilinam excitavit atque eum de his rebus iuffit, fi quid vellet, quae ad fe allatae effent, dicere. Ille non fe purgavit, fed indicavit atque induit.* (pro Mur. c. 25.) Senatus vero decrevit, *darent operam coff., ne quid resp. detrimenti caperet.* (Salluft. Catil. 29.) Quum dies comitiorum veniffet et Cicero coniuratos cum gladiis in campum deduci fciret, ipfe cum firmiffimo praefidio fortiffimorum virorum et cum lorica in campum defcendit (pro Mur. 26.). Confules defignantur D. Iulius

*) Vid. Garat. ad argum. Manut. p. 354. not. 3.

Silanus et L. Licinius Murena. Catilina quum ei neo petitio conſulatus, neque inſidiae conſuli factae proſpere ceſſiſſent, conſtituit bellum facere; C. Manlium Feſulas, alios alio mittit, ipſe principes coniurationis a. d. VIII Id. Nov. noctu in domum M. Porcii Laecae convocat, et, quae agenda eſſent, demonſtrat (vid. 5. 9. 10.). Tum Cicero a. d. VI Id. Nov. *) ſenatum in aedem Iovis Statoris convocavit. Venit eodem Catilina, qui ſimulatque aſſedit, omnes ſenatores partem eam ſubſelliorum nudam atque inanem reliquerunt. Tum M. Tullius Cos. ſive praeſentiam eius timens, ſeu ira commotus (Sall. Cat. 31.) *orationem* habuit *primam*, qua *directo ad Catilinam, in quem ipſe dicebat, uſus eſt principio, et quidem protinus* (Quint. IV, 1, 68.) eique ſtatim impudentiam exprobrat, qua quamvis conſilia ſua omnia patefacta eſſe ſentiat, tamen in ſenatum venire auſus ſit, ſimulque ſe conſulem nimiae lenitatis accuſat, quod hunc hominem non interfici iuſſerit, quum SC. conſulibus permiſſa ſit respublica. §. 1—4. Sed tum denique ſe eum interfecturum eſſe, quum nemo ſit, qui id non iure factum fateatur. §. 5. Tum cum acerba irriſione monet Catilinam, ut mentem mutet; omnia enim eius conſilia patefacta eſſe, quae enumerat §. 6—10. quumque ille in nocturno conventu apud M. Laecam ſe iam exiturum eſſe dixiſſet, ut hoc quamprimum faciat, et ſuorum manum ſecum educat, hortatur. c. V. §. 10—12. nihil enim eſſe, quod eum in urbe iam delectare poſſit; flagitia et ſcelera eius nota eſſe omnibus; omnes bonos eum averſari et metuere §. 13—18 ipſum etiam vitandae ſuſpicionis cauſa ſe M. Lepido, Ciceroni, Q. Metello praetori in cuſtodiam tradere voluiſſe, ut non longe a carcere atque a vinculis abeſſe debere videatur, qui ſe ipſe iam dignum cuſtodia iudicaverit. §. 19. Quod poſtulet Catilina, ut ad ſenatum referat conſul, et ſenatus decreto ſe obtemperaturum dicat, non neceſſe eſſe referre ad ſenatum; nam quum imperante ſe, ut exeat, cunctus ſenatus taceat, facile eum intelligere poſſe, quid illi de ſe ſentiant §. 20. 21. Sed fruſtra ſe laborare, ut eum ad ſanam mentem reducat; itaque iterum monet, ut egrediatur, et quidem cum coniuratorum manu; iam enim praemiſſa eſſe omnia, quae ad bellum patriae inferendum pertineant §. 22—26. Tandem ad ſenatum convertit orationem, et cur Catilinam non interficiat, ſed exire iubeat, oſtendit; ſi enim iſte ad Manlium pervenerit, omnes plane intellecturos, factam eſſe coniurationem; ſi etiam omnes ſuos ſecum eduxerit, ſtirpem ac ſemen malorum omnium deletum iri. At ſi ſolus ille interfectus ſit, fore, ut reliqua ſceleratorum manus in rep. reſideat, et reip. peſtis pauliſper tantum reprimatur §. 27—32.

*) Vid. *Allg. Schulz.* 1828 n. 147. p. 1224. Idem oſtenderat Ferratius apud Garaton. ad argum. Manut. p. 357. s.



In fine ſenatum confirmat, Catilinam malis ominibus proſequitur, et Iovem Statorem precibus invocat, ut hunc et huius ſocios ab urbe et vita civium arceat, et omnes hoſtes patriae aeternis ſuppliciis vivos mortuosque mactet.

*Ubi* Cicero *aſſedit*, ut narrat Salluſt. c. 31. *Catilina, ut erat paratus ad diſſimulanda omnia, demiſſo vultu, voce ſupplici poſtulare, Patres conſcripti ne quid de ſe temere crederent; ea familia ortum, ita ab adoleſcentia vitam inſtituiſſe, ut omnia bona in ſpe haberet; ne aeſtumarent, ſibi patricio homini, cuius ipſius et maiorum plurima beneficia in plebem Romanam eſſent, perdita rep. opus eſſe, quum eam ſervaret M. Tullius, inquilinus civis urbis Romae. Ad hoc maledicta alia quum adderet, obſtrepere omnes, hoſtem atque parricidam vocare. Tum ille furibundus, quoniam quidem circumventus, inquit, ab inimicis praeceps agor, incendium meum ruina reſtinguam. Dein ſe ex curia domum proripuit — — et nocte intempeſta cum paucis in Manliana caſtra profectus eſt.*

# O R A T I O I

## IN L. CATILINAM HABITA IN SENATU.

Quousque tandem abutere, Catilina, patientia noſtra? I
quamdiu etiam furor iſte tuus nos eludet? quem ad finem 1
effrenata ſeſe iactabit audacia? Nihilne te nocturnum praeſidium Palatii, nihil urbis vigiliae, nihil timor populi,

c. I. §. 1. *eludet*, conatus noſtros furorem tuum reprimendi irritos reddet; proprie de gladiatoribus, qui flexu corporis adverſarii ictus vitant. Eodem ſenſu, ſed alia conformatione pro Mil. 12. Cf. Donat. ad Terent. Eun. I, 1, 10.

*quem ad finem*, i. e. quamdiu. Verr. V, 29, 75 *piratam vivum tenuiſti. Quem ad finem? dum cum imperio fuiſti.* N. D. II, 51, 129. *Quid dicam, quantus amor beſtiarum ſit in educandis cuſtodiendisque iis, quae procreaverunt, usque ad eum finem, dum poſſint ſe ipſa defendere!* Cf pro Cael. 5, 11. Similiter de orat. I, 34, 154 *oratione aliqua lecta ad eum finem, quem memoria poſſem comprehendere.*

*iactabit*, inſolenter ſe efferet. Eſt eius, qui viribus vel corporis vel ingenii, potentia etc. nimis confidit, ductum, ut Geſner. monuit in Theſ., a geſtu illo incedentium ſuperbe et huc illuc vultum et membra iactantium.

*Palatium* ſ. mons Palatinus, foro imminens a meridie — *urbis vigiliae.* Salluſt. Catil. 30 *decrevere, — — Romae per totam urbem vigiliae haberentur, hisque minores magiſtratus praeeſſent.* — *timor populi*, quem egregie pingit Salluſt. Catil. 31. *munitiſſimus hab. ſen. locus*, templum Iovis Statoris,

nihil concurſus bonorum omnium, nihil hic munitiſſimus
habendi ſenatus locus, nihil horum ora vultusque mo-
verunt? patere tua conſilia non ſentis? conſtrictam iam
omnium horum conſcientia teneri coniurationem tuam
non vides? quid proxima, quid ſuperiore nocte egeris,
ubi fueris, quos convocaveris, quid conſilii ceperis, quem
2 noſtrum ignorare arbitraris? O tempora! o mores! Se-
natus haec intelligit, conſul videt; hic tamen vivit. Vi-
vit? imo vero etiam in ſenatum venit, fit publici conſilii
particeps, notat et deſignat oculis ad caedem unumquem-
que noſtrum. Nos autem, viri fortes, ſatisfacere reipu-
blicae videmur, ſi iſtius furorem ac tela vitemus. Ad
mortem te, Catilina, duci, iuſſu conſulis, iampridem opor-
tebat; in te conferri peſtem iſtam, quam tu in nos omnes
3 iamdiu machinaris. An vero vir ampliſſimus P. Scipio,
pontifex maximus, Tib. Gracchum, mediocriter labefa-
ctantem ſtatum reipublicae, privatus interfecit; Catili-
nam, orbem terrae caede atque incendiis vaſtare cupien-
tem, nos conſules perferemus? nam illa nimis antiqua
praetereo, quod C. Servilius Ahala Sp. Melium, novis
rebus ſtudentem, manu ſua occidit. Fuit, fuit iſta quon-
dam in hac republica virtus, ut viri fortes acrioribus
ſuppliciis civem pernicioſum, quam acerbiſſimum hoſtem,

quod erat in radicibus Palatii. vid. Alex. Donati Roma vetus ac recens II, 13. p. 148. ubi tunc ſenatus habebatur. vid. II, 6, 12. infr. 5, 11. — *horum ora vultusque*, quum omnes te ingredientem averſati eam partem ſubſelliorum, ad quam tu acceſſeras, reliquerunt. *Muret.* vid. c. 7, 16. Catil. II, 6, 12.

*quid proxima, quid ſuper n.* cf. c. 4. §. 8. Catil. II, 3, 6. epp. fam. V, 19. (93, 2.).

§. 2. *imo vero* inſervit augendo, ut Att. XII, 42. *ferendus tibi in hoc error. ferendus? imo vero etiam adiuvandus. Ern.* Cf. Abram. ad Sext. 24.

§. 3. *An vero* etc. formula eſt argumentandi a minore ad maius, pro Quum P. Scipio Tib. Gracchum privatus interfecerit, (vid. ad or. pro l. Man. §. 2.) multo magis Catilinam conſules interficere oportebat. De hoc loco Quint. VIII, 4, 14. *hic et Catilina Graccho, et ſtatus reip. orbi terrarum, et mediocris labefactatio caedi et incendiis et vaſtationi, et privatus conſulibus comparatur.* Ceterum oratorie elevat conatus Tib. Gracchi. quum eum *mediocriter* labefactaſſe ſtatum reip. dicit, cuius *turbulentiſſimum* tribunatum appellat Brut. c. 27. Vellei. II, 2. *Tib. Gracchus — — pollicitus toti Italiae civitatem, ſimul etiam promulgatis agrariis legibus, omnium ſtatum concutientibus, ſumma imis miſcuit, et in praeruptum atque anceps periculum adduxit remp.* Similiter infr. c. 1. in. C. Gracchi factum extenuat.

*C. Servilius Ahala.* a. u. 315. vid. Liv. IV, 13.



coërcerent. Habemus ſenatusconſultum in te, Catilina,
vehemens et grave; non deeſt reipublicae conſilium, ne-
que auctoritas huius ordinis; nos, nos, dico aperte, con-
ſules deſumus. Decrevit quondam ſenatus, ut L. Opimius II
conſul videret, ne quid respublica detrimenti caperet. 4
Nox nulla interceſſit; interfectus eſt propter quasdam ſe-
ditionum ſuſpiciones C. Gracchus, clariſſimo patre, avo,
maioribus; occiſus eſt cum liberis M. Fulvius conſularis.
Simili ſenatusconſulto C. Mario et L. Valerio conſulibus
permiſſa eſt respublica. Num unum diem poſtea L. Sa-
turninum tribunum plebis et C. Servilium praetorem mors
ac reipublicae poena remorata eſt? At nos viceſimum
iam diem patimur hebeſcere aciem horum auctoritatis.
Habemus enim huiusmodi ſenatusconſultum, veruntamen
incluſum in tabulis, tanquam in vagina reconditum, quo

*Habemus SC.* vid. Salluſt. Catil. 29.

*conſ. deſumus. nos* praeponit Priscian. et Mart. Capella, ut pronomen ter repetatur, ſicut Mil. 25, 34. quod probat Garat. ad Milon. p. 108.

§. 4. *L. Opimius*, a. u. 633. Vid. Vellei. II, 6, 7. Plut. vit. C. Gracchi c. 13 ſqq. Appian. de bell. civil. l. c. 21 ſqq.

*clariſſimo patre*, Tiberio Graccho, qui bis conſul a. u. 577 et 591. et cenſor fuerat. *Avus* fuit P. Gracchus. vid. Cic. Brut. 20.

*cum liberis*, uno filio. vid. Catil. 4. §. 13 et cf. ad Manil. §. 33.

*C. Mario et L. Valerio coſſ.* a. u. 654. De eadem re Cic. pro C. Rabirio perd. reo c. 7. *fit SC., ut C. Marius, L. Valerius Coſſ. adhiberent tribunos pl. et praetores, quos eis videretur, operamque darent, ut imperium pop. R. maieſtasque conſervaretur.* cf. Phil. VIII, 5. Vellei. II, 12, 6. Plut. Mar. 30. Appian. de b. civ. I, c. 32. *Remorata eſt.* Ut *differri* non ſolum res, ſed etiam perſonae dicuntur, ut Cic. ep. famil. V, 12 extr. (cap. 35, 22.) Liv. 39, 32. (Vid. Oudendorp. ad Suet. Caeſ. 82. Schwarz. ad Plin. Paneg. 26, 2. Ern. ad Suet. Veſp. 23.) ſic, quum proprie dicendum eſſet, mors L. Saturnini et C. Servilii dilata eſt, maluit ita dicere, ut mors tanquam perſona in aliud tempus Saturninum remorari videretur, ut Propert. I, 19, 17. *quamvis te longae remorentur fata ſenectae*, i. e. quamvis ſenecta tua differatur et producatur. G. Jacob in *Jahrb. d. Phil.* XII, p. 85. comparat Verr. I, 3, 7. Virg. Aen. VI, 542. X, 204. Cf. Wolf. opuſc. p. 138. *Reip. poena autem* i. e. poena a rep. inflicta, ut Muren. 41, 39. Verr. IV, 13, 30. de rep. I, 2. p. 7. *poena legis* i. e. lege conſtituta, de leg. I, 14, 40 *fraudis cruciatus.* cf. ad or. pro l. Man. §. 43. Heinr. ad Cic. fr. or. p. 94 ſq. Beier ad offic. II, 5, 16.

*viceſimum diem.* Revera erat duodeviceſimus dies poſt factum SC. vid. Aſcon. ad or. in Piſ. c. 2.

*tanquam in vagina reconditum.* Deeſt vox *enſem* vel *gladium*, ut Or. II, 37, in. *tanquam ad aliquem libidinis ſcopulum, ſic tuam mentem ad philoſophiam appuliſti;* ante *ad al. libid. ſcop.* deeſt *navem.* Cat. m. 23, 84. *commorandi natura deverſorium nobis, non*

ex ſenatusconſulto confeſtim interfectum te eſſe, Catilina,
convenit. Vivis; et vivis non ad deponendam, ſed ad
confirmandam audaciam. Cupio, patres conſcripti, me
eſſe clementem; cupio in tantis reipublicae periculis me
non diſſolutum videri; ſed iam me ipſe inertiae nequi-
5 tiaeque condemno. Caſtra ſunt in Italia contra rempu-
blicam in Etruriae faucibus collocata; creſcit in dies ſin-
gulos hoſtium numerus; eorum autem imperatorem ca-
ſtrorum ducemque hoſtium intra moenia, atque adeo in
ſenatu, videmus inteſtinam aliquam quotidie perniciem
reipublicae molientem. Si te iam, Catilina, comprehendi,
ſi interfici iuſſero, credo, erit verendum mihi, ne non
hoc potius omnes boni ſerius a me, quam quisquam cru-
delius factum eſſe dicat. Verum ego hoc, quod iampri-
dem factum eſſe oportuit, certa de cauſa nondum addu-
cor, ut faciam; tum denique interficiam te, quum iam
nemo tam improbus, tam perditus, tam tui ſimilis inve-
6 niri poterit, qui id non iure factum eſſe fateatur. Quam-
diu quisquam erit, qui te defendere audeat, vives; et
vives ita, ut nunc vivis, multis meis et firmis praeſidiis
obſeſſus, ne commovere te contra rempublicam poſſis.
Multorum te etiam oculi et aures non ſentientem, ſicut
III adhuc fecerunt, ſpeculabuntur atque cuſtodient. Etenim
quid eſt, Catilina, quod iam amplius exſpectes, ſi neque

*habitandi dedit*, ubi Ern. addidit *hab. locum.*

*convenit*, conſentaneum fuit, ut Terent. Eunuch. III, 2, 41. *haud convenit una ire cum amica imperatorem in via.* cf. pro Roſc. Am. c. 12. §. 34. 53, 154. pro l. Man. 6, 14. pro Flacc. 25, 60. pro Sull. 3, 10. 33, 93. Monui propter Muretum, qui *convenit ſtatim id feciſſe* barbarum putabat pro *ſtatim id feciſſe oportuit.*

*Cupio — me eſſe clem.* ita me cupio eſſe clementem, ut diſſolutus ne ſim, ut Manut. vel Cupio quidem me eſſe clem., ſed idem tamen cupio, me non diſſol. videri, ut Weiske, qui laudat ep. Lucceii ad Fam. V, 14 extr. *cupio non obtundere te — — cupio deterrere.*

§. 5. *in Etruriae fauc.* Faeſulis.

*atque adeo.* vid. pro Roſc. Am. §. 29.

*credo* ironiae inſervit. vid. ad or. pro Roſc. Am. §. 52.

*interficiam te* i. e. interfici te iubebo. „Sic lex Clodia de Cicerone exterminando, *quod cives Rom. indicta cauſa necaſſet.* Item Catil. II, 2. *Catilinam ſuſtuliſſem* etc.“ *Ern.* cf. ad Catil. IV, 6, 13. *interficiere* in nonnullis Codd. ſcriptum eſſe videtur ab eo, qui, ut Graev., crederet alterum dici non potuiſſe a conſule.

§. 6. *Quamdiu quisquam.* dubitationem indicat, an talis futurus ſit, ut Verr. IV, 39, 85. *poenam capitis conſtitutam, ſi iniuſſu ſenatus quisquam attigiſſet.* Cf. V, 2, 5. Fin. IV, 19, 54.



nox tenebris obſcurare coetus nefarios, nec privata do-
mus parietibus continere voces coniurationis tuae poteſt?
ſi illuſtrantur, ſi erumpunt omnia? Muta iam iſtam
mentem, mihi crede; obliviſcere caedis atque incendio-
rum. Teneris undique; luce ſunt clariora nobis tua
conſilia omnia; quae etiam mecum licet recognoſcas.
Meminiſtine, me ante diem XII Kalend. Novemb. dicere 7
in ſenatu, fore in armis certo die, qui dies futurus eſſet
ante diem VII Kalend. Novembr., C. Manlium, audaciae
ſatellitem atque adminiſtrum tuae? Num me fefellit, Ca-
tilina, non modo res tanta, tam atrox, tam incredibilis,
verum, id quod multo magis eſt admirandum, dies? Dixi
ego idem in ſenatu, caedem te optimatum contuliſſe in
ante diem V Kal. Novembr., tum, quum multi principes
civitatis Roma non tam ſui conſervandi, quam tuorum
conſiliorum reprimendorum cauſa profugerunt. Num in-
fitiari potes, te illo ipſo die meis praeſidiis, mea diligen-
tia circumcluſum commovere te contra rempublicam non
potuiſſe, quum tu, diſceſſu ceterorum, noſtra tamen, qui
remanſiſſemus, caede contentum te eſſe dicebas? Quid? 8
quum tu te Praeneſte Kalend. ipſis Novembr. occupatu-
rum nocturno impetu eſſe confideres, ſenſiſtine illam co-
loniam meo iuſſu praeſidiis, cuſtodiis vigiliisque eſſe mu-
nitam? Nihil agis, nihil moliris, nihil cogitas, quod
ego non modo non audiam, ſed etiam non videam plane-

c. III. *voces coniurationis* pro voces coniuratorum. *Catilinae voces* pro Mur. §. 50. *Italiae voces* Mil. §. 94. Imitatur auctor declam. de domo Leccae c. 15. *quae voces coniurationis tutiſſime continere poſſet.* Vid. Wolf. opuſc. p. 140.

*ſi illuſtrantur* reſpondet verbo *obſcurare*, *ſi erumpunt* verbis *pariet. contin. voces.*

§. 7. *ſui conſervandi cauſa*, ad ſe conſervandos, ita poſt Stallbaum. ad Ruddim. II. p. 246 ſq. explicat Kritz. ad Sall. Catil. 31, 5. p. 144 ſq. ut gerundium et ſubſt., a quo pendeat in unam veluti notionem coaluiſſe doceat, quo fieri, ut alter genitivus ab eodem ſubſt., ſed eo iam cum gerundio copulato, pendere cogitandus ſit. Cf. quae monui ad Sext. §. 75.

*diſceſſu.* Vid. ad Manil. §. 20.

§. 8. *Praeneſte.* Simile quid de Capua narrat Cic. pro Sext. c. 4.

*quod ego non modo non audiam.* Alii *non modo audiam.* Sed alterum *non* an omittatur ſq. *ſed etiam* (vid. Ern. in. cl. v. *modo et non.* cf. Muret. V. L. X, 7. Cort. ad Plin. Ep. 8, 7. Daviſ. ad Caeſ. B. G. VIII. Schwarz ad Plin. Paneg. 17, 3. Heyne Obſſ. ad Tib. I, 1, 25.) dubium eſt. Vid. Beier. ad Off. I, 21 p. 166. Si vero in ſqq. *ſed non videam* omitteretur negatio, ut omiſit Graev. ſecundi huius membri aiens eſſet ſententia: *nihil agis, quod videam*, i. e. nihil video eorum, quae agis, ut pro Sulla 2 extr. *ſtatuerant*, *tantum illud*

IV que ſentiam. Recognoſce tandem mecum noctem illam
ſuperiorem; iam intelliges, multo me vigilare acrius ad
ſalutem, quam te ad perniciem, reipublicae. Dico te
priore nocte veniſſe inter falcarios (non agam obſcure)
in M. Laecae domum; conveniſſe eodem complures eius-
dem amentiae ſceleriſque ſocios. Num negare audes?
Quid taces? convincam, ſi negas; video enim eſſe hic
9 in ſenatu quosdam, qui tecum una fuerunt. O dii im-
mortales! ubinam gentium ſumus? quam rempublicam
habemus? in qua urbe vivimus? Hic, hic ſunt in noſtro
numero, patres conſcripti, in hoc orbis terrae ſanctiſſi-
mo graviſſimoque conſilio, qui de meo noſtrumque
omnium interitu, qui de huius urbis atque adeo orbis
terrarum exitio cogitent. Hosce ego video conſul, et
de republica ſententiam rogo! et quos ferro trucidari
oportebat, eos nondum voce vulnero! Fuiſti igitur apud
Laecam ea nocte, Catilina; diſtribuiſti partes Italiae; ſta-
tuiſti, quo quemque proficiſci placeret; delegiſti, quos
Romae relinqueres, quos tecum educeres; deſcripſiſti
urbis partes ad incendia; confirmaſti, te ipſum iam eſſe
exiturum; dixiſti, paullulum tibi eſſe etiam tum morae,
quod ego viverem. Reperti ſunt duo equites Romani,
qui te iſta cura liberarent, et ſeſe illa ipſa nocte paullo
ante lucem me in meo lectulo interfecturos pollliceren-
10 tur. Haec ego omnia, vix dum etiam coetu veſtro dimiſſo,

*eſſe maleficium, quod non modo (non) occultari per ſe, ſed etiam aperiri illuſtrarique deberet.* Etiam *non* ſtribligo eſt pro *neque*, ſed h. l. *ſed etiam* cohaerent, quibus particulis gravius quid fere ſubiicitur infirmiori. vid. *Zumpt. Gramm. lat.* p. 472. qui rectius disputare videtur, quam *Ramshorn.* p. 536. c. quamquam non omni ex parte recte. vid. ad Catil. III, 24.

c. IV. *inter falcarios*, in locum ſ. vicum, ubi habitant falcarii, ut interpretatur Priſc. VIII, monente Lambino. Ern. in cl. comparat *inter lignarios* ap. Liv. XXXV, 42.

§. 9. *Fuiſti igitur apud Laecam.* pro Sulla c. 18, 52. *Tum Catilinae dies exeundi, tum ceteris manendi conditio, tum deſcriptio totam per urbem caedis atque incendiorum conſtituta eſt.* et c. 19 in. *quum Catilina egrederetur ad exercitum, Lentulus in urbe relinqueretur, Caſſius incendiis, Cethegus caedi praeponeretur, Autronio, ut occuparet Etruriam, praeſcriberetur* etc. Cf. Salluſt. Catil. 27 extr.

*duo equites Rom.* Ex his unum tantum nominat pro Sulla 18 extr. *tunc tuus pater, Corneli, id quod tandem aliquando confitetur, illam ſibi officioſam provinciam depopoſcit, ut, quum prima luce conſulem ſalutatum veniſſet, intromiſſus meo more et iure amicitiae me in meo lectulo trucidaret.* cf. ib. 6, 18. Salluſt. c. 28. eundem C. Cornelium, equitem Rom. et L. Vargunteium ſenatorem nominat.



comperi; domum meam maioribus praeſidiis munivi atque
firmavi; excluſi eos, quos tu mane ad me ſalutatum miſe-
ras, quum illi ipſi veniſſent, quos ego iam multis ac ſum-
mis viris ad me id temporis venturos eſſe praedixeram.
Quae quum ita ſint, Catilina, perge, quo coepiſti; V
egredere aliquando ex urbe. Patent portae; proficiſcere;
nimium diu te imperatorem illa tua Manliana caſtra de-
ſiderant. Educ tecum etiam omnes tuos; ſi minus, quam
plurimos; purga urbem; magno me metu liberabis,
dummodo inter me atque te murus interſit. Nobiscum
verſari iam diutius non potes; non feram, non patiar,
non ſinam. Magna diis immortalibus habenda eſt gratia, 11
atque huic ipſi Iovi Statori, antiquiſſimo cuſtodi huius
urbis, quod hanc tetram, tam horribilem tamque infe-
ſtam reipublicae peſtem toties iam effugimus. Non eſt
ſaepius in uno homine ſumma ſalus periclitanda reipu-
blicae. Quamdiu mihi conſuli deſignato, Catilina, inſi-
diatus es, non publico me praeſidio, ſed privata diligen-
tia defendi. Quum proximis comitiis conſularibus me
conſulem in campo et competitores tuos interficere vo-
luiſti, compreſſi tuos nefarios conatus amicorum praeſi-
dio et copiis, nullo tumultu publice concitato. Denique
quotiescunque me petiſti, per me tibi obſtiti, quamquam
videbam, perniciem meam cum magna calamitate reipu-
blicae eſſe coniunctam. Nunc iam aperte rempublicam
univerſam petis; templa deorum immortalium, tecta ur-
bis, vitam omnium civium, Italiam denique totam ad
exitium et vaſtitatem vocas. Quare, quoniam id, quod 12
primum atque huius imperii diſciplinaeque maiorum pro-
prium eſt, facere nondum audeo, faciam id, quod eſt ad
ſeveritatem lenius, ad communem ſalutem utilius: nam

§. 10. *comperi*, per Curium et Fulviam Salluſt. c. 28. Plutarch. vit. Cic. 16.

c. V. *murus interſit.* Hinc. Plut. l. c. ἀναστὰς ὁ Κικέρων προσέταξεν αὐτῷ τῆς πόλεως ἀπαλλάττεσθαι· δεῖν γὰρ αὐτοῦ μὲν λόγοις, ἐκείνου δ᾽ ὅπλοις πολιτευομένου, μέσον εἶναι τὸ τεῖχος. ubi Bryanus noſtrum locum laudat.

§. 11. *competitores tuos* Dec. Silanum et L. Licinium Murenam. Comitiorum die Ciceronem τεθωρακισμένον οἵ τε δυνατοὶ πάντες ἀπὸ τῆς οἰκίας καὶ τῶν νέων πολλοὶ κατήγαγον εἰς τὸ πεδίον· τοῦ δὲ θώρακος ἐπίτηδες ὑπέφαινέ τι παραλύσας ἐκ τῶν ὤμων τοῦ χιτῶνος, ἐνδεικνύμενος τοῖς ὁρῶσι τὸν κίνδυνον· οἱ δ᾽ ἠγανάκτουν καὶ συνεστρέφοντο περὶ αὐτόν Plut. l. c. c. 14. Cf. pro Muren. 26, 52. pro Sull. 18, 51. *ego tectus praeſidio firmo amicorum Catilinae tum et Autronii copias et conatum repreſſi.*

§. 12. *ad ſeveritatem.* vid. ad or. pro S. Roſc. §. 85.

ſi te interfici iuſſero, reſidebit in republica reliqua con-
iuratorum manus; ſin tu, quod te iamdudum hortor,
exieris, exhaurietur ex urbe tuorum comitum magna et
pernicioſa ſentina reipublicae.
13 Quid eſt, Catilina? num dubitas id, me imperante,
facere, quod iam tua ſponte faciebas? Exire ex urbe
conſul hoſtem iubet. Interrogas me, num in exſilium?
VI non iubeo; ſed, ſi me conſulis, ſuadeo. Quid eſt enim,
Catilina, quod te iam in hac urbe delectare poſſit, in
qua nemo eſt extra iſtam coniurationem perditorum ho-
minum, qui te non metuat, nemo qui non oderit? Quae
nota domeſticae turpitudinis non inuſta vitae tuae eſt?
quod privatarum rerum dedecus non haeret infamiae?
quae libido ab oculis, quod facinus a manibus unquam
tuis, quod flagitium a toto corpore abfuit? cui tu adole-
ſcentulo, quem corruptelarum illecebris irretiſſes, non
aut ad audaciam ferrum, aut ad libidinem facem prae-
14 tuliſti? Quid vero? nuper quum morte ſuperioris uxo-

***tuorum comitum* — *ſentina reipublicae*.** De duobus genitivis ad unum nomen, ſed diverſa vi relatis vid. Goerenz. ad Cic. Leg. II, 17, 42. p. 169. Beier. ad Off. I, 14. p. 107 ſq. Hand. ad Turſell. p. 123. not. 143. Cf. de nat. d. II, 58 in. 62 extr. Divin. I, 51. *Sentina reip.* eſt quae reſidet in rep. tanquam in navi, ut *ſentina urbis* ad Att. I, 19. *ſentina comitum tuorum* ſunt ipſi comites, ex quibus, ut ita dicam, conſtat ſentina. Huc reſpexiſſe videtur Quint. VIII, 6, 15. *Cic. recte ſentinam reip. dixit foeditatem hominum ſignificans.*

c. VI. §. 13. *Quae nota dom. turp.* pro Sulla 31, 88. *ne qua generi ac nomini ſuo nota nefariae turpitudinis inuratur. Haerere* proprie dicuntur tela ita coniecta, ut non facile evelli queant, vel faces iniectae aedibus, quum non ſine noxa decidunt, ſed incendunt, ut ait Ern., deinde omnia, quae non facile eluuntur. *haeret infamiae.* Dicendum erat *in fama tua*, ſ. *famae tuae*, ſed fortius eſt quod Cic. Catilinae ne famam quidem tribuit, quippe quae bona etiam eſſe poſſit, ſed infamiam, cuius tanquam pars ſit *privat. rerum dedecus.* Non video autem, cur *privatarum rerum dedecus* inepte dictum videatur Schützio. Eſt dedecus e privatis rebus conceptum, ut *nota domeſticae turpitudinis*, macula e domeſtica turpitudine adſperſa; et privatae res reſpondent domeſticis, ut genus ſpeciei, ſicut mox §. 14.

*cui tu adoleſcentulo.* Salluſt. c. 14. *Quodſi quis etiam a culpa vacuus in amicitiam eius inciderat, quotidiano uſu atque illecebris facile par ſimilisque ceteris efficiebatur. Sed maxume adoleſcentium familiaritates appetebat; eorum animi molles et aetate fluxi dolis haud difficulter capiebantur: nam uti cuiusque ſtudium ex aetate flagrabat, aliis ſcorta praebere, aliis canes atque equos mercari, poſtremo neque ſumptui, neque modeſtiae ſuae parcere, dum illos obnoxios fidosque faceret.*

§. 14. *nuper quum morte ſup. u.*



ris novis nuptiis domum vacuefeciſſes, nonne etiam alio
incredibili ſcelere hoc ſcelus cumulaſti? quod ego prae-
termitto et facile patior ſileri, ne in hac civitate tanti
facinoris immanitas aut exſtitiſſe aut non vindicata eſſe
videatur. Praetermitto ruinas fortunarum tuarum, quas
omnes impendere tibi proximis Idibus ſenties. Ad illa
venio, quae non ad privatam ignominiam vitiorum tuo-
rum, non ad domeſticam tuam difficultatem ac turpitu-
dinem, ſed ad ſummam reipublicae atque ad omnium
noſtrum vitam ſalutemque pertinent. Poteſtne tibi haec 15
lux, Catilina, aut huius coeli ſpiritus eſſe iucundus, quum
ſcias, horum eſſe neminem, qui neſciat, te pridie Ka-
lend. Ianuar. Lepido et Tullo conſulibus ſtetiſſe in comi-
tio cum telo? manum conſulum et principum civitatis
interficiendorum cauſa paraviſſe? ſceleri ac furori tuo non
mentem aliquam aut timorem tuum, ſed fortunam po-

Sall. c. 15. *Poſtremo captus amore Aureliae Oreſtillae, cuius praeter formam nihil unquam bonus laudavit, quod ea nubere illi dubitabat, timens privignum adulta aetate, pro certo creditur, necato filio vacuam domum ſceleſtis nuptiis feciſſe.* Cicero praeterea ſignificat, ſuperiorem uxorem ab ipſo necatam eſſe.

*proximis Idibus.* quo die, ut et Calendis (vid. ad or. pro S. Roſc. §. 57), uſuram creditae pecuniae foeneratori ſolvere neceſſe erat. Hunc morem declarat Cic. Phil. II, 37. *Tu autem quadringenties HS. quod idibus Martiis debuiſti, quonam modo ante Kal. April. debere deſiiſti?* et Horat. Epod. 2. extr. *foenerator Alphius omnem redegit Idibus pecuniam.* Idem Satyr. I, 6, 74 *quo pueri magnis ex centurionibus orti Ibant octonis referentes Idibus aera. Manut.*

§. 15. *Lepido et Tullo coſſ.* a. u. 688. Vide Salluſt. 18. Suet. Iul. Caeſ. 9. Dio Caſſ. XXXVI, 27. p. 102 ſq. Cic. or. in toga cand. p. 986 ed. Graev. *Praetereo illum nefarium conatum tuum et pene acerbum et luctuoſum pop. Rom. diem, quum Cn. Piſone ſocio neque alio nemine caedem optimatum facere voluiſti.*

*mentem aliquam* cogitationem tacitam expl. Goerenz. in proluſ. coll. c. 12, 29. Quod vero vulgo praecipiunt, *aliquis* in ſententiis aientibus locum habere, id certioribus finibus circumſcribendum eſt: nam *aliquis* etiam in negantibus ponitur, quando de re ſermo eſt, quae revera eſt vel cogitari ſaltem poſſit, ut h. l. *non mentem aliquam*, quam certe ſuſpicari aliquis poſſit; *quisquam* autem et *ullus* totum negant. Sic orat. 56, 186. *numerus autem non domo depromebatur, neque habebat* aliquam *neceſſitudinem aut cognationem cum oratione* i. e. quam animo fingere ſibi aliquis poſſet. Cf. pro Sext. 17, 40. 58, 125. Mil. 1, 2. *ut ne non timere quidem ſine* aliquo *timore poſſimus:* nam aderat timor aliquis. Cf. ib. 24, 66. Verr. V, 5, 11. Liv. 32, 40. *Quisquam* vero et *ullus* non per ſe negant: ſed adiuncta particula negante, nec ponuntur, niſi poſt illam particulam. Quare vitioſu ſeſt locus Nat. d. II, 13 in. *Neque enim dici poteſt, in* ulla (Cod. Glogav. *in univerſa*) *rerum inſtitutione non eſſe aliquid extremum.*

puli Romani obſtitiſſe? Ac iam illa omitto: neque enim
ſunt aut obſcura, aut non multa poſt commiſſa. Quo-
ties tu me deſignatum, quoties conſulem interficere cona-
tus es! quot ego tuas petitiones ita coniectas, ut vitari
non poſſe viderentur, parva quadam declinatione, et, ut
aiunt, corpore effugi! Nihil agis, nihil aſſequeris, neque
16 tamen conari ac velle deſiſtis. Quoties iam tibi extorta
eſt ſica iſta de manibus! quoties vero excidit caſu aliquo
et elapſa eſt! quae quidem quibus abs te initiata ſacris
ac devota ſit, neſcio, quod eam neceſſe putas conſulis in
VII corpore defigere. Nunc vero quae tua eſt iſta vita? ſic
enim iam tecum loquar, non ut odio permotus eſſe vi-
dear, quo debeo, ſed ut miſericordia, quae tibi nulla de-
betur. Veniſti paullo ante in ſenatum; quis te ex hac
tanta frequentia, ex tot tuis amicis ac neceſſariis ſaluta-
vit? Si hoc poſt hominum memoriam contigit nemini,
vocis exſpectas contumeliam, quum ſis graviſſimo iudicio
taciturnitatis oppreſſus? Quid? quod adventu tuo iſta
ſubſellia vacua facta ſunt? quod omnes conſulares, qui
tibi perſaepe ad caedem conſtituti fuerunt, ſimulatque
aſſediſti, partem iſtam ſubſelliorum nudam atque inanem
17 reliquerunt? Quo tandem animo hoc tibi ferendum pu-
tas? Servi mehercule mei ſi me iſto pacto metuerent,
ut te metuunt omnes cives tui, domum meam relinquen-
dam putarem; tu tibi urbem non arbitraris? et, ſi me
meis civibus iniuria ſuſpectum tam graviter atque offen-
ſum viderem, carere me adſpectu civium, quam infeſtis
oculis omnium conſpici mallem; tu, quum conſcientia
ſcelerum tuorum agnoſcas odium omnium iuſtum et iam
tibi diu debitum, dubitas, quorum mentes ſenſusque vul-
neras, eorum adſpectum praeſentiamque vitare? Si te
parentes timerent atque odiſſent tui, neque eos ulla ra-
tione placare poſſes, ut opinor, ab eorum oculis aliquo

*neque enim ſunt aut obſc.* i. e. interpretante Beiero ad Cic. Off. I, 37. p. 273. nam quae poſt a te commiſſa ſunt, ea neque obſcura ſunt neque pauca; ſatis aperta ſunt multa illa, quae poſt commiſiſti ſcelera.

*petitiones.* Cic. or. 68, 228. *Ut enim athletas nec multo ſecus gladiatores videmus nihil nec vitando facere caute, nec petendo vehementer, in quo non motus hic habeat palaeſtram aliquam, — — ſic oratio nec plagam gravem facit, niſi petitio fuerit apta, nec* etc.

§. 16. *initiata ſacris.* Sententia eſt: ita te geris, ut voviſſe videaris alicui deo, te ſicam illam in conſulis corpore defixurum. *Muret.*

§. 17. *offenſum*, inviſum, odioſum, ut expl. Garaton. Att. II, 19. *omnibus generibus, ordinibus, aetatibus offenſus.* cf. pro Clu. 18.



concederes; nunc te patria, quae communis eſt omnium
noſtrum parens, odit ac metuit, et iamdiu te nihil iudi-
cat, niſi de parricidio ſuo cogitare; huius tu neque au-
ctoritatem verebere, neque iudicium ſequere, neque vim
pertimeſces? quae tecum, Catilina, ſic agit et quodam-
modo tacita loquitur: Nullum aliquot iam annis facinus 18
exſtitit, niſi per te, nullum flagitium ſine te; tibi uni
multorum civium neces, tibi vexatio direptioque ſocio-
rum impunita fuit ac libera; tu non ſolum ad negligen-
das leges et quaeſtiones, verum etiam ad perfringen-
das valuiſti. Superiora illa, quamquam ferenda non fue-
runt, tamen, ut potui, tuli; nunc vero me totam eſſe
in metu propter te unum, quidquid increpuerit, Catili-
nam timeri, nullum videri contra me conſilium iniri
poſſe, quod a tuo ſcelere abhorreat, non eſt ferendum.
Quamobrem diſcede atque hunc mihi timorem eripe, ſi
eſt verus, ne opprimar, ſin falſus, ut tandem aliquando

c. VII. §. 18. *multorum civium neces.* Q. Cicero de petit. conſul. 2 *hic* (Catilina) *ne leges quidem* (metuit), *natus in patris egeſtate, educatus in ſororis ſtupris, corroboratus in caede civium, cuius primus ad rempublicam aditus in equitibus Rom. occidendis fuit. Nam illis, quos meminimus, Gallis, qui tum Titiniorum ac Nanniorum ac Tanuſiorum capita demetebant, Sulla unum Catilinam praefecerat, in quibus ille hominem optimum Q. Caecilium, ſororis ſuae virum, equitem Rom. nullarum partium ſua manu occidit — — qui hominem cariſſimum pop. Rom. M. Marium* (Gratidianum) *inſpectante pop. Rom. vitibus per totam urbem ceciderit* etc. Qu. Caecilium, M. Volumnium, L. Tantaſium (f. Tanuſium) ab eo occiſos commemoraverat Cicero in or. in toga caud. vid. Aſcon. p. 979 ed. Graev. T. III. p. 2.

*vexatio direptioque ſociorum*, quum ex praetura Africam provinciam obtineret, unde quum rediiſſet, Lepido et Tullo coſſ. accuſatus eſt repetundarum a P. Clodio adoleſcente, qui poſtea inimicus Ciceronis fuit, ſed abſolutus infamia iudicum. vid. Aſcon. ad or. in tog. c. p. 980.

*ad negligendas leges.* Negligit leges ac quaeſtiones, qui earum metu a peccando non continetur; easdem perfringit, qui quum in iudicium adductus manifeſto teneatur, aliqua tamen via elabitur. *Mur.* Accuſatus autem fuerat Catilina non ſolum repetundarum a. u. 688., ſed etiam caedis, temporibus Sullanis factae. Caeſare et Figulo coſſ. a. u. 689. (Dio Caſſ. XXXVII, 10 p. 118) et eo ipſo tempore lege Plautia de vi a L. Paullo. Salluſt. c. 31. Dio Caſſ. ib. 31. p. 132. *Evertendas* delendum monuit Goerenz in prol. in v. *perfringendas* ad dictum illud reſpici monens, quo leges cum aranearum telis comparantur, quae infirmiora animalia conſtricta teneant, a valentioribus perrumpantur. vid. ad Diog. L. I, 58. Cic. de legg. I, 15, 42. Offic. III, 8, 6.

*quidquid increpuerit.* in Piſ. 41 *quidquid increpuiſſet, pertimeſcebat.* Senec. ep. 90 *inter picturas veſtras ſi quid increpuit, fugitis attoniti.* Liv. IV, 43. *ſi quid increpet terroris.* *Heum.*

timere desinam. Haec si tecum, ut dixi, patria loquatur,
nonne impetrare debeat, etiamsi vim adhibere non possit?
VIII Quid? quod tu te ipse in custodiam dedisti? quid? quod
19 vitandae suspicionis causa apud M. Lepidum te habitare
velle dixisti? a quo non receptus etiam ad me venire
ausus es atque, ut domi meae te asservarem, rogasti.
Quum a me quoque id responsum tulisses, me nullo modo
posse iisdem parietibus tuto esse tecum, qui magno in
periculo essem, quod iisdem moenibus contineremur, ad
Q. Metellum praetorem venisti; a quo repudiatus ad so-
dalem tuum, virum optimum, M. Marcellum, demigrasti,
quem tu videlicet et ad custodiendum te diligentissimum,
et ad suspicandum sagacissimum, et ad vindicandum for-
tissimum fore putasti. Sed quam longe videtur a carcere
atque a vinculis abesse debere, qui se ipse iam dignum
20 custodia iudicaverit? Quae quum ita sint, Catilina, du-
bitas, si hic emori aequo animo non potes, abire in
aliquas terras, et vitam istam, multis suppliciis iustis
debitisque ereptam, fugae solitudinique mandare?

Refer, inquis, ad senatum, — id enim postulas; — et, si hic ordo sibi placere decreverit, te ire in exsilium, obtemperaturum te esse dicis. Non referam, id quod abhorret a meis moribus, et tamen faciam, ut intelligas, quid hi de te sentiant. Egredere ex urbe, Catilina; li-

c. VIII. §. 19. *in custodiam.* Est libera custodia, de qua Wasse ad Sallust. Catil. 48. Lips. ad Tacit. Ann. VI, 3. De re Dio Cass. XXXVII, c. 32. Catilina, lege Plautia accusatus, *καὶ τῷ Κικέρωνι αὐτῷ τηρεῖν ἑαυτὸν, ὅπως δὴ μὴ φύγῃ που, παρεδίδου. μὴ προσδεξαμένου δὲ ἐκείνου τὴν φρουρὰν αὐτοῦ, παρὰ τῷ Μετέλλῳ τῷ στρατηγῷ τὴν δίαιταν ἑκουσίως ἐποιεῖτο, ἵν' ὡς ἥκιστα ὑποπτευθῇ νεωτερίζων τι, μέχρις ἂν καὶ ἐκ τῶν αὐτόθι συνωμοτῶν ἰσχυρόν τι προσλάβῃ. Lepidus* est is, qui consul fuerat cum Volcatio Tullo a. u. 688.

*virum optimum, M. Marcellum,* ironice. vid. Quint. IX, 2, 45. Marcellus pater esse videtur C. Marcelli, Catilinarii, quem Capua eiecit Sextius. pro Sext. 4. Muretus laudat Orosii hist. VI, c. 6 p. 385 ed. Haverc. *Motus etiam in Pelignis ortus a Marcellis patre et filio, per L. Vectium proditus, patefacta Catilinae coniuratione, quasi succisa radice, compressus est, et de utroque per Bibulum in Pelignis, per Ciceronem in Bruttiis vindicatus est.* Marcelli, pater et filius, propinqui Catilinae commemorantur pro Sull. 6, 19. 20.

§. 20. *si hic emori ae. a. non p.* i. e. si a te non potes impetrare, ut hic moriaris, sive mortem tibi ipse consciscens, sive aliena manu utens, ut explicat Graev. Recte autem Schütz. monuit, Ciceronem respicere ad c. 6, 15.

*abhorret a meis moribus*, quia sum clemens; neque volo te ex patrum sententiis ultimo supplicio affici. *Weiske.*



bera rempublicam metu; in exsilium, si hanc vocem ex-
spectas, proficiscere. — Quid est, Catilina? ecquid atten-
dis, ecquid animadvertis horum silentium? patiuntur, ta-
cent. Quid exspectas auctoritatem loquentium, quorum
voluntatem tacitorum perspicis? At si hoc idem huic 21
adolescenti optimo P. Sextio, si fortissimo viro M. Mar-
cello dixissem, iam mihi consuli hoc ipso in templo iure
optimo senatus vim et manus intulisset; de te autem, Ca-
tilina, quum quiescunt, probant, quum patiuntur, de-
cernunt, quum tacent, clamant; neque hi solum, quo-
rum tibi auctoritas est videlicet cara, vita vilissima, sed
etiam illi equites Romani, honestissimi atque optimi viri,
ceterique fortissimi cives, qui circumstant senatum, quo-
rum tu et frequentiam videre et studia perspicere et vo-
ces paullo ante exaudire potuisti; quorum ego vix abs
te iamdiu manus ac tela contineo. Eosdem facile addu-
cam, ut te haec, quae iampridem vastare studes, relin-
quentem usque ad portas prosequantur.
Quamquam quid loquor? te ut ulla res frangat? tu IX
ut unquam te corrigas? tu ut ullam fugam meditere? tu 22
ut ullum exsilium cogites? Utinam tibi istam mentem
dii immortales duint! tametsi video, si mea voce perter-
ritus ire in exsilium animum induxeris, quanta tempestas
invidiae nobis, si minus in praesens tempus, recenti me-
moria scelerum tuorum, at in posteritatem impendeat.
Sed est mihi tanti, dummodo ista privata sit calamitas et
a reipublicae periculis seiungatur. Sed tu ut vitiis tuis
commoveare, ut legum poenas pertimescas, ut temporibus
reipublicae concedas, non est postulandum: neque enim
is es, Catilina, ut te aut pudor unquam a turpitudine, aut
metus a periculo, aut ratio a furore revocarit. Quam- 23

§. 21. *P. Sextio*, tunc quaestori C. Antonii Cos. vid. pro Sextio 3, 8. *M. Marcello*, ei, qui duodecim annis post cum Serv. Sulpicio consul fuit, et exsul Athenis interfectus est a Magio Chilone. ad Fam. IV, 12.

c. IX. §. 22. *Sed est tanti*, i. e. res est satis gravis, ut invidiam ex ea impendentem non deprecer, operae pretium est invidiam subire; exsilium tuum dignum est, quod invidiam mihi suscitet, dummodo etc. Cf. Catil. II, 7. Verr. IV, 12, 20. ad Att. V, 20. Sic ad Fam. VIII, 14. *Tanti non fuit Arsacen capere, Seleuciam expugnare, ut earum rerum, quae hic gestae sunt, spectaculo careres;* i. e. operae pretium non fuit. Quod *Ramshorn. grammat. l.* p. 186. not. 1. dicit, hoc cum gestu pronuntiatum esse, actorem comicum decet, oratorem non item.

*concedas*, cedas, ut epp. fam. IV, 3. vid. ad Rosc. Am. §. 118 quos ll. citat Ern. in clav.

obrem, ut ſaepe iam dixi, proficiſcere, ac, ſi mihi inimico,
ut praedicas, tuo conflare vis invidiam, recta perge in ex-
ſilium; vix feram ſermones hominum, ſi id feceris; vix
molem iſtius invidiae, ſi in exſilium ieris iuſſu conſulis,
ſuſtinebo. Sin autem ſervire meae laudi et gloriae mavis,
egredere cum importuna ſceleratorum manu; confer te ad
Manlium; concita perditos cives; ſecerne te a bonis; in-
fer patriae bellum; exſulta impio latrocinio, ut a me non
eiectus ad alienos, ſed invitatus ad tuos iſſe videaris.
24 Quamquam quid ego te invitem, a quo iam ſciam eſſe
praemiſſos, qui tibi ad Forum Aurelium praeſtolarentur
armati, cui ſciam pactam et conſtitutam eſſe cum Manlio
diem, a quo etiam aquilam illam argenteam, quam tibi
ac tuis omnibus perniciosam eſſe confido et funeſtam fu-
turam, cui domi tuae ſacrarium ſcelerum tuorum conſti-
tutum fuit, ſciam eſſe praemiſſam? Tu ut illa diutius ca-
rere poſſis, quam venerari ad caedem proficiſcens ſolebas,
a cuius altaribus ſaepe iſtam impiam dextram ad necem
25 civium transtuliſti? Ibis tandem aliquando, quo te iam-
pridem tua iſta cupiditas effrenata ac furioſa rapiebat: ne-
que enim tibi haec res affert dolorem, ſed quandam in-
X credibilem voluptatem. Ad hanc te amentiam natura pe-
perit, voluntas exercuit, fortuna ſervavit; nunquam tu
non modo otium, ſed ne bellum quidem, niſi nefarium,
concupiſti. Nactus es ex perditis, atque ab omni non
modo fortuna, verum etiam ſpe derelictis, conflatam im-
26 proborum manum. Hic tu qua laetitia perfruere? quibus
gaudiis exſultabis? quanta in voluptate bacchabere, quum
in tanto numero tuorum neque audies virum bonum
quemquam, neque videbis? Ad huius vitae ſtudium me-
ditati illi ſunt, qui feruntur, labores tui: iacere humi
non modo ad obſidendum ſtuprum, verum etiam ad faci-

§. 23. *ſermones hominum*, reprehenſionem. Verr. IV, 7, 13 *nunquam commiſiſſet, ut propter eum* (Cupidinem) *in ſermonem hominum atque in tantam vituperationem veniret.* cf. pro Flacco c. 5 extr. ad Famil. IX, 3. pro Coelio 16, 38 *ſermones iniquorum effugere non potuit.*

§. 24. *ad Forum Aurelium*, ad viam Aureliam in Etruria, ubi hodie oppidum eſt *Monte alto.*

*ſacrarium.* Nam erat etiam, cum ſignorum militarium omnium, tum aquilae quaedam religio, et in ſacello illa reponebantur. Herodian. IV, 5. V, 8. Cf. Tacit. Ann. I, 39. Suet. Cal. 14. Vitell. 2. Vid. ad Dionem Caſſ. 40, 18. p. 236.

c. X. §. 26. *qui feruntur*, ſermonibus celebrantur, commemorantur. pro Sulla 23, 66. *eius voces, eius minae ferebantur.*

*ad obſidendum ſt.* i. e. ad tempus ſtupro opportunum obſervan-



nus obeundum; vigilare non ſolum inſidiantem ſomno
maritorum, verum etiam bonis occiſorum. Habes, ubi
oſtentes illam praeclaram tuam patientiam famis, frigoris,
inopiae rerum omnium, quibus te brevi tempore confe-
ctum eſſe ſenties. Tantum profeci tum, quum te a con-
ſulatu repuli, ut exſul potius tentare, quam conſul vexare
rempublicam poſſes, atque ut id, quod eſſet a te ſcelerate
ſuſceptum, latrocinium potius, quam bellum nominaretur.
Nunc, ut a me, Patres conſcripti, quandam prope XI
iuſtam patriae querimoniam deteſter ac deprecer, perci- 27
pite, quaeſo, diligenter, quae dicam, et ea penitus animis
veſtris mentibusque mandate. Etenim, ſi mecum patria,
quae mihi vita mea multo eſt carior, ſi cuncta Italia, ſi
omnis reſpublica ſic loquatur: M. Tulli, quid agis? tune
eum, quem eſſe hoſtem comperiſti, quem ducem belli
futurum vides, quem exſpectari imperatorem in caſtris
hoſtium ſentis, auctorem ſceleris, principem coniuratio-
nis, evocatorem ſervorum et civium perditorum, exire
patieris, ut abs te non emiſſus ex urbe, ſed immiſſus in
urbem eſſe videatur? non hunc in vincula duci, non ad
mortem rapi, non ſummo ſupplicio mactari imperabis?
Quid tandem impedit te? mosne maiorum? at perſaepe 28
etiam privati in hac republica pernicioſos cives morte mul-
tarunt; an leges, quae de civium Romanorum ſupplicio
rogatae ſunt? at nunquam in hac urbe ii, qui a republica
defecerunt, civium iura tenuerunt; an invidiam poſteri-
tatis times? praeclaram vero populo Romano refers gra-
tiam, qui te, hominem per ſe cognitum, nulla commenda-

dum. Sic in Verr. Act. I, c. 2 extr. *tempus obſidere.*

*bonis occiſorum.* Refertur ad caedes tempore proſcriptionis Sullanae a Catilina factas, ut recte Schütz.

*patientiam famis* etc. Salluſt. Catil. 5. *corpus patiens inediae, vigiliae, algoris ſupra quam cuiquam credibile eſt.* cf. or. II, 5, 9, III, 7, 16.

*quam te a conſul. repuli*, nempe quum ipſe conſul perfecit, ut eius in comitiis conſularibus ratio non haberetur. *Ern.* cf. Salluſt. c. 26.

c. XI, §. 27. *non emiſſus ex urbe.* Inter exempla *παρονομασίας* i. e. annominationis ſ. traiectionis laudat Quint. IX, 3, 71.

§. 28. *an leges*, ut Porcia, Porcii Leccae trib. pl. *ne quis civem Rom. vinciret, aut verberaret, aut necaret*, vel Sempronia, C. Gracchi, *ne de capite civis Rom. iniuſſu pop. Rom. iudicaretur.* vid. Ern. Ind. legg.

*hominem per ſe cognitum.* Brut. 25, 96. *Q. Pompeius non contemtus orator temporibus illis fuit, qui ſummos honores homo per ſe cognitus ſine ulla commendatione maiorum eſt adeptus.*

tione maiorum, tam mature ad ſummum imperium per
omnes honorum gradus extulit, ſi propter invidiae aut
alicuius periculi metum ſalutem civium tuorum negligis.
29 Sed, ſi quis eſt invidiae metus, num eſt vehementius ſe-
veritatis ac fortitudinis invidia, quam inertiae ac nequi-
tiae pertimeſcenda? An, cum bello vaſtabitur Italia, ve-
xabuntur urbes, tecta ardebunt, tum te non exiſtimas in-
XII vidiae incendio conflagraturum? His ego ſanctiſſimis rei-
publicae vocibus et eorum hominum, qui idem ſentiunt,
mentibus pauca reſpondebo. Ego, ſi hoc optimum factu
iudicarem, Patres conſcripti, Catilinam morte multari;
unius uſuram horae gladiatori iſti ad vivendum non de-
diſſem. Etenim ſi ſummi viri et clariſſimi cives Saturnini
et Gracchorum et Flacci et ſuperiorum complurium
ſanguine non modo ſe non contaminarunt, ſed etiam
honeſtarunt, certe mihi verendum non erat, ne quid, hoc
parricida civium interfecto, invidiae mihi in poſterita-
tem redundaret. Quod ſi ea mihi maxime impenderet,
tamen hoc animo ſemper fui, ut invidiam virtute par-
30 tam gloriam, non invidiam, putarem. Quamquam non-
nulli ſunt in hoc ordine, qui aut ea, quae imminent,
non videant, aut ea, quae vident, diſſimulent; qui ſpem
Catilinae mollibus ſententiis aluerunt, coniurationem-
que naſcentem non credendo corroboraverunt; quorum
auctoritatem ſecuti multi, non ſolum improbi, verum
etiam imperiti, ſi in hunc animadvertiſſem, crudeliter
et regie factum eſſe dicerent. Nunc intelligo, ſi iſte,
quo intendit, in Manliana caſtra pervenerit, neminem
tam ſtultum fore, qui non videat coniurationem eſſe fa-
ctam, neminem tam improbum, qui non fateatur. Hoc
autem uno interfecto, intelligo hanc reipublicae peſtem
paullisper reprimi, non in perpetuum comprimi poſſe.
Quod ſi ſe eiecerit ſecumque ſuos eduxerit et eodem
ceteros undique collectos naufragos aggregaverit, exſtin-
guetur atque delebitur non modo haec tam adulta rei-

c. XII, §. 29. *ſi — iudicarem.* Vid. ad Cat. II, §. 3.

*parricida civium.* Ern. comparat *parricida liberum* Liv. III, 50. Sic pro Sulla c. 2, 6 *obſtrictum eſſe patriae parricidio.* Cf. Sall. Cat. 31 extr. *omnes hoſtem et parricidam vocare* Catilinam.

§. 30. *qui ſpem Cat. — aluerunt.* Non iungenda, *ſunt qui — aluerunt*, ſed *qui — aluerunt* ad totam ſententiam praecedentem refertur, ut dici etiam potuerit, *Hi ſpem Cat. aluerunt.*

*naufragos.* Cf. Catil. II, §. 24. *patrimonio naufragus* pro Sull. 14, 41.



publicae peſtis, verum etiam ſtirps ac ſemen malorum
omnium. Etenim iam diu, Patres conſcripti, in his pe- XIII
riculis coniurationis inſidiisque verſamur; ſed neſcio quo 31
pacto omnium ſcelerum ac veteris furoris et audaciae
maturitas in noſtri conſulatus tempus erupit. Quod ſi
ex tanto latrocinio iſte unus tolletur, videbimur fortaſſe
ad breve quoddam tempus cura et metu eſſe relevati;
periculum autem reſidebit et erit inclusum penitus in
venis atque in viſceribus reipublicae. Ut ſaepe homines
aegri morbo gravi, quum aeſtu febrique iactantur, ſi
aquam gelidam biberint, primo relevari videntur, deinde
multo gravius vehementiusque afflictantur, ſic hic mor-
bus, qui eſt in republica, relevatus iſtius poena, vehe-
mentius, vivis reliquis, ingraveſcet. Quare, Patres con- 32
ſcripti, ſecedant improbi, ſecernant ſe a bonis, unum in
locum congregentur, muro denique, id quod ſaepe iam
dixi, ſecernantur a nobis, deſinant inſidiari domi ſuae
conſuli, circumſtare tribunal praetoris urbani, obſidere
cum gladiis curiam, malleolos et faces ad inflammandam
urbem comparare; ſit denique inſcriptum in fronte unius-
cuiusque, quid de republica ſentiat. Polliceor hoc vo-
bis, Patres conſcripti, tantam in nobis conſulibus fore
diligentiam, tantam in vobis auctoritatem, tantam in
equitibus Romanis virtutem, tantam in omnibus bonis
conſenſionem, ut Catilinae profectione omnia patefacta,
illuſtrata, oppreſſa, vindicata eſſe videatis.

Hisce ominibus, Catilina, cum ſumma reipublicae 33
ſalute et cum tua peſte ac pernicie cumque eorum exitio,
qui ſe tecum omni ſcelere parricidioque iunxerunt, pro-
ficiſcere ad impium bellum ac neſarium. Tum tu, Iup-
piter, qui iisdem, quibus haec urbs, auſpiciis a Romulo
es conſtitutus, quem Statorem huius urbis atque imperii

c. XIII, §. 31. *iam diu*, totum triennium, a conſulatu Lepidi et Tulli. vid. pro Mur. §. 81.

*neſcio quo pacto* l. *quo modo* de rebus uſurpari, quas aliquis factas eſſe vel fieri nolit, recte monet Beier ad Cic. Off. I. p. 292.

§. 32. *praetoris urb.* L. Valerii Flacci. Circumſtant trib. pr. urb., ut deterreant eum ius dicentem inter cives de creditis pecuniis, ut notat Manut.

§. 33. *cum ſumma reip. ſalute.* Vid. ad or. pro Mur. §. 2.

*qui iisdem auſpiciis es conſtitutus.* De Iove dicit, quod proprie de templo et ſigno dei valet. Templa autem non minus, quam alia aedificia, auſpiciis condebantur; quae ſi fauſta erant, ſigni-

vere nominamus; hunc et huius socios a tuis aris ceterisque templis et tectis urbis ac moenibus, a vita fortunisque civium omnium arcebis, et omnes inimicos bonorum, hostes patriae, latrones Italiae, scelerum foedere inter se ac nefaria societate coniunctos, aeternis suppliciis vivos mortuosque mactabis.

ficare credebatur deus, velle se eo loco habitare, gratumque sibi eum locum esse. Itaque *qui iisdem, quibus haec urbs, auspiciis es const.* plus est, quam *qui una cum hac urbe coli coepisti;* est enim pro qui auspiciis tuis non solum urbem hoc loco condi, sed etiam eodem loco, tanquam prae ceteris grato tibi, hanc sedem tuam fieri iussisti. Haerebat hic Goerenz in prol. cit.



# ORATIO II

## IN L. CATILINAM AD QUIRITES.

### ARGUMENTUM.

Quum post primam orationem Catilina Roma discessisset, Cicero a. d. V. Id. Nov. concione advocata, secundam orationem habuit; in qua primum sibi et populo discessum Catilinae gratulatur §. 1. 2. deinde causas affert, cur tam capitalem hostem non comprehenderit potius, quam emiserit: nam, quum multi adhuc essent, qui factam esse coniurationem vel non crederent, vel etiam defenderent, si Catilinam morte multasset, tantum invidiae se sibi conflaturum fuisse, ut socios eius persequi non posset. Nunc aperte patriae bellum inferre Catilinam; neminem amplius de sceleratis eius consiliis dubitare posse; hoc unum se moleste ferre, quod socios coniurationis, homines valentes ac nobiles, in urbe reliquerit. §. 3. 4. Nam Catilinae exercitum minus timendum esse, quam hos, qui in urbe remanserint, quorum summa sit audacia et impudentia, quippe quum omnia sua consilia nota esse consuli sciant, neque tamen permoveantur. §. 5. 6. Itaque vehementer eos monet, ut aut exeant, aut, si minus exire velint, quiescant; quod si in urbe et in eadem mente permaneant, ea, quae mereantur, exspectare iubet §. 6—11. Quum vero essent, qui dicerent, a Cicerone in exsilium eiectum esse Catilinam, hos refutat narrando ea, quae proximo superiore die in senatu egerat, et demonstrando, non in exsilium, sed in castra Manliana profectum esse Catilinam. §. 12—16. Sed magis nunc timendos esse eos, qui dissimulent ac Romae remaneant. Horum sex genera esse dicit, et singulis consilium suum impertit, quomodo sanari et reipublicae placari possint. §. 17—23. Horum deinde hominum flagitiosos greges cum praesidiis reipublicae, ipsas etiam causas inter se comparat, ut, quam valde illi iaceant, intelligatur. §. 24. 25. cives bono animo esse iubet; se enim omnia providisse, quae ad servandam rempublicam pertinerent.

# ORATIO II
## IN L. CATILINAM AD QUIRITES.

I Tandem aliquando, Quirites, L. Catilinam, furentem
1 audacia, ſcelus anhelantem, peſtem patriae nefarie molientem, vobis atque huic urbi ferrum flammamque minitantem, ex urbe vel eiecimus, vel emiſimus, vel ipſum egredientem verbis proſecuti ſumus. Abiit, exceſſit, evaſit, erupit; nulla iam pernicies a monſtro illo atque prodigio moenibus ipſis intra moenia comparabitur. Atque hunc quidem unum huius belli domeſtici ducem ſine controverſia vicimus; non iam inter latera noſtra ſica illa verſabitur; non in campo, non in foro, non in curia, non denique intra domeſticos parietes pertimeſcemus. Loco ille motus eſt, quum eſt ex urbe depulſus;

c. I, §. 1. *ſcelus anhelantem.* Auct. Rhet. ad Herenn. IV, 55, 68 *at iſte ſpumans ex ore ſcelus, anhelans ex intimo pectore crudelitatem.* Inde autem ductum videtur, quod, qui gravi aliquo animi motu, imprimis ira, agitantur, *ſpiritum ex imis pulmonibus ducunt* ut loquitur idem auctor Rhet. ad Her. IV, 33, et ſpiritus anguſtia laborant.

*vel eiecimus, vel emiſimus.* pro Sulla 5, 17 *eiecto ſive emiſſo iam ex urbe Catilina.* — *ipſum egredi*, i. e. ſponte, ut Tuſc. 5, 21, 62. *iam ipſae defluebant coronae.* Offic. I, 22 *delapſa arma ipſa ceciderunt. Verba* autem intelligit mala omina Catil. I, 13, 33.

*Abiit, exceſſit, ev. er.* inter exempla congregationis verborum idem ſignificantium profert Quint. IX, 3, 45. — Certe quid inter *abire* et *excedere* interſit, haud facile dixeris: *evadere* autem et *erumpere*, quum utrumque ſignificet e loco parum tuto effugere, ita differunt, ut *evad.* ſit dolo aliquo vel arte et clam ſe ſubtrahere, *erumpere* autem vi exitum ſibi patefacere. Coacervatio autem verborum idem ſignificantium ſignum eſt animi laetitia exſultantis, et dubitantis, quo verbo aptiſſime ſenſa ſua exprimat.

*ſine controverſia*, i. e. ſine dubio.

*pertimeſcemus.* Recte monet Heum. ſenſu neutrali accipiendum eſſe pro timorem habebimus. Sic infra c. 3 extr. c. 7 in. Divin. in Caec. 21, 71 *de laude, de honore, de capite ac fortunis ſuis pertimeſcere.* cf. Orat. I, 27, 123. ad Att. VIII, 7. pro Cluent. 27, 73. pro l. Man. 15, 45. pro Sext. 43. extr. de prov. conſ. 16, 39.

*ex urbe depulſus.* Uſitatius eſt *urbe expulſus;* ſed depulſus dicere maluit, quia loco ſeu gradu, ut *moveri*, ſic *depelli* ac *deiici* proprie dicuntur gladiatores et milites.



palam iam cum hoſte, nullo impediente, bellum iuſtum geremus. Sine dubio perdidimus hominem magnificeque vicimus, quum illum ex occultis inſidiis in apertum latrocinium coniecimus. Quod vero non cruentum mucronem, ut voluit, extulit, quod vivis nobis egreſſus eſt, quod ei ferrum de manibus extorſimus, quod incolumes cives, quod ſtantem urbem reliquit, quanto tandem illum moerore afflictum eſſe et profligatum putatis? Iacet ille nunc proſtratus, Quirites, et ſe perculſum atque abiectum eſſe ſentit, et retorquet oculos profecto ſaepe ad hanc urbem, quam ex ſuis faucibus ereptam eſſe luget; quae quidem laetari mihi videtur, quod tantam peſtem evomuerit foraſque proiecerit.

At ſi quis eſt talis, quales eſſe omnes oportebat, qui II
in hoc ipſo, in quo exſultat et triumphat oratio mea, me 3
vehementer accuſet, quod tam capitalem hoſtem non comprehenderim potius, quam emiſerim; non eſt iſta mea culpa, Quirites, ſed temporum. Interemtum eſſe L. Catilinam et graviſſimo ſupplicio affectum iampridem oportebat, idque a me et mos maiorum et huius imperii ſeveritas et reſpublica poſtulabat. Sed quam multos fuiſſe putatis, qui, quae ego deferrem, non crederent? quam multos, qui propter ſtultitiam non putarent? quam multos, qui etiam defenderent? quam multos, qui propter improbitatem faverent? Ac ſi, ſublato illo, depelli a vobis omne periculum iudicarem, iampridem ego L. Catilinam non modo invidiae meae, verum etiam vitae, peri-
culo ſuſtuliſſem. Sed quum viderem, ne vobis quidem 4
omnibus re etiam tum probata, ſi illum, ut erat meritus, morte multaſſem, fore, ut eius ſocios invidia oppreſſus perſequi non poſſem, rem huc deduxi, ut tum palam pugnare poſſetis, quum hoſtem aperte videretis. Quem quidem ego hoſtem, Quirites, quam vehementer foris

*evomuerit.* Metaphora ab aegrotis, qui ſaepe vomitu recreari et relevavi ſolent, ut annot. Muretus. Garat. citat Donat. ad Ter. Hec. III, 5, 61.

c. II. §. 3. *ſi — iudicarem, — ſuſtuliſſem.* Non eſt pro *ſi iudicaſſem*, ſed dictum, ut *non ſuſtuli, quia iudicabam*, ubi nemo *iudicavi* dicat. Tuſc. I, 12, 27 *quas caeremonias — nec coluiſſent, nec ſanxiſſent, niſi haereret in eorum mentibus* etc. ut recte ibi Wolfius ed. pro *haeſiſſet.* Cf. quae monui ad Cic. epiſt. CXXXI. p. 275. de or. II, 55, 224. Sext. 20, 45. Mil. 15, 39. Tuſc. III, 22, 54. Nat. d. II, 3, 7. Cat. m. 5, 19. 23, 82. Lael. 4 in. Ruhnken. ad Ter. Andr. I, 5, 23. qui minus recte, ut *Zumpt. gramm. l.* p. 375 ſq. in his imperf. pro plusquamp. eſſe dicit.

eſſe timendum putem, licet hinc intelligatis, quod illud
etiam moleſte fero, quod ex urbe parum comitatus exie-
rit. Utinam ille omnes ſecum ſuas copias eduxiſſet! Ton-
gilium mihi eduxit, quem amare in praetexta coeperat;
Publicium et Munatium, quorum aes alienum contractum
in popina nullum reipublicae motum afferre poterat;
reliquit quos viros! quanto alieno aere! quam valentes!
III quam nobiles! Itaque ego illum exercitum et Gallicanis
5 legionibus et hoc delectu, quem in agro Piceno et Gal-
lico Q. Metellus habuit, et his copiis, quae a nobis quo-
tidie comparantur, magnopere contemno, collectum ex
ſenibus deſperatis, ex agreſti luxuria, ex ruſticis decocto-
ribus, ex iis, qui vadimonia deſerere, quam illum exer-
citum, maluerunt; quibus ego non modo ſi aciem exer-
citus noſtri, verum etiam ſi edictum praetoris oſtendero,
concident. Hos, quos video volitare in foro, quos ſtare
ad curiam, quos etiam in ſenatum venire, qui nitent un-
guentis, qui fulgent purpura, mallem ſecum ſuos milites
eduxiſſet; qui ſi hic permanent, mementote, non tam
exercitum illum eſſe nobis, quam hos, qui exercitum de-

§. 4. *contractum in popina*, ſumtibus in popina factis; quibus verbis illi ut helluones notantur: nam tales fere in popinis verſabantur. Goerenz. ad Cic. de legg. III, 17. p. 268. defendit lectionem Vict. et Manut. nullo libro MS. confirmatam, *in popinam*, ſc. ut inſumeretur. Quaſi vero aes alienum in popinam inſumi poſſit!

c. III. §. 5. *et Gallicanis leg.* i. e. prae Gallic. leg. ut Agr. II, 35, 36. *Romam prae ſua Capua contemnent.* vel propter Gallicanas leg. Or. 13, 41. *Iſocrates videtur teſtimonio Platonis aliorum iudicia debere contemnere.* — *Gallicanae leg.* autem ſunt quae e Romanis conſtantes in Gallia praeſidia agitant, quum Gallicae ſint, quae e Gallis compoſitae ſunt, Vid. Heum. Ad rem Sall. Cat. 38. *Interea Manlius in Etruria plebem ſollicitare, egeſtate ſimul ac dolore iniuriae novarum rerum cupidam, quod Sullae dominatione agros bonaque omnia amiſerat, — nonnullos ex Sullanis colonis, quibus lubido atque luxuria ex magnis rapinis nihil reliqui fecerant.* Cf. infra §. 8.

*Q. Metellus.* Salluſt. Cat. 30. *Igitur Senati decreto Q. Marcius Rex Faeſulas, Q. Metellus Creticus in Apuliam circumque loca miſſi — — ſed praetores Q. Pompeius Rufus Capuam, Q. Metellus Celer in agrum Picenum, iisque permiſſum, uti pro tempore atque periculo exercitum compararent.* Dio Caſſ. XXXVII, 33 extr. Cicero *αὐτὸς μὲν τὴν πόλιν διὰ φυλακῆς ἐποιήσατο, ἐς δὲ τὴν Γαλατίαν τὸν Μέτελλον ἔπεμψε.* Nam *agrum Camertem, Picenum, Gallicum maxime quaſi morbus quidam illius furoris pervaſerat* pro Sull. 19, 53. cf. Salluſt. c. 42.

*edictum praetoris*, ex quo praetor urbanus contra debitores ius dicit. *Manut.*

*qui exercitum deſeruerunt.* Explicat ipſe pro Mur. 79.



ſeruerunt, pertimeſcendos. Atque hoc etiam ſunt ti-
mendi magis, quod, quid cogitent, me ſcire ſentiunt,
neque tamen permoventur. Video, cui Apulia ſit attri- 6
buta, qui habeat Etruriam, qui agrum Picenum, qui Gal-
licum, qui ſibi has urbanas inſidias caedis atque incen-
diorum depopoſcerit. Omnia ſuperioris noctis conſilia
ad me perlata eſſe ſentiunt; patefeci in ſenatu heſterno
die; Catilina ipſe pertimuit, profugit. Hi quid exſpe-
ctant? nae illi vehementer errant, ſi illam meam priſti-
nam lenitatem perpetuam ſperant futuram. Quod exſpe- IV
ctavi, iam ſum aſſecutus, ut vos omnes factam eſſe aperte
coniurationem contra rempublicam videretis: niſi vero ſi
quis eſt, qui Catilinae ſimiles cum Catilina ſentire non
putet. Non eſt iam lenitati locus; ſeveritatem res ipſa
flagitat. Unum etiam nunc concedam: exeant, profici-
ſcantur, ne patiantur deſiderio ſui Catilinam miſerum
tabeſcere. Demonſtrabo iter; Aurelia via profectus eſt;
ſi accelerare volent, ad veſperam conſequentur. O for- 7
tunatam rempublicam, ſiquidem hanc ſentinam huius ur-
bis eiecerit! uno mehercule Catilina exhauſto, relevata
mihi et recreata reſpublica videtur. Quid enim mali aut
ſceleris fingi aut excogitari poteſt, quod non ille conce-
perit? Quis tota Italia veneficus, quis gladiator, quis
latro, quis ſicarius, quis parricida, quis teſtamentorum
ſubiector, quis circumſcriptor, quis ganeo, quis nepos,
quis adulter, quae mulier infamis, quis corruptor iu-
ventutis, quis corruptus, quis perditus inveniri poteſt, qui
ſe cum Catilina non familiariſſime vixiſſe fateatur? Quae
caedes per hosce annos ſine illo facta eſt? quod nefa-
rium ſtuprum non per illum? Iam vero quae tanta in 8

§. 6. *Video, cui Ap.* Salluſt. c. 27. *Igitur C. Manlium Faeſulas atque in eam partem Etruriae, Septimium quendam Camertem in agrum Picenum, C. Iulium in Apuliam dimiſit. Caedem atque incendia Catilina proficiſcens Lentulo et Cethego mandaverat.* Idem ib. 32. cf. ſupra Catil. I, 4, 9.

*ſuperioris noctis.* vid. Catil. I, c. 4, 8.

c. IV. §. 7. *excogitari* pro ſimplici cogitari. Orat. III, 45, 179 *haec tantam habent pulchritudinem, ut nulla ſpecies ne excogitari quidem poſſit ornatior.* de legg. I, 23, 60 *quid eo dici aut excogitari poterit beatius?* ubi Daviſ. et Goerenz. gloſſema *cogitari* receperunt. Vid. Heuſing. ad Off. p. 629. o.

*quae caedes — non per illum?* vid. ad or. pro Roſc. §. 80. pro Sull. 5, 16 *quod flagitium Lentulus non cum Autronio concepit? quod ſine eodem illo Catilina facinus admiſit?*

ullo unquam homine iuventutis illecebra fuit, quanta in
illo? qui alios ipse amabat turpissime, aliorum amori
flagitiosissime serviebat: aliis fructum libidinum, aliis
mortem parentum, non modo impellendo, verum etiam
adiuvando, pollicebatur. Nunc vero quam subito non
solum ex urbe, verum etiam ex agris ingentem nume-
rum perditorum hominum collegerat! Nemo, non modo
Romae, sed nec ullo in angulo totius Italiae oppressus
aere alieno fuit, quem non ad hoc incredibile sceleris
V foedus adsciverit. Atque, ut eius diversa studia in dis-
9 simili ratione perspicere possitis, nemo est in ludo gladia-
torio paullo ad facinus audacior, qui se non intimum Ca-
tilinae esse fateatur, nemo in scena levior et nequior, qui
se non eiusdem prope sodalem fuisse commemoret. At-
que idem tamen, stuprorum et scelerum exercitatione as-
suefactus, frigore et fame et siti ac vigiliis perferendis
fortis ab istis praedicabatur, quum industriae subsidia at-
que instrumenta virtutis in libidine audaciaque consumeret.
10 Hunc vero si sui fuerint comites secuti, si ex urbe exie-
rint desperatorum hominum flagitiosi greges; o nos bea-
tos! o rempublicam fortunatam! o praeclaram laudem
consulatus mei! Non enim iam sunt mediocres hominum
libidines, non humanae audaciae ac tolerandae; nihil
cogitant, nisi caedes, nisi incendia, nisi rapinas; patri-
monia sua profuderunt, fortunas suas abligurierunt; res
eos iampridem, fides deficere nuper coepit; eadem tamen
illa, quae erat in abundantia, libido permanet. Quod
si in vino et alea comissationes solum et scorta quaererent,
essent illi quidem desperandi, sed tamen essent ferendi.
Hoc vero quis ferre possit, inertes homines fortissimis
viris insidiari, stultissimos prudentissimis, ebrios sobriis,
dormientes vigilantibus? qui mihi accubantes in conviviis,
complexi mulieres impudicas, vino languidi, confecti
cibo, sertis redimiti, unguentis obliti, debilitati stupris,
eructant sermonibus suis caedem bonorum atque urbis
11 incendia. Quibus ego confido impendere fatum aliquod,

§. 8. *iuvent. illecebra.* vid. ad Catil. I, 6, 13.

c. V. §. 9. *frigore — perferendis*, propterea quod frigus etc. perferret. vid. ad Mur. §. 23, 87. Cum toto loco cf. or. pro Coel. 5, 12 sq. qui locus longior est, quam ut transscribatur.

§. 10. *accubantes in conv.* Praeclarum exemplum ὑποτυπώσεως sive subiectionis, cui simile est, quod apud Rutilium Lupum p. 99 sqq. ed. Ruhnk. legitur.



et poenas iamdiu improbitati, nequitiae, sceleri, libidini
debitas aut instare iam plane, aut certe appropinquare.
Quos si meus consulatus, quoniam sanare non potest,
sustulerit, non breve nescio quod tempus, sed multa se-
cula propagarit reipublicae: nulla est enim natio, quam
pertimescamus, nullus rex, qui bellum populo Romano
inferre possit; omnia sunt externa unius virtute terra
marique pacata. Domesticum bellum manet; intus insi-
diae sunt; intus inclusum periculum est; intus est hostis;
cum luxuria nobis, cum amentia, cum scelere certandum
est. Huic ego me bello, Quirites, ducem profiteor; su-
scipio inimicitias hominum perditorum. Quae sanari
poterunt, quacunque ratione sanabo; quae resecanda
erunt, non patiar ad perniciem civitatis manere. Proinde
aut exeant, aut quiescant, aut si in urbe et in eadem
mente permanent, ea, quae merentur, exspectent.
At etiam sunt, Quirites, qui dicant, a me in exsi- VI
lium eiectum esse Catilinam. Quod ego si verbo assequi 12
possem, istos ipsos eiicerem, qui haec loquuntur. Homo
videlicet timidus et permodestus vocem consulis ferre
non potuit; simul atque ire in exsilium iussus est, paruit,
ivit. Hesterno die, Quirites, quum domi meae pene
interfectus essem, senatum in aedem Iovis Statoris con-
vocavi, rem omnem ad patres conscriptos detuli. Quo
quum Catilina venisset, quis eum senator appellavit? quis
salutavit? quis denique ita adspexit, ut perditum civem,
ac non potius ut importunissimum hostem? Quin etiam
principes eius ordinis partem illam subselliorum, ad
quam ille accesserat, nudam atque inanem reliquerunt.
Hic ego vehemens ille consul, qui verbo cives in exsilium 13
eiicio, quaesivi a Catilina, in nocturno conventu apud
M. Laecam fuisset, necne. Quum ille, homo audacissi-
mus, conscientia convictus, primo reticuisset, patefeci
cetera; quid ea nocte egisset, quid in proximam consti-

§. 11. *nulla est enim natio.* Agr. I, 9, 26 *nullum externum periculum est; non rex, non gens ulla, non natio pertimescenda est; inclusum malum, intestinum ac domesticum est.* Ad sqq. cf. pro Mur. 37, 78. Sext. c. 23 in.

c. VI. §. 12. *quum — pene interfectus essem*, a. d. VII Idus Nov. — *senatum convoc.* a. d. VI Idus Nov.

*partem illam subselliorum.* Vid. Catil. I, 7, 16.

§. 13. *in nocturno conv.* Sic e codd. nonnullis recte Goerenz. ap. Beier. ad Cic. Off. I. p. 337. pro *an noct. c.* in quo praecedentis vocis ult. littera irrepserat. *An* deleri vult *Zumpt. gramm. l. p.* 272.

tuiſſet, quemadmodum eſſet ei ratio totius belli deſcripta,
edocui. Quum haeſitaret, quum teneretur, quaeſivi, quid
dubitaret eo proficiſci, quo iampridem pararet, quum
arma, quum ſecures, quum faſces, quum tubas, quum
ſigna militaria, quum aquilam illam argenteam, cui ille
etiam ſacrarium ſcelerum domi ſuae fecerat, ſcirem eſſe
14 praemiſſam. In exſilium eiiciebam, quem iam ingreſſum
eſſe in bellum videbam? Etenim, credo, Manlius iſte
centurio, qui in agro Feſulano caſtra poſuit, bellum po-
pulo Romano ſuo nomine indixit, et illa caſtra nunc non
Catilinam ducem exſpectant, et ille eiectus in exſilium
VII ſe Maſſiliam, ut aiunt, non in haec caſtra, conferet. O
conditionem miſeram, non modo adminiſtrandae, verum
etiam conſervandae reipublicae! Nunc, ſi L. Catilina
conſiliis, laboribus, periculis meis circumcluſus ac debili-
tatus ſubito pertimuerit, ſententiam mutaverit, deſeruerit
ſuos, conſilium belli faciundi abiecerit, ex hoc curſu ſce-
leris et belli iter ad fugam atque in exſilium converterit;
non ille a me ſpoliatus armis audaciae, non obſtupefactus
ac perterritus mea diligentia, non de ſpe conatuque de-
pulſus, ſed indemnatus, innocens, in exſilium eiectus a
conſule vi et minis eſſe dicetur, et erunt, qui illum, ſi
hoc fecerit, non improbum, ſed miſerum, me non diligen-
tiſſimum conſulem, ſed crudeliſſimum tyrannum exiſti-

*pararet.* Sic Heum. ex aliquot edd. pro *pararat.* Schützius, „ſi *pararat* verum eſt, inquit, non ineſt in quaeſtione propoſita Catilinae, ſed Cicero dicit, quid dubitaret ad Manlium proficiſci; eo enim iampridem proficiſci pararat. Sin *pararet* a Cicerone ſcriptum, innuit quaeſtionem hanc fuiſſe: Quid dubitas eo proficiſci, quo iamdudum paras?“ At inerat illud in quaeſtione Catilinae propoſita. vid. Catil. I, §. 23 ſq. Quamquam vel ſic Cicero nonnunquam indicat. utitur, ut Or. I, 31 in. *Atqui arbitror, te exiſtimaturum, tum, quum ea audire cupiebas, cauſam, cur cuperes, non fuiſſe.* Cf. pro S. Roſc. 6, 16 et notata ibid. §. 6. pro Sull. c. 14. Sed tempus non convenit: non enim *pararat* Catil. ad Manlium proficiſci, ſed adhuc *parabat.*

*quum arma, quum ſecures.* cf. Catil. I, §. 24. Salluſt. c. 36. *cum faſcibus atque aliis imperii inſignibus in caſtra ad Manlium contendit.* Appian. B. C. II, 3 p. 178 ed. Schw. *ὁ μὲν δὴ ῥάβδους τε καὶ πελέκεας, ὥς τις ἀνθύπατος, κούφως μάλα ἀνέσχε πρὸ ἑαυτοῦ, καὶ ἐς τὸν Μάλλιον ἐχώρει στρατολογῶν.* Cf. Dio Caſſ. XXXVII, 33.

*Maſſiliam.* Salluſt. Catil. 34 *At Catilina ex itinere plerisque conſularibus, praeterea optumo cuique, litteras mittit; ſe falſis criminibus circumventum, quoniam factioni inimicorum reſiſtere nequiverit, fortunae cedere, Maſſiliam in exſilium proficiſci, non quo ſibi tanti ſceleris conſcius eſſet, ſed uti resp. quieta foret, neve ex ſua contentione ſeditio oriretur.*



mari velint. Eſt mihi tanti, Quirites, huius invidiae 15
falſae atque iniquae tempeſtatem ſubire, dummodo a vobis
huius horribilis belli ac nefarii periculum depellatur. Di-
catur ſane eiectus eſſe a me, dummodo eat in exſilium;
ſed mihi credite, non eſt iturus. Nunquam ego a diis
immortalibus optabo, Quirites, invidiae meae levandae
cauſa, ut L. Catilinam ducere exercitum hoſtium atque
in armis volitare audiatis, ſed triduo tamen audietis;
multoque magis illud timeo, ne mihi ſit invidioſum ali-
quando, quod illum emiſerim potius, quam quod eiece-
rim. Sed quum ſint homines, qui illum, quum profe-
ctus ſit, eiectum eſſe dicant, iidem, ſi interfectus eſſet,
quid dicerent? Quamquam iſti, qui Catilinam Maſſiliam 16
ire dictitant, non tam hoc queruntur, quam verentur;
nemo eſt illorum tam miſericors, qui illum non ad Man-
lium, quam ad Maſſilienſes, ire malit. Ille autem, ſi
mehercule hoc, quod agit, nunquam ante cogitaſſet, ta-
men latrocinantem ſe interfici mallet, quam exſulem vi-
vere; nunc vero, quum ei nihil adhuc praeter ipſius vo-
luntatem cogitationemque acciderit, niſi quod, vivis nobis,
Roma profectus eſt, optemus potius, ut eat in exſilium,
quam queramur.

Sed cur tamdiu de uno hoſte loquimur, et de eo VIII
hoſte, qui iam fatetur ſe eſſe hoſtem, et quem, quia, 17
quod ſemper volui, murus intereſt, non timeo; de his,
qui diſſimulant, qui Romae remanent, qui nobiscum
ſunt, nihil dicimus? Quos quidem ego, ſi ullo modo
fieri poſſit, non tam ulciſci ſtudeo, quam ſanare et ipſos
placare reipublicae; neque, id quare fieri non poſſit, ſi
me audire volent, intelligo. Exponam enim vobis, Qui-
rites, ex quibus generibus hominum iſtae copiae com-
parentur; deinde ſingulis medicinam conſilii atque ora-
tionis meae, ſi quam potero, afferam. Unum genus eſt 18
eorum, qui magno in aere alieno maiores etiam poſſeſſio-
nes habent, quarum amore adducti diſſolvi nullo modo

c. VII. §. 15. *Eſt mihi tanti.* Vid. ad Catil. I. §. 22.

§. 16. *tam miſericors.* Irriſio eſt eorum, qui ſe Catilinae caſum miſerari ſimulabant. At iidem quum eum ad Manlium ire malint, ad bellum ipſi periculoſum, revera non ſunt miſericordes.

§. 17. *medicinam conſilii* etc. in conſilio poſitam, ſ. medicinam, id eſt, conſilium, ut §. 24.

c. VIII. §. 18. *diſſolvi.* divelli a praediis illis; ſed alluditur ſi-

possunt. Horum hominum species est honestissima, — sunt enim locupletes; — voluntas vero et causa impudentissima. Tu agris, tu aedificiis, tu argento, tu familia, tu rebus omnibus ornatus et copiosus sis, et dubites aliquid de possessione detrahere, acquirere ad fidem? Quid enim exspectas? bellum? Quid? ergo in vastatione omnium tuas possessiones sacrosanctas futuras putas? An tabulas novas? errant, qui istas a Catilina exspectant; meo beneficio tabulae novae proferentur, verum auctionariae; neque enim isti, qui possessiones habent, alia ratione ulla salvi esse possunt. Quod si maturius facere voluissent, neque, id quod stultissimum est, certare cum usuris fructibus praediorum, locupletioribus his et melioribus civibus uteremur. Sed hosce homines minime puto pertimescendos, quod aut deduci de sententia possunt, aut, si permanebunt, magis mihi videntur vota facturi contra rempublicam, quam arma laturi.

IX Alterum genus est eorum, qui quamquam premun-
19 tur aere alieno, dominationem tamen exspectant; rerum potiri volunt; honores, quos quieta republica desperant, perturbata consequi se posse arbitrantur. Quibus hoc praecipiendum videtur, unum scilicet et idem, quod ce-

mul ad locutionem *aes alienum dissolvere.* Cic. Phil. II, 18. pro Sulla 20, 56 *plurimis et pulcherrimis P. Cincii praediis venditis, aes alienum eiusdem dissolutum est, ut, quae causa ceteros ad facinus impulit, cupiditas retinendae possessionis, ea Cincio non fuerit, praediis deminutis.* et §. 59 *illud erat genus hominum horribile et pertimescendum, qui tanto amore suas possessiones amplexi tenebant, ut ab his membra divelli citius ac distrahi posse diceres.*

*An tabulas novas.* Eas pollicitum esse Catilinam, narrat Sallust. c. 21.

*tabulae novae proferentur, verum auction.* Ludit in verbis *tab. novae*, quae plerumque significabant eas, quibus aeris alieni dissolutio debitoribus remittebatur: sed etiam *tab. auctionariae*, in quas referebatur, quantum e possessionibus debitorum rediisset, ut inde creditoribus satisfieri posset, recte, sed cum irrisione quadam, vocari poterant *novae* propter nomina ope auctionis oblitterata. Vid. Beier. ad Cic. Off. II. p. 162.

*verum auctionariae.* de offic. II, 24, 84 *nunquam vehementius actum est, quam me consule, ne solveretur; armis et castris tentata res est ab omni genere hominum et ordine; quibus sic restiti, ut hoc tantum malum de republica tolleretur. Nunquam nec maius aes alienum fuit, nec melius nec facilius dissolutum est: fraudandi enim spe sublata, solvendi necessitas consecuta est.*

*certare cum us. fr. pr.* velle usuras sortis creditae solvere fructibus seu reditibus, quos capimus ex fundis possessionibusque nostris, quum tamen usurae fructus praediorum superent. *Graev.*



teris omnibus, ut desperent, se id, quod conantur, consequi posse: primum omnium, me ipsum vigilare, adesse, providere reipublicae; deinde magnos animos esse in bonis viris, magnam concordiam, maximam multitudinem, magnas praeterea copias militum; deos denique immortales huic invicto populo, clarissimo imperio, pulcherrimae urbi contra tantam vim sceleris praesentes auxilium esse laturos. Quod si iam sint id, quod cum summo furore cupiunt, adepti, num illi in cinere urbis et sanguine civium, quae mente conscelerata ac nefaria concupierunt, se consules ac dictatores aut etiam reges sperant futuros? non vident, id se cupere, quod, si adepti fuerint, fugitivo alicui aut gladiatori concedi sit necesse?

Tertium genus est aetate iam affectum, exercita- 20
tione robustum; quo ex genere est ipse Manlius, cui nunc Catilina succedit. Hi sunt homines ex iis coloniis, quas Sulla constituit; quas ego universas civium esse optimorum et fortissimorum virorum sentio: sed tamen hi sunt coloni, qui se in insperatis repentinisque pecuniis sumtuosius insolentiusque iactarunt. Hi dum aedificant, tanquam beati, dum praediis latis, familiis magnis, conviviis apparatis delectantur, in tantum aes alienum inciderunt, ut, si salvi esse velint, Sulla sit iis

c. IX. §. 19. *maximam multitudinem dictum* est ac si praecessisset *magnos animos esse bonorum virorum, maximam* (eorum) *multitudinem.* Similiter Or. I, 15, 69. *si modo erunt ad eum delata et* (ei) *tradita.* Fin. III, 15, 49. *in ceteris artibus, ad quas esse dux pecunia potest, continere* (eas) *autem non potest.* ib. 18, 61. *excedens e vita et* (in ea) *manens.* V, 14, 39. *apta quaedam ad naturam putare et* (ab ea) *aliena.* epp. fam. XIII, 4 (143, 7) *sed haec eo spectant, ut te horter et* (tibi) *suadeam.*

§. 20. *aetate affectum*, provectum, ut vires debilitatae quidem sint, sed non exhaustae. Cf. Cat. m. c. 14. *E Garat. n.*

*quas Sulla constit.* Vulgo additur *Faesulis* post *Sulla.* At ille Faesulas non colonias deduxerat, sed unam tantum *coloniam.* At III. §. 14. sunt *coloni, quos S. Faesulas deduxit. Colonias* autem et Faesulas et Arretium deduxerat. vid. pro Mur. §. 49.

*in insperatis rep. pec.* quum insperatas et repentinas pecunias adepti essent. vid. ad or. pro S. Roscio §. 22. supra §. 18. Ad rem cf. Appian. b. civ. II, 2. p. 177. Catilina περιέπεμπεν ἐς τῶν Συλλείων τοὺς τὰ κέρδη τῆς τότε βίας ἀναλωκότας καὶ ὀρεγομένους ἔργων ὁμοίων.

*dum praediis latis* est ex em. Garatonii pro *dum praediis lectis* vel *pr. lecticis.* Lecticae, etsi opulenti homines iis utebantur, ad luxuriam tamen designandam vix valere possunt, quum *lecticarii* inter *artes vulgares* referantur pro S. Roscio §. 134.

ab inferis excitandus; qui etiam nonnullos agreſtes, ho-
mines tenues atque egentes, in eandem illam ſpem rapi-
narum veterum impulerunt; quos ego utrosque, Quiri-
tes, in eodem genere praedatorum direptorumque pono.
Sed eos hoc moneo: deſinant furere ac proſcriptiones et
dictat ras cogitare. Tantus enim illorum temporum
dolor inuſtus eſt civitati, ut iam iſta non modo homines,
ſed ne pecudes quidem mihi paſſurae eſſe videantur.

X Quartum genus eſt ſane varium et miſtum et tur-
21 bulentum; qui iampridem premuntur, qui nunquam
emergent, qui partim inertia, partim male gerendo
negotio, partim etiam ſumtibus, in vetere aere alieno
vacillant, qui vadimoniis, iudiciis, proſcriptionibus bo-
norum defatigati, permulti et ex urbe et ex agris ſe
in illa caſtra conferre dicuntur. Hosce ego non tam
milites acres, quam infitiatores lentos eſſe arbitror;
qui homines primum, ſi ſtare non poſſunt, corruant,

*dictaturas cogitare.* vid. ad or. pro Lig. §. 28.

*inuſtus eſt.* *Inuri* dicuntur, quae duratura ſunt, ut monuit I. Fr. Gronov. ad Liv. IX, 5, 13. qui addit etiam impoſita a neceſſitate.

c. X. §. 21. *turbulentum*, eo ipſo, quod varium et miſtum, ſ. e variis hominum generibus ita miſtum eſt, ut temere, ſine certo ordine ac ratione omnia confluxiſſe videantur. Sic fere dicitur *concurſio atomorum turbulenta* de fin. I, 6.

*genus — qui — emergent.* Similiter ad Quint. fr. I, 1, 12 *Conſtat enim ea provincia primum* ex eo genere *ſociorum*, quod eſt *ex hominum omni genere humaniſſimum, deinde ex* eo genere *civium*, qui *nos ſumma neceſſitudine* attingunt; cf. infr. §. 22. pro Sull. §. 59 loco ad §. 18 adſcripto. Agrar. II, 14, 37 *quum ex* eo numero, qui *per eos annos* conſules fuerunt, *multi mortui ſint.*

*vadimoniis, iud. proſcr.* Praeclarus ordo: primo enim vadatur creditor debitorem. Si debitor vadimonium deſeruerit, iudicium adverſus eum datur, mittiturque creditor in poſſeſſionem. Si per triginta dies bona poſſeſſa fuerint, proſcribuntur. *Muret.*

*infitiatores lentos*, non quo lente infitientur ſe debere, nec quo negando iis, quibus debent, lenti ſint in ſolvendo, ſed quod nullis contumeliis, iudiciis etc. moventur, de qua vi verbi *lentus* egit Voſſius ad Catull. p. 213 ſq. Broukh. ad Propert. II, 11, 14. Apparet concinnitati ſerviiſſe Ciceronem: nam *lentus* etiam *acri* opponitur, ut Cic. de Rep. V ap. Nonium 4, 281. quem locum laudat Geſn. in Theſ. *Marcellus ut acer et pugnax*, *Maximus ut conſideratus et lentus.* Infitiatores autem proprie dicuntur, qui negant ſe pecuniam debere, mala nomina. vid. Cic. Or. I, 37, 68. pro Flacc. 20, 48. Schütz. ed. *inſidiatores lentos*, qui ſintne, qui lente inſidiantur, an qui lenti ſunt ob id ipſum, quod inſidiantur, an qui in inſidiando patientes ſunt, nec facile moventur, non habeo dicere.



ſed ita; ut non modo civitas, ſed ne vicini quidem pro-
ximi ſentiant. Nam illud non intelligo, quamobrem, ſi
vivere honeſte non poſſunt, perire turpiter velint, aut
cur minore dolore perituros ſe cum multis, quam ſi 22
ſoli pereant, arbitrentur. Quintum genus eſt parricida-
rum, ſicariorum, denique omnium facinoroſorum; quos
ego a Catilina non revoco: nam neque divelli ab eo
poſſunt, et pereant in latrocinio, quoniam ſunt ita multi,
ut eos capere carcer non poſſit. Poſtremum autem ge-
nus eſt, non ſolum numero, verum etiam genere ipſo
atque vita, quod proprium eſt Catilinae, de eius delectu,
imo vero de complexu eius ac ſinu, quos pexo capillo,
nitidos aut imberbes aut bene barbatos videtis, manica-
tis et talaribus tunicis, velis amictos, non togis; quorum
omnis induſtria vitae et vigilandi labor in antelucanis
coenis expromitur. In his gregibus omnes aleatores, 23
omnes adulteri, omnes impuri impudicique verſantur.
Hi pueri tam lepidi ac delicati non ſolum amare et
amari, neque cantare et ſaltare, ſed etiam ſicas vibrare
et ſpargere venena didicerunt; qui niſi exeunt, niſi per-
eunt, etiam ſi Catilina perierit, ſcitote hoc in republica
ſeminarium Catilinarum futurum. Verumtamen quid

*ſed ita, ut non modo civ.* ita, ut nullum incommodum e ruina ipſorum non modo ad civitatem, ſed ne ad vicinos quidem perveniat. *Muret.* qui in Var. lect. IX, 12. hoc e vetere comico ductum eſſe ſuſpicatur ob locum Platonis Alcib. I. p. 121. D. *ἡμῶν δὲ γεννωμένων, τὰ τοῦ κωμῳδοποιοῦ οὐδ' οἱ γείτονες σφόδρα τοι αἰσθάνονται*, et Plut. Phocion c. 30, *ἐμοῦ μὲν τὴν σὴν μητέρα γαμοῦντος οὐδ' ὁ γείτων ᾔσθετο.* Cf. Beier. ad Cic. Off. I. p. 170. *Primum* non ſequente *deinde* eſt etiam Fin. I, 6, 7. II, 17, 54. 24, 79. Tuſc. disp. I, 24. Nat. D. II, 17, 45. vid. Goerenz. ad Cic. de leg. III, 9, 19.

§. 22. *de complexu eius ac ſinu.* Honeſte etiam dicuntur *de compl. et ſin. alic. eſſe*, qui ſunt familiariſſimi, quos amant maxime et fovent. Vid. epp. famil. XIV, 4 (22, 6.) Verr. I, 10, 27. *Graev.* Broukhuſ. ad Propert. III, 18, 10. citat Verburg.

*bene barbatos.* Sunt adultiores, *qui barbula delectantur*, ut loquitur pro Coelio 14, 33. quod genus ne noſtris quidem temporibus inviſum eſt.

*velis amictos, non togis.* Togarum laxitatem et tenuitatem ſignificat. Homines enim auſteriores curtas et ſtrictiores togas habebant, ut Cato Hor. Epiſt. I, 19, 13 *exiguaeque togae ſimulet textore Catonem*, lauti vero et delicati laxas. Pedo Albin. de Maecen. ob. 26 *aut tibi ventoſi quid nocuere ſinus?* Tibull. I, 6, 39 *Tunc procul abſitis, quisquis colis arte capillos, Effluit effuſo cui toga laxa ſinu.* A. Rubenius II de re veſtiaria c. 12. *Graev.* cf. Caſaub. ad Theoph. char. X. p. 133 ed. Fiſch. De *manicatis tun.* vid. Beier. ad Cicer. or. fr. p. 103.

ſibi iſti miſeri volunt? num ſuas ſecum mulierculas ſunt in caſtra ducturi? quemadmodum autem illis carere poterunt, his praeſertim iam noctibus? quo autem pacto illi Appenninum atque illas pruinas ac nives perferent? niſi idcirco ſe facilius hiemem toleraturos putant, quod nudi in conviviis ſaltare didicerunt.

XI O bellum magnopere pertimeſcendum, quum hanc
24 ſit habiturus Catilina ſcortorum cohortem praetoriam!
Inſtruite nunc, Quirites, contra has tam praeclaras Catilinae copias veſtra praeſidia veſtrosque exercitus; et primum gladiatori illi confecto et ſaucio conſules imperatoresque veſtros opponite; deinde contra illam naufragorum eiectam ac debilitatam manum florem totius Italiae ac robur educite. Iam vero urbes coloniarum ac municipiorum reſpondebunt Catilinae tumulis ſilveſtribus. Neque vero ceteras copias, ornamenta, praeſidia veſtra cum illius latronis inopia atque egeſtate conferre
25 debeo. Sed, ſi, omiſſis his rebus omnibus, quibus nos
ſuppeditamus, eget ille, ſenatu, equitibus Romanis, populo, urbe, aerario, vectigalibus, cuncta Italia, provinciis omnibus, exteris nationibus, ſi, his rebus omiſſis, ipſas cauſas, quae inter ſe confligunt, contendere veli-

c. XI. §. 24. *urbes coloniarum* dictum eſſe videtur, ut Or. II, 15, 63 *cauſa vel caſus vel ſapientiae vel temeritatis.* Nam, ut ibi *caſus*, *ſapientia*, *temeritas* ſpecies ſunt, generi i. e. cauſis, ſubiectae, ſic h. l. *coloniae* et *municipia urbium*, ut generis, nomine comprehenduntur. vid. quae monui ad Cicer. Epiſt. XXXV, §. 21. Sic Leg. I, 14, 40 *aut iuſti ſui doloris cauſam aliquam fingeret* i. e. cauſam aliquam, nim. iuſtum dolorem, fingeret, ubi iniuria haeret Goerenz. Cf. Or. II, 11, 46. 84. III, 14, 52. 24, 91. 58, 155. ad Famil. X, 4. in. agr. II, 14, 36. pro Ligar. X, 29. Offic. I, 43, 152. Cf. ad Mur. §. 23. Ellendt. ad Brut. §. 135.

*reſpondebunt*, pares erunt ad reſiſtendum, reſiſtent, opponentur. pro Flacc. 40, 100 *opponemus Aſiae provinciae primum magnam partem eiusdem provinciae, quae pro huius periculis legatos laudatoresque miſit — — Graecis autem — — obſiſtent Maſſilienſes* etc. *Septimio et Caelio teſtibus P. Servilius et A. Metellus repugnabunt; Aſiaticae iurisdictioni urbana iurisdictio reſpondebit.*

*tumulis ſilv.*, quos Catilinam occupaturum eſſe ſignificat. Nempe eo confugere ſolent, qui latebras quaerunt ad inſidias, nec ſe praelio in aperta planitie committere audent. Sic Liv. XXVII, 20 *Tumulus erat ſilveſtris, quem Hannibal inſidiis, quam caſtris, aptiorem eſſe crediderat.* Schütz.

§. 25. *ſuppeditamus*, abundamus. Sic *ſuppeditatio bonorum* pro abundantia, copia de nat. d. I, 40. quod comparat Ern. in cl.

*contendere*, conferre, comparare. pro S. Roſcio 33, §. 93.



mus, ex eo ipſo, quam valde illi iaceant, intelligere poſſimus. Ex hac enim parte pudor pugnat, illinc petulantia; hinc pudicitia, illinc ſtuprum; hinc fides, illinc fraudatio; hinc pietas, illinc ſcelus; hinc conſtantia, illinc furor; hinc honeſtas, illinc turpitudo; hinc continentia, illinc libido; denique aequitas, temperantia, fortitudo, prudentia, virtutes omnes certant cum iniquitate, cum luxuria, cum ignavia, cum temeritate, cum vitiis omnibus; poſtremo copia cum egeſtate, bona ratio cum perdita, mens ſana cum amentia, bona denique ſpes cum omnium rerum deſperatione confligit. In huiusmodi certamine ac praelio nonne, etiam ſi hominum ſtudia deficiant, dii ipſi immortales cogent ab his praeclariſſimis virtutibus tot et tanta vitia ſuperari?
Quae quum ita ſint, Quirites, vos, quemadmodum iam XII
ante, veſtra tecta cuſtodiis vigiliisque defendite; mihi, 26
ut urbi ſine veſtro metu ac ſine ullo tumultu ſatis eſſet praeſidii, conſultum ac proviſum eſt. Coloni omnes municipesque veſtri, certiores a me facti de hac nocturna excurſione Catilinae, facile urbes ſuas finesque defendent; gladiatores, quam ſibi ille maximam manum et certiſſimam fore putavit, quamquam meliore animo ſunt, quam pars patriciorum, poteſtate tamen noſtra continebuntur; Q. Metellus, quem ego, proſpiciens hoc, in agrum Gallicanum Picenumque praemiſi, aut opprimet hominem, aut omnes eius motus conatusque prohibebit; reliquis autem de rebus conſtituendis, maturandis, agendis, iam ad ſenatum referemus, quem vocari videtis.

Nunc illos, qui in urbe remanſerunt atque con- 27

*aequitas* etc. Quatuor virtutes primarias, a Platonicis ac Stoicis maxime laudari ſolitas, δικαιοσύνην, σωφροσύνην, ἀνδρίαν, φρόνησιν reſpici recte monuit Heum., qui citat Cic. de off. I, 5. Diog. L. VII, 92, 100. 102.

c. XII. §. 26. *meliore animo ſunt*, i. e. fortiores et audentiores, ut recte Heum. Hunc ſenſum poſtulant ſqq. *tamen pot. noſtra contin.* Carpit patricios metu Catilinae exanimatos. Continuit autem glad. quum e ſenatus decreto familiae gladiatorum Capuam et in cetera municipia distributae ſunt. vid. Salluſt. 30.

§. 27. *atque contra urbis* i. e. atque adeo, ſeu vel potius. Sic Goerenz. ad Cic. Leg. III, 14. p. 260. e Gud. 2. pro *atque adeo qui contra u.* Tuſc. V, 15, 45 *ſi fuerit is, qui haec habet, hebeti ingenio atque nullo.* Or. 16, 52 *Rem difficilem, dii immortales! atque omnium difficillimam.* Leg. I. c. *pauci enim atque admodum pauci.* Contra Parad. VI, 1. Off. II, 23, 11 *atque* eſt pro ſed.

*Nunc illos — monitos eos etiam*

tra urbis ſalutem omniumque veſtrum in urbe a Catilina relicti ſunt, quamquam ſunt hoſtes, tamen, quia nati ſunt cives, monitos eos etiam atque etiam volo. Mea lenitas adhuc ſi cui ſolutior viſa eſt, hoc exſpectavit, ut id, quod latebat, erumperet. Quod reliquum eſt, iam non poſſum obliviſci, meam hanc eſſe patriam, me horum eſſe conſulem, mihi aut cum his vivendum, aut pro his eſſe moriendum. Nullus eſt portis cuſtos, nullus inſidiator viae: ſi qui exire volunt, conſulere ſibi poſſunt. Qui vero in urbe ſe commoverit, cuius ego non modo factum, ſed inceptum ullum conatumve contra patriam deprehendero, ſentiet in hac urbe eſſe conſules vigilantes, eſſe egregios magiſtratus, eſſe fortem ſenatum, eſſe arma, eſſe carcerem, quem vindicem nefariorum ac manifeſtorum ſcelerum maiores noſtri eſſe vo-
XIII luerunt. Atque haec omnia ſic agentur, Quirites, ut
28 res maximae minimo motu, pericula ſumma nullo tumultu, bellum inteſtinum ac domeſticum, poſt hominum memoriam crudeliſſimum ac maximum, me uno togato duce et imperatore ſedetur; quod ego ſic adminiſtrabo, Quirites, ut, ſi ullo modo fieri poterit, ne improbus quidem quisquam in hac urbe poenam ſui ſceleris ſufferat. Sed ſi vis manifeſtae audaciae, ſi impendens patriae periculum me neceſſario de hac animi lenitate deduxerit, illud profecto perficiam, quod in tanto et tam inſidioſo bello vix optandum videtur, ut neque bonus

*atque etiam v.* Sic Or. II, 23 extr. haec *ipſa, quae nunc ad me delegare vis*, ea *ſemper in te eximia et praeſtantia fuerunt.* Inv. I, 31, 52 *factum eſt, ut etiam* illud, *quod dubium videbatur, ſi quis ſeparatim quaereret*, id *pro certo propter rationem rogandi concederetur.* Cf. Off. III, 3, 13. Terent. Ad. III, 3, 9. Salluſt. Iug. 102. Plura e Cicerone dedi in diſſ. *de anacoluthis* p. 16 ſq. Vid. Manut. ad Cic. ad Div. XIII, 28. Interpr. ad Liv. XXV, 27. Ruhnk. ad Ter. Eun. V, 4, 6. Heind. ad Cic. N. D. II, 10, 27. Kritz ad Sall. Catil. p. 171.

c. XIII, §. 28. *quod vix optandum videtur*, quia fieri omnino non poſſe videtur. cf. pro l. Man. 9, 25. 16, 48. pro Flacc. 15, 34. quos locos adſcripſit Weiske.

*ut neque bonus quisquam intereat, paucorumque poena.* Sic *neque — que* ſibi reſpondent de Fin. I, 14, 48 *ex quo intelligitur nec intemperantiam propter ſe fugiendam eſſe, temperantiamque expetendam.* ubi vid. Goerenz. Ibid. III, 1, 3 *nec enim in Torquati ſermone quidquam implicatum aut tortuoſum fuit, noſtraque, ut mihi videtur, dilucida oratio*, etiam ubi *que* pro *ſed* ponitur Lael. 27 *ſed nec illa exſtincta ſunt, aluntur que potius et augentur cogitatione et memoria.* Vid. Heuſing. ad Cic. de off. I, 19, 9. p. 161 ſq. Beier. ad off. I, 21. p. 169.



quisquam intereat, paucorumque poena vos omnes iam ſalvi eſſe poſſitis. Quae quidem ego neque mea pruden- 29
tia neque humanis conſiliis fretus polliceor vobis, Quirites, ſed multis et non dubiis deorum immortalium ſignificationibus, quibus ego ducibus in hanc ſpem ſententiamque ſum ingreſſus; qui iam non procul, ut quondam ſolebant, ab externo hoſte atque longinquo, ſed hic praeſentes ſuo numine atque auxilio ſua templa atque urbis tecta defendunt. Quos vos, Quirites, precari, venerari atque implorare debetis, ut, quam urbem pulcherrimam, florentiſſimam potentiſſimamque eſſe voluerunt, hanc, omnibus hoſtium copiis terra marique ſuperatis, a perditiſſimorum civium nefario ſcelere defendant.

# ORATIO III
## IN L. CATILINAM AD QUIRITES.

### ARGUMENTUM.

Paulo post habitam orationem secundam quum legatorum Allobrogum a coniuratis sollicitatorum indicio comprehensi essent Lentulus eiusque socii, et cognita a Senatu re a. d. III Non. Decembr. in custodiam traditi, Cicero eodem die sub noctem in concionem progressus orationem tertiam habuit, in qua primum, postquam ob conservatam remp. honorem sibi deberi breviter significavit, quae a se post discessum Catilinae ad pericula urbi et civibus ab iis, qui in urbe remanserant, impendentia provisa sint, tum quomodo indicio Allobrogum coniuratio tota patefacta sit, quaeque in senatu acta et decreta sint, exponit c. I—VII, tum populum existimare iubet, his depulsis urbis periculis, omnes Catilinae copias, omnes spes atque opes concidisse; quod ut efficeretur, Catilina imprimis, homine acerrimo, audacissimo ac callidissimo, ex urbe pulso se assecutum esse. Haec autem omnia deorum immortalium nutu atque consilio gesta esse, quod ex eo maxime apparere, quod, quum eodem die mane per forum et coniurati et eorum indices in aedem Concordiae ducerentur, eo ipso tempore signum Iovis, quod biennio ante de coelo tactum et deiectum fuerat, in Capitolio constitutum esset, quo in sede sua collocato et ad orientem converso aruspices praedixerant fore ut consilia contra salutem reip. inita illustrarentur VII—X. (Callido consulis artificio haec ita administrata esse, ut populi, e quo multi coniuratis favebant, animos religione moveret, praeclare observavit *Böttiger* in prolus. ad locum Cic. Catil. III, 8, 9. vid. *Schlichthorst Magazin für öffentl. Schulen.* II, 2. p. 413.) Tandem populum ad supplicationis dies celebrandos adhortatur, et superiores civiles dissensiones cum hac comparans admonet, quum illae internecione civium diiudicatae sint, se hanc ita exstinxisse, ut omnes cives salvi conservarentur, c. X. Pro his tantis rebus nihil se a pop. Rom. postulare dicit, nisi rerum gestarum memoriam sempiternam c. XI., et primo praevidens, fore, ut improbi cives, qui coniurationem detectam esse et vindicatam aegre ferant, ipsi aliquando molestiam exhibere studeant, quod postea etiam accidit, petit ut provideant, ne ab inimicis, coniurationi clam faventibus, periculum ipsi aliquando creetur c. XII.



# ORATIO III
## IN L. CATILINAM AD QUIRITES.

Rempublicam, Quirites, vitamque omnium vestrum, I
bona, fortunas, coniuges liberosque vestros atque hoc 1
domicilium clarissimi imperii, fortunatissimam pulcherrimamque urbem, hodierno die deorum immortalium summo erga vos amore, laboribus, consiliis, periculis meis ex flamma atque ferro ac paene ex faucibus fati ereptam et vobis conservatam ac restitutam videtis. Et, si non 2
minus nobis iucundi atque illustres sunt ii dies, quibus conservamur, quam illi, quibus nascimur, quod salutis certa laetitia est, nascendi incerta conditio, et quod sine sensu nascimur, cum voluptate servamur, profecto, quoniam illum, qui hanc urbem condidit, ad deos immortales benevolentia famaque sustulimus, esse apud vos posterosque vestros in honore debebit is, qui eandem hanc urbem conditam amplificatamque servavit: nam toti urbi, templis, delubris, tectis ac moenibus subiectos prope iam ignes circumdatosque restinximus, iidemque gladios

c. I. §. 2. *famaque.* de Nat. D. II, 24 *suscepit autem vita hominum consuetudoque communis, ut beneficiis excellentes viros in coelum fama ac voluntate tollerent.* Off. III, 5 *Herculem illum, quem hominum* fama, *beneficiorum memor, in concilio coelestium collocavit;* quae loca attulit Wyttenb. ad Iulian. in Bibl. cr. III, 1, p. 58. una cum loco Plut. Rom. T. I, 63. B. *Ῥωμύλον μὲν οὗτοι θεῶν παῖδα ὑμνοῦσι φήμαις.* Iulian. Or. IV, p. 154. C. *ἐξ ἡλίου κατῆλθεν ἡ ψυχὴ τοῦ Κυρίνου. πειστέον γὰρ οἶμαι, τῇ φήμῃ.* Caesar. p. 307. B. *Κυρῖνος, ᾧ δὴ χρὴ καλεῖν αὐτὸν ὀνόματι τῇ θείᾳ πειθομένους φήμῃ.* Cf. Tusc. I, 12, 28. Cicer. fr. Consol. ap. Lactant. I, 15.

in rempublicam destrictos retudimus mucronesque eorum
3 a iugulis vestris deiecimus. Quae, quoniam in senatu
illustrata, patefacta, comperta sunt per me, vobis iam
exponam breviter, Quirites, ut et quanta et quam ma-
nifesta et qua ratione investigata et comprehensa sint, vos,
qui ignoratis et exspectatis, scire possitis.
II Principio, ut Catilina paucis ante diebus erupit ex
urbe, quum sceleris sui socios, huiusce nefarii belli acer-
rimos duces, Romae reliquisset, semper vigilavi et pro-
vidi, Quirites, quemadmodum in tantis et tam abscon-
ditis insidiis salvi esse possemus. Nam tum, quum ex
urbe Catilinam eiiciebam (non enim iam vereor huius
verbi invidiam, quum illa magis sit timenda, quod vivus
exierit) sed tum, quum illum exterminari volebam, aut
reliquam coniuratorum manum simul exituram, aut eos,
qui restitissent, infirmos sine illo ac debiles fore putabam.
4 Atque ego ut vidi, quos maximo furore et scelere esse
inflammatos sciebam, eos esse nobiscum et Romae re-
mansisse, in eo omnes dies noctesque consumsi, ut, quid
agerent, quid molirentur, sentirem ac viderem, ut, quo-
niam auribus vestris, propter incredibilem magnitudi-

*deiecimus*, ut Verr. V, 62. Phil. I, 2, 6 *a cervicibus iugum deiicere*, pro Sull. 9, 28. *quos homines ego a vestris cervicibus depuli*. cf. infra 7, 17.

§. 3. *comperta sunt per me* i. e. mea opera atque industria, non *a me*. cf. pro S. Rosc. §. 80. *illustrata*, in luce posita, ita ut non amplius laterent, *patefacta*, ita illustrata, ut omnibus paterent, vel, ut ipse loquitur pro Sulla 2 in. *id omnes viderent, quod antea fuissent occultum. comperta*, certis indiciis cognita et deprehensa. Gravissimum ex his esse *comperta*, vel ex eo apparet, quod hoc verbo utentem Ciceronem irridebant adversarii. vid. ad Fam. V, 5. ad Att. I, 14. Acad. disp. IV, 19, 62. Sic pro Sull. 4. 12 *non modo nihil comperi, sed vix ad aures meas istius suspicionis fama pervenit*, ubi ad minora descenditur.

*exspectatis* i. e. scire avetis. Verr. II, 51, 127 *exspectabant homines, quidnam acturus esset*, Coel. 26, 63 *atque equidem vehementer exspectabam, quinam isti viri boni dicerentur*. Phil. II, 26, 64 *exspectantibus omnibus, quisnam esset tam impius*. Brut. 71, 248 *an exspectas, quid ego iudicem de istis?* Dubitabat de hoc verbi usu Ern.

c. II. §. 3. *sed tum. Sed* in redordienda oratione satis frequens, ubi nos *inquam*. de Orat. I, 9, 37. III, 12, 45. Or. 22, 74. pro Mil. 27, 75. 35, 81. Tusc. Disp. II, 1, 3. Nat. D. I, 32, 91. Off. II, 21, 73. Cf. Goerenz. ad Cic. Leg. I, 2. p. 105.

§. 4. *Atque* inservit transitioni, ubi nos: *Wie ich nun sah etc.*

*auribus vestris*. Nam *segnius irritant animos demissa per aurem, Quam quae sunt oculis commissa fidelibus* — Hor. ep. ad Pis. 180.



nem sceleris, minorem fidem faceret oratio mea, rem
ita comprehenderem, ut tum demum animis saluti ve-
strae provideretis, quum oculis maleficium ipsum vide-
retis. Itaque ut comperi, legatos Allobrogum belli
Transalpini et tumultus Gallici excitandi causa a P. Len-
tulo esse sollicitatos, eosque in Galliam ad suos cives,
eodemque itinere cum litteris mandatisque ad Catilinam
esse missos, comitemque iis adiunctum T. Vulturcium
atque huic datas esse ad Catilinam litteras, facultatem
mihi oblatam putavi, ut, quod erat difficillimum, quod-
que ego semper optabam a diis immortalibus, tota res
non solum a me, sed etiam a senatu et a vobis mani-
feste deprehenderetur. Itaque hesterno die L. Flaccum 5
et C. Pomtinum praetores, fortissimos atque amantissi-
mos reipublicae viros, ad me vocavi; rem omnem ex-
posui; quid fieri placeret, ostendi. Illi autem, qui omnia
de republica praeclara atque egregia sentirent, sine re-
cusatione ac sine ulla mora negotium susceperunt, et,
quum advesperasceret, occulte ad pontem Mulvium per-
venerunt, atque ibi in proximis villis ita bipartito fue-
runt, ut Tiberis inter eos et pons interesset. Eodem
autem et ipsi sine cuiusquam suspicione multos fortes vi-
ros eduxerunt, et ego ex praefectura Reatina complu-
res delectos adolescentes, quorum opera in republica assi-
due utor, praesidio cum gladiis miseram. Interim ter- 6
tia fere vigilia exacta, quum iam pontem Mulvium

*comprehenderem*, liquido convincerem, tanquam manu prehensam. Cf. §. 3. pro Cluent. 16, 47 *quo facilius comprehenderetur res eius indicio.* pro Flacc. 16, 38.

*ut comperi* per Q. Fabium Sangam, *cuius patrocinio plurimum civitas* Allobrogum *utebatur* Sallust. 41. Allobrogum autem legati Romam venerant, questum de avaritia magistratuum, ut ait idem c. 40. *αἰτιώμενοι τοὺς ἡγουμένους αὐτῶν* Appian B. C. II. p. 179. Plut. Cic. 18. *πραττομένων δὲ τούτων, ἔτυχον ἐπιδημοῦντες Ἀλλοβρόγων δύο πρέσβεις, ἔθνους μάλιστα δὴ τότε πονηρὰ πράττοντος καὶ βαρυνομένου τὴν ἡγεμονίαν. τούτοις οἱ περὶ Λέντλον ὠφελίμους ἡγούμενοι πρὸς τὸ κινῆσαι καὶ μεταβαλεῖν τὴν Γαλατίαν ἐποιήσαντο συνωμότας.* Victi autem erant Allobroges a Q. Fabio Maximo a. u. 632.

*Vulturcium*, *Βουλτούρκιον ἄνδρα Κροτωνιάτην* Appian. l. c. *Vulturcium quendam Crotoniensem*, Sallust. 44. *Τίτον τινὰ Κροτωνιάτην* Plut. l. c.

§. 5. *L. Flaccum*. vid. or. pro Flacc. 40, 102.

*qui — sentirent*. vid. ad or. pro S. Roscio §. 4.

*ad pontem Mulvium*. Hodie vocatur corrupte *Ponte Mollo* aut etiam *Ponte Molle*. tria distat milliaria a columna, quae erat in foro Romano, teste Plinio III, 5. et Cluver. Ital. aut. lib. II, 3. *Graev.*

magno comitatu legati Allobrogum ingredi inciperent
unaque Vulturcius, fit in eos impetus; educuntur et ab
illis gladii et a noſtris; res erat praetoribus nota ſolis,
III ignorabatur a ceteris. Tum interventu Pomtini atque
Flacci pugna, quae erat commiſſa, ſedatur. Litterae,
quaecunque erant in eo comitatu, integris ſignis praeto-
ribus traduntur; ipſi comprehenſi ad me, quum iam di-
luceſceret, deducuntur. Atque horum omnium ſcele-
rum improbiſſimum machinatorem Cimbrum Gabinium
ſtatim ad me, nihil dum ſuſpicantem, vocavi. Deinde
item arceſſitur L. Statilius, et poſt eum Cethegus; tar-
diſſime autem Lentulus venit, credo, quod in litteris
dandis praeter conſuetudinem proxima nocte vigilarat.
7 Quum vero ſummis ac clariſſimis huius civitatis viris,
qui, audita re, frequentes ad me mane convenerant, litte-
ras a me prius aperiri, quam ad ſenatum deferri, pla-
ceret, ne, ſi nihil eſſet inventum, temere a me tantus
tumultus iniectus civitati videretur, negavi me eſſe fa-
cturum, ut de periculo publico non ad conſilium publi-
cum rem integram deferrem. Etenim, Quirites, ſi ea,
quae erant ad me delata, reperta non eſſent, tamen ego

§. 6. *magno comitatu* pro cum m. com., quod ipſum hic legebatur ante Graevium. pro Mil. 10, 28 *quum hic inſidiator — cum uxore veheretur in rheda, paenulatus, magno impedimento ac muliebri et delicato ancillarum puerorumque comitatu.* vid. Drakenb. ad Liv. I, 14, 7. Kritz. ad Sall. Catil. 49, 2.

*Cimbrum Gabinium*, P. Gabinium Capitonem, ſenatorii ordinis Salluſt. 71. cf. infra §. 15. Eum ab Umbreno, qui Gallos in foro primum conventos in domum D. Bruti perduxerat, arceſſitum eſſe, quo maior auctoritas ſermoni ineſſet, narrat Sall. 40.

*in litteris dandis.* Sic plures Codd. pro litteris dandis i. e. quum litteras daret. vid. ad Roſc. §. 22. Raro autem Cic. ad tempus deſignandum nudo ablativo gerundii utitur — vid. ad epp. 32, 10. et cf. epp. fam. III, 10, (67, 10.) — nec debebat Beier. ad Off. I. p. 64, 178. uſum praepoſitionis ad abundantiam aliquam referre. Saepius nudum ablat. ponit Livius. E ſexcentis exemplis, quae Graevius ad locutionem *vigilare rei* firmandam afferri poſſe dicit, ego unum tantum inveni, idque Propertii II, 3, 7.

*praeter conſuet.* Notat Lentulum, ut pigrum et ſomnolentum. Cf. infra §. 16. Dio quoque XXXVII, 32 *ὁ Λέντουλος*, inquit, *ἥκιστα δραστήριος ἦν*. Itaque Catilina apud Salluſt. c. 58 ita loquitur: *Scitis equidem, milites, ſocordia atque ignavia Lentuli quantam ipſis cladem nobisque attulerit.* Muret.

§. 7. *ſi — tamen.* de Orat. I, 16, 72 *quibus ipſis ſi in dicendo non utimur, tamen apparet atque exſtat* etc. 41, 185 *nam ſi eſſet iſta cognitio iuris magna ac difficilis, tamen utilitatis magnitudo deberet homines ad ſuſcipiendum diſcendi laborem impellere.*



non arbitrabar, in tantis reipublicae periculis eſſe mihi
nimiam diligentiam pertimeſcendam. Senatum frequen-
tem celeriter, ut vidiſtis, coëgi. Atque interea ſtatim, 8
admonitu Allobrogum, C. Sulpicium praetorem, for-
tem virum, miſi, qui ex aedibus Cethegi, ſi quid telo-
rum eſſet, efferret; ex quibus ille maximum ſicarum nu-
merum et gladiorum extulit. Introduxi Vulturcium ſine IV
Gallis; fidem ei publicam, iuſſu ſenatus, dedi; hortatus
ſum, ut ea, quae ſciret, ſine metu indicaret. Tum ille,
quum vix ſe ex magno timore recreaſſet, dixit, a P.
Lentulo ſe habere ad Catilinam mandata et litteras, ut
ſervorum praeſidio uteretur et ad urbem quam primum
cum exercitu accederet; id autem eo conſilio, ut, quum
urbem omnibus ex partibus, quemadmodum deſcriptum
diſtributumque erat, incendiſſent caedemque infinitam ci-
vium feciſſent, praeſto eſſet ille, qui et fugientes exci-
peret et ſe cum his urbanis ducibus coniungeret. Intro- 9
ducti autem Galli iusiurandum ſibi et litteras a P. Len-
tulo, Cethego, Statilio ad ſuam gentem datas eſſe dixe-
runt, atque ita ſibi ab his et a L. Caſſio eſſe praeſcri-
ptum, ut equitatum in Italiam quam primum mitterent;
pedeſtres ſibi copias non defuturas; Lentulum autem ſibi
confirmaſſe ex fatis Sibyllinis aruſpicumque reſponſis, ſe

*nimiam diligentiam*, i. e. nimiae diligentiae crimen, ut Graeci dicunt, *ἀργίαν ἔχειν, δυσσέβειαν κτήσασθαι.* Vide quae monui ad Eur. Or. 491.

*Senatum — coegi*, in aedem Concordiae eam, quae ad adſcenſum clivi Capitolini ſita erat, gradibus aliquot ſuper planitiem elata, foro comitiisque imminens (vid. Plut. Cam. p. 151 E.) cuius loci ingenium equites cum armis circa aedem excubantes capiebat. (Cic. Phil. VII, 8. pro Sext. 12. Salluſt. Catil. 49.) ut facile ex hoc loco natura et arte munito adverſariorum impetus repelli poſſent. vid. Böttig. prol. cit. p. 417. not.

§. 8. *C. Sulpicium.* Plut. Cic. c. 19 *Γάϊος δὲ Σουλπίκιος, εἷς τῶν στρατηγῶν, ἐπὶ τὴν οἰκίαν πεμφθεὶς τοῦ Κεθήγου, πολλὰ μὲν ἐν αὐτῇ βέλη καὶ ὅπλα, πλεῖστα δὲ ξίφη καὶ μαχαίρας εὗρε, νεοθήκτους ἁπάσας.*

c. IV. *fidem publicam.* *ἄδειαν* vocat Dio Caſſ. XXXVII, 34, p. 133. Plut. l. c.

*ut ſerv. praeſ. uteretur.* vid. §. 12. Salluſt. 44 *ad hoc mandata verbis dat, quum ab ſenatu hoſtis iudicatus ſit, quo conſilio ſervitia repudiet?*

§. 9. *a L. Caſſio* Longino ſenatore, (Sall. c. 17.) Ciceronis in conſulatu competitore. De eius in ſollicitandis Gallis partibus vid. Cic. pro Sull. c. 13.

*Lentulum autem ſibi confirmaſſe.* Eadem narrant Salluſt. c. 47. Plut. Cic. 17. Appian. p. 180. Hinc pro Sulla 25, 70 *Lentuli perverſam atque impiam religionem* commemorat.

eſſe tertium illum Cornelium, ad quem regnum huius
urbis atque imperium pervenire eſſet neceſſe; Cinnam
ante ſe et Sullam fuiſſe; eundemque dixiſſe, fatalem hunc
eſſe annum ad interitum huius urbis atque imperii, qui
eſſet decimus annus poſt virginum abſolutionem, poſt
10 Capitolii autem incenſionem viceſimus. Hanc autem Ce-
thego cum ceteris controverſiam fuiſſe dixerunt, quod
Lentulo et aliis caedem Saturnalibus fieri atque urbem
incendi placeret, Cethego nimium id longum videri.
V Ac ne longum ſit, Quirites, tabellas proferri iuſſimus,
quae a quoque dicebantur datae. Primum oſtendimus
Cethego ſignum; cognovit. Nos linum incidimus, legi-
mus. Erat ſcriptum ipſius manu Allobrogum ſenatui et
populo, ſeſe, quae eorum legatis confirmaſſet, eſſe factu-
rum; orare, ut item illi facerent, quae ſibi legati eorum
recepiſſent. Tum Cethegus, qui paulo ante aliquid ta-
men de gladiis ac ſicis, quae apud ipſum erant depre-
henſae, reſpondiſſet, dixiſſetque, ſe ſemper bonorum fer-

*poſt virginum abſolutionem.* Opportune Weiske adſcripſit locum Aſconii ad orat. pro Mil. c. 32 *quo tempore S. Peducaeus trib. pl. criminatus eſt, L. Metellum pontif. max. totumque collegium pontificum male iudicaſſe de inceſtu virginum Veſtalium, quod unam modo Aemiliam damnaverat, abſolverat autem duas, Marciam et Liciniam, populus hunc Caſſium creavit, qui de eisdem virginibus quaereret; isque et utrasque eas et praeterea complures alias nimia etiam, ut exiſtimatio eſt, aſperitate uſus damnavit.* Ex eo iudicio (in quod plures ſimul, de inceſtu accuſatae, adductae erant) magnam laudem (eloquentiae) adeptum eſſe M. Piſonem adoleſcentem narrat Cic. Brut. 67. Aliud iudicium eſt Liciniae, quam defendit Craſſus. Cic. Brut. 43 extr. (vid. Beier. ad Cic. Off. II, 13. p. 92.) aliud etiam de quo Plut. Cat. p. 768 B. quod minus recte huc refert Ern. ad Brut. l. c.

*poſt Capit. incenſionem.* L. Scipione et C. Narbone Coſſ. a. u. 670. *civili bello fraude privata arſerat Capitol.* Tacit. Hiſt. III, 72.

*caedem Saturnalibus fieri.* Plut. Cic. 18.

*videri.* Debebat dicere *videretur*, quod ipſum edebatur ante Gruterum, et eſt in MS. Franc. ſed correctori debetur. Saepe enim Cic. hoc modo orationis formam immutat. Cf. Catil. IV, 3, 5.

c. V. *aliquid tamen*, quamvis in manifeſto ſcelere teneretur, ut annotat Muret. Sic pro S. Roſc. §. 104. infra §. 12. epp. fam. XVI, 11. (76, 8.) *Nobis inter has turbas ſenatus tamen frequens flagitavit triumphum*, i. e. quamquam hae turbae erant. ad Att. I, 16. (9, 6.) *quum illum plumbeo gladio iugulatum iri tamen diceret*, i. e. quamquam plumbeo gl. Cf. Mil. 6, 15. Beier. ad Off. III, 7, 33. infra ad Mur. 4, 44. Pro *ſaltem*, *certe* poni *tamen* nondum credo Ern. et Goerenz. Cf. Beier. ad or. pro Tull. p. 57. De *qui — reſpondiſſet* vid. ad or. pro S. Roſc. §. 23.



ramentorum ſtudioſum fuiſſe, recitatis litteris debilitatus
atque abiectus, conſcientia convictus, repente conticuit.
Introductus Statilius cognovit ſignum et manum ſuam.
Recitatae ſunt tabellae in eandem fere ſententiam; con-
feſſus eſt. Tum oſtendi tabellas Lentulo, et quaeſivi,
cognoſceretne ſignum. Annuit. Eſt vero, inquam, no-
tum ſignum; imago avi tui, clariſſimi viri, qui amavit
unice patriam et cives ſuos; quae quidem te a tanto ſce-
lere etiam muta revocare debuit. Leguntur eadem ra- 11
tione ad ſenatum Allobrogum populumque litterae; ſi
quid de his rebus dicere vellet, feci poteſtatem. Atque
ille primo quidem negavit; poſt autem aliquanto, toto
iam iudicio expoſito atque edito, ſurrexit; quaeſivit a
Gallis, quid ſibi eſſet cum iis, quamobrem domum ſuam
veniſſent, itemque a Vulturcio. Qui quum illi breviter
conſtanterque reſpondiſſent, per quem ad eum quoties-
que veniſſent, quaeſiſſentque ab eo, nihilne ſecum eſſet
de fatis Sibyllinis locutus; tum ille ſubito, ſcelere de-
mens, quanta vis conſcientiae eſſet, oſtendit: nam, quum
id poſſet infitiari, repente praeter opinionem omnium
confeſſus eſt. Ita eum non modo ingenium illud et di-
cendi exercitatio, qua ſemper valuit, ſed etiam propter
vim ſceleris manifeſti atque deprehenſi impudentia, qua
ſuperabat omnes, improbitasque defecit. Vulturcius ve- 12
ro ſubito proferri litteras atque aperiri iuſſit, quas ſibi
a Lentulo ad Catilinam datas eſſe dicebat. Atque ibi
vehementiſſime perturbatus Lentulus tamen et ſignum
ſuum et manum cognovit; erant autem ſcriptae ſine no-
mine, ſed ita: *Qui ſim, ex eo, quem ad te miſi, ſcies.
Cura, ut vir ſis, et cogita, quem in locum ſis progreſſus,*

*avi tui.* P. Lentuli eius, qui princeps ſenatus fuit, et Conſul a. u. 691. cum Cn. Domitio.

§. 11. *per quem*, per Umbrenum, vid. §. 14. quamvis de hoc nihil eiusmodi narret Salluſt. c. 40.

*dicendi exercitatio.* Aliter de eo iudicat Brut. 66 *neque multo ſecus P. Lentulus, cuius et excogitandi et loquendi tarditatem tegebat formae dignitas, corporis motus plenus et artis et venuſtatis, vocis et ſuavitas et magnitudo.* Nimirum hic ad popularem rationem iudicat: vulgus enim nulla fere re magis movetur, quam formae dignitate, actione decora, vocis ſuavitate et magnitudine; in Bruto verius.

§. 12. *Qui ſim* etc. Paulo aliter Sall. c. 44. Utra vero epiſtola verior ſit, inutilis quaeſtio eſt; ſolebant antiqui, et hiſtorici et oratores, quando aliquem loquentem inducebant, orationem eius ex ſuo ingenio fingere, dummodo ſententiam exprimerent. In ea *ſcies* pro *cognoſces* omnes veteres Cic. libri.

*et vide, quid iam tibi ſit neceſſe. Cura, ut omnium tibi auxilia adiungas, etiam infimorum.* Gabinius deinde introductus, quum primo impudenter reſpondere coepiſſet, ad extremum nihil ex iis, quae Galli inſimulabant, ne-
13 gavit. Ac mihi quidem, Quirites, quum illa certiſſima ſunt viſa argumenta atque indicia ſceleris, tabellae, ſigna, manus, deinde uniuscuiusque confeſſio, tum multo illa certiora, color, oculi, vultus, taciturnitas: ſic enim obſtupuerant, ſic terram intuebantur, ſic furtim nonnunquam inter ſe adſpiciebant, ut non iam ab aliis indicari, ſed ipſi a ſe viderentur.

VI Indiciis expoſitis atque editis, Quirites, ſenatum conſului, de ſumma republica quid fieri placeret. Dictae ſunt a principibus acerrimae ac fortiſſimae ſententiae, quas ſenatus ſine ulla varietate eſt conſecutus. Et quoniam nondum eſt perſcriptum ſenatus conſultum, ex memoria vobis, Quirites, quid ſenatus cenſuerit, exponam.
14 Primum mihi gratiae verbis ampliſſimis aguntur, quod virtute, conſilio, providentia mea reſpublica periculis ſit maximis liberata; deinde L. Flaccus et C. Pomtinus praetores, quod eorum opera forti fidelique uſus eſſem, merito ac iure laudantur; atque etiam viro forti, collegae meo, laus impertitur, quod eos, qui huius coniurationis participes fuiſſent, a ſuis et a reipublicae conſiliis removiſſet. Atque ita cenſuerunt, ut P. Lentulus, quum ſe praetura abdicaſſet, tum in cuſtodiam tradere-

*inſimulabant.* Donat. ad Terent. Phorm. II, 3, 12. hunc locum affert, ut probet *inſimulare* non modo de falſo, ſed etiam de vero nomine dici. *Garat.*

§. 13. *inter ſe adſpiciebant.* pro ſe inter ſe adſp. ut de nat. d. I, 44, 122 *qui nulla re egentes et inter ſe diligunt.* Lael. 22, 82. *neque ſolum colent inter ſe ac diligent*, ubi Erneſti *ſe* ante *colent* inſerſit, quamquam illis locis nihil offenſus. Vid. Lang. ad eum l.

c. VI. *ſine ulla varietate.* pro Sext. 34, 74 *quum fieret ſine ulla varietate diſceſſio*, i. e. quum in eamdem omnes omnino ſententiam diſcederent, expl. Ern. in cl.

§. 14. *a ſuis et a reip. conſil.* Conſilia reip. ſunt de rep. ut *deorum opinio* op. de diis Nat. D. I, 12. in. II, 5 in. III, 7 in. Tuſc. I, 13, 30. *quaeſtio animorum* Tuſc. I, 11, 23, pro qu. *de animis. Aetnenſium oratio* Verr. III, 44, 106 pro de Aetnenſibus. Qui a reip. conſil. ſe ipſe removet, dicitur *nihil agens cum rep.* ad Att. I, 13 (7, 7.) ut respubl. per προσωποποιΐαν aliquam ipſa conſilia inire dici videatur.

*in cuſtodiam*, εἰς ἄδεσμον φυλακὴν Plut. c. 19. quae vocatur *libera cuſtodia.* Sall. c. 47. *Sen. decernit, uti abdicatus magiſtratu Lentulus, item ceteri, in liberis cuſtodiis haberentur. Itaque Lentulus P. Lentulo Spintheri, qui tum aedilis, Cethegus Q. Cornificio, Statilius C. Caeſari, Ga-*



tur, itemque uti C. Cethegus, L. Statilius, P. Gabinius, qui omnes praeſentes erant, in cuſtodiam traderentur. Atque idem hoc decretum eſt in L. Caſſium, qui ſibi procurationem incendendae urbis depopoſcerat, in M. Caeparium, cui ad ſollicitandos paſtores Apuliam eſſe attributam erat indicatum, in P. Furium, qui eſt ex his colonis, quos Faeſulas L. Sulla deduxit, in Q. Manlium Chilonem, qui una cum hoc Furio ſemper erat in hac Allobrogum ſollicitatione verſatus, in P. Umbrenum, libertinum hominem, a quo primum Gallos ad Gabinium perductos eſſe conſtabat. Atque ea lenitate ſenatus eſt 15
uſus, Quirites, ut ex tanta coniuratione tantaque vi ac multitudine domeſticorum hoſtium novem hominum perditiſſimorum poena, republica conſervata, reliquorum mentes ſanari poſſe arbitraretur. Atque etiam ſupplicatio diis immortalibus pro ſingulari eorum merito meo nomine decreta eſt, Quirites, quod mihi primum poſt hanc urbem conditam togato contigit; et his decreta verbis eſt, *Quod urbem incendiis, caede cives, Italiam bello liberaſſem.* Quae ſupplicatio ſi cum ceteris ſupplicationibus conferatur, Quirites, hoc interſit, quod ceterae bene geſta, haec una conſervata republica conſtituta eſt. Atque illud, quod faciendum primum fuit, factum atque

*binius M. Craſſo, Caeparius (nam is paulo ante ex fuga retractus) Cn. Terentio ſenatori traduntur.*

*ad ſollicitandos paſt.* Salluſt. c. 46 *Caeparium quemdam Terracinenſem, qui in Apuliam ad concitanda ſervitia proficiſci parabat.*

*perductos.* Eodem verbo utitur Sall. 40.

§. 15. *novem hominum p. p.* Ex iis quinque tantum comprehenſi. Itaque Cic. pro Sulla 11. 33 *meis conſiliis, meis laboribus, mei capitis periculis, ſine tumultu, ſine delectu, ſine armis, ſine exercitu, quinque hominibus comprehenſis atque confoſſis, incenſione urbem, internecione cives, vaſtitate Italiam, interitu remp. liberavi.*

*quod mihi primum — contigit.* Phil. II, 6 init. *L. Cotta, vir ſummo ingenio ſummaque prudentia, rebus iis geſtis, quas tu reprehendis, ſupplicationem decrevit verbis ampliſſimis; eique illi ipſi, quos modo nominavi, conſulares ſenatusque cunctus aſſenſus eſt, qui honos poſt conditam hanc urbem habitus eſt togato ante me nemini.* ad Famil. XV, 4, 20 (ep. 61.) ad Catonem: *tu idem mihi ſupplicationem decreviſti togato, non, ut multis, republica bene geſta, ſed, ut nemini, republica conſervata*, ubi in notis p. 152 laudavi in Piſon. 3 in. Philipp. XI, 10. Cf. ad Fam. IV, 10.

*hoc interſit.* Ern. monet, modeſtius hoc eſſe, quam Graevii *intereſt.* τοῦτο διαφέροι ἄν. Cf. infra §. 22. Sed reſpondet etiam verbis *ſi conferatur.*

*factum atque trans. eſt.* For-

transactum eft: nam P. Lentulus, quamquam patefactus
indiciis et confeffionibus fuis, iudicio fenatus, non modo
praetoris ius, verum etiam civis amiferat, tamen magi-
ftratu fe abdicavit, ut, quae religio C. Mario, clariffimo
viro, non fuerat, quo minus C. Glauciam, de quo nihil
nominatim erat decretum, praetorem occideret, ea nos
religione in privato P. Lentulo puniendo liberaremur.

VII Nunc, quoniam, Quirites, fceleratiffimi periculofiffi-
16 mique belli nefarios duces captos iam et comprehenfos
tenetis, exiftimare debetis, omnes Catilinae copias, omnes
fpes atque opes, his depulfis urbis periculis, concidiffe.
Quem quidem ego quum ex urbe pellebam, hoc provi-
debam animo, Quirites, remoto Catilina nec mihi effe
P. Lentuli fomnum, nec L. Caffii adipem, nec Cethegi
furiofam temeritatem pertimefcendam. Ille erat unus
timendus ex his omnibus, fed tamdiu, dum moenibus
urbis continebatur. Omnia norat, omnium aditus tene-
bat, appellare, tentare, follicitare poterat, audebat, erat
ei confilium ad facinus aptum, confilio autem neque lin-
gua neque manus deerat. Iam ad certas res conficien-
das certos homines delectos ac defcriptos habebat; ne-
que vero quum aliquid mandaverat, confectum putabat;
nihil erat, quod non ipfe obiret, occurreret, vigilaret,
17 laboraret; frigus, fitim, famem ferre poterat. Hunc

mula ICtis ufitata, qua fignificabant, nihil, quod ad negotii tractationem pertinebat, praetermiffum effe, finita effe omnia. vid. Guilielm. quaeft. Plaut. c. 6. Verba funt Ruhnk. ad Ter. Andr. I, 5, 13.

*nam P. Lent.* vid. ad or. pro S. Rofc. §. 15. pro l. Man. §. 19.

*C. Glauciam.* vid. Catil. I, 2, 4.

c. VII. §. 16. *Lentuli fomnum* pro fomnolentia, ut fupra (II, 5, 10.) dormiens pro fomnolento. *Ern.*

*L. Caffii adipem*, obefitatem et, quae inde oriri folent, inertiam atque ignaviam. Afcon. in arg. or. in toga cand. *Caffium, qui iners ac ftolidus tum magis, quam improbus, videretur; poft paucos menfes in coniuratione Catilinae effe apparuit, ac cruentiffimarum fententiarum fuiffe auctorem.*

*Cethegi furiofam tem.* Salluft. c. 43. *Inter haec parata atque decreta Cethegus femper querebatur de ignavia fociorum; illos dubitando et dies prolatando magnas opportunitates corrumpere; facto, non confulto, in tali periculo opus effe, feque, fi pauci adiuvarent, languentibus aliis, impetum in curiam facturum. Natura ferox, vehemens, manu promptus, maximum bonum in celeritate putabat.*

*omnium aditus tenebat.* Virg. Aen. IV, 424 *fola viri molles aditus et tempora noras.*



ego hominem tam acrem, tam paratum, tam audacem,
tam callidum, tam in fcelere vigilantem, tam in perdi-
tis rebus diligentem, nifi ex domefticis infidiis in ca-
ftrenfe latrocinium compuliffem, (dicam id, quod fentio,
Quirites) non facile hanc tantam molem mali a cervici-
bus veftris depuliffem. Non ille nobis Saturnalia con-
ftituiffet, neque tanto ante exitii ac fati diem reipubli-
cae denuntiaffet, neque commififfet, ut fignum, ut litte-
rae fuae teftes manifefti fceleris deprehenderentur. Quae
nunc, illo abfente, fic gefta funt, ut nullum in privata
domo furtum unquam fit tam palam inventum, quam
haec tanta in republica coniuratio manifefto inventa at-
que deprehenfa eft. Quod fi Catilina in urbe ad hanc
diem remanfiffet, quamquam, quoad fuit, omnibus eius
confiliis occurri atque obftiti, tamen, ut leviffime dicam,
dimicandum nobis cum illo fuiffet, neque nos unquam,
dum ille in urbe hoftis fuiffet, tantis periculis rempu-
blicam tanta pace, tanto otio, tanto filentio, liberaffe-
mus. Quamquam haec omnia, Quirites, ita funt a me VIII
adminiftrata, ut deorum immortalium nutu atque confi- 18
lio et gefta et provifa effe videantur; idque quum con-
iectura confequi poffumus, quod vix videtur humani
confilii tantarum rerum gubernatio effe potuiffe, tum ve-
ro ita praefentes his temporibus opem et auxilium nobis
tulerunt, ut eos paene oculis videre poffemus. Nam, ut
illa omittam, vifas nocturno tempore ab occidente faces
ardoremque coeli, ut fulminum iactus, ut terrae motus,
ceteraque quae tam multa, nobis confulibus, facta funt,
ut haec, quae nunc fiunt, canere dii immortales vide-
rentur, hoc certe, Quirites, quod fum dicturus, neque

c. VIII. §. 18. *faces.* Quae hinc fequuntur, in fecundo confulatus defcripta a Tullio Quintus frater profert de Divin. I, c. 11 fq. inter quae haec v. 20 fqq. *Quid vero Phoebi fax, triftis nuntia belli, quae magnum ad columen flammato ardore volabat, praecipites coeli partes obitusque petiffet?* etc. Dio Caff. XXXVII, 25. p. 128. *κεραυνοί τε ἐν αἰθρίᾳ πολλοὶ ἔπεσον, καὶ ἡ γῆ ἰσχυρῶς ἐσείσθη, εἴδωλά τε πολλαχόθι ἀνθρώπων ἐφαντάσθη, καὶ λαμπάδες ἀνεκὰς ἐς τὸν οὐρανὸν ἀπὸ τῶν δυσμῶν ἀνέδραμον.* Iul. Obfequ. c. 122 *trabs ardens ab occafu ad coelum extenta.* ubi *trabs ardens* immerito fufpecta fuit Weiskio. Sic enim Graeci *δοκός* ufurpant. vid. Schaef. ad Schol. Apoll. Rh. p. 206.

*ceteraque.* Recte hunc locum defendit Goerenz. in prol. ad Catil. III, *que* refpondere noftro *kurz* i. e. *ut in unum contraham.* monens, *ἐμοὶ μὲν οὐ πιστὰ λέγων, ἄλλῳ δέ τεῳ.*

*neque praetermittendum, neque relinquendum eft.* Off. III, 2, 9

19 praetermittendum neque relinquendum eſt. Nam profecto memoria tenetis, Cotta et Torquato conſulibus complures in Capitolio turres de coelo eſſe percuſſas, quum et ſimulacra deorum immortalium depulſa ſunt, et ſtatuae veterum hominum deiectae, et legum aera liquefacta; tactus eſt etiam ille, qui hanc urbem condidit, Romulus, quem inauratum in Capitolio, parvum atque lactentem, uberibus lupinis inhiantem fuiſſe meminiſtis. Quo quidem tempore, quum aruſpices ex tota Etruria conveniſſent, caedes atque incendia et legum interitum et bellum civile ac domeſticum et totius urbis atque imperii occaſum appropinquare dixerunt, niſi dii immortales omni ratione placati ſuo numine prope fata ipſa flexiſſent.
20 Itaque illorum reſponſis tunc et ludi decem per dies facti ſunt, neque res ulla, quae ad placandos deos pertineret, praetermiſſa eſt; iidem iuſſerunt ſimulacrum

*negant, eum locum a Panaetio praetermiſſum, ſed conſulto relictum.* Cf. Or. II, 29, 126. Tuſc. I, 49, 119. dial. de cauſ. corr. eloqu. 16, 3.

§. 19. *Cotta et Torqu. coſſ.* a. u. 689. Rem ſic narrat Dio Caſſ. XXXVII, 9. p. 117. *ἐπὶ μὲν οὖν τούτοις ἔχαιρον οἱ Ῥωμαῖοι, τὰ δὲ δὴ τέρατα καὶ πάνυ αὐτοὺς ἐθορύβει· ἐν γὰρ τῷ Καπιτωλίῳ ἀνδριάντες τε πολλοὶ ὑπὸ κεραυνῶν συνεχωνεύθησαν καὶ ἀγάλματα ἄλλα τε καὶ Διὸς ἐπὶ κίονος ἱδρυμένον, εἰκών τέ τις λυκαίνης σύν τε τῷ Ῥώμῳ καὶ σὺν τῷ Ῥωμύλῳ ἱδρυμένη ἔπεσε, τά τε γράμματα τῶν στηλῶν, ἐς ἃς οἱ νόμοι ἐσεγράφοντο, συνεχύθη καὶ ἀμυδρὰ ἐγένετο.* Cic. de Divin. l. c. v. 33. ſqq. *Nunc ea, Torquato quae quondam et conſule Cotta Lydius ediderat Tyrrhenae gentis haruſpex, Omnia fixa tuus glomerans determinat annus. Nam pater altitonans ſtellanti nixus Olympo. Ipſe ſuos quondam tumulos et templa petivit, Et Capitolinis iniecit ſedibus ignes. Tum ſpecies ex aere vetus generataque Nattae concidit, elapſaeque vetuſto numine leges, Et divum ſimulacra peremit fulminis ardor. Hic ſilveſtris erat, Romani nominis altrix, Martia, quae parvos Mavortis ſemine natos Uberibus gravidis vitali rore rigabat: Quae tum cum pueris flammato fulminis ictu Concidit atque avulſa pedum veſtigia liquit.*

*turres*, celſa aedificia, quale illud erat, e quo Dionyſius concionari ſolebat Tuſc. V, 20, 59 et *turris Maecenatiana* Suet. Ner. 38. Ern. Schütz. e codd. nonnullis *compl. in Capit. res.* Igitur *res* a librario vel gloſſatore in *turres* mutatum dicamus?

*quem inauratum* — — Liv. X, 23. de anno U. C. 458. *Cn. et Qu. Ogulnii aediles curules* — — *ad ficum Ruminalem* (quae erat in comitio prope curiam) *ſimulacra infantium conditorem urbis ſub uberibus lupae poſuerunt.* Vid. Rycquius de Capitol. 24.

§. 20. *iidem iuſſerunt.* Dio Caſſ. l. c. *τά τε οὖν ἄλλα ἐξεθύοντο τοῖς μάντεσι πειθόμενοι, καὶ τῷ Διῒ ἄγαλμα μεῖζον πρός τε τὰς ἀνατολὰς καὶ πρὸς τὴν ἀγορὰν βλέπον, ὅπως αἱ συνωμοσίαι, ὑφ᾽ ὧν ἐταράττοντο, ἐκφανεῖεν, ἱδρυνθῆναι ἐψηφίσαντο.* Cic. de divin. l. c. v. 47 ſqq. *Tum quis non artis ſcripta ac monumenta volutans Voces triſtificas chartis promebat Etruſcis? Omnes civili generoſa ſtirpe profectam Vitare ingentem cladem peſtemque monebant, Vel legum exitium conſtanti voce ferebant, Templa deûmque adeo flammis urbesque iubebant Eripere et ſtragem horribilem caedemque vereri. Atque haec fixa gravi fato ac fundata teneri, Ni poſt, excelſum ad columen formata decore Sancta Iovis ſpecies claros ſpectaret in ortus. Tum fore, ut occultos populus ſanctusque ſenatus Cernere conatus poſſet, ſi ſolis ad ortum converſa inde patrum ſedes populique videret.*



Iovis facere maius et in excelſo collocare et contra, atque ante fuerat, ad orientem convertere, ac ſe ſperare dixerunt, ſi illud ſignum, quod videtis, ſolis ortum et forum curiamque conſpiceret, fore, ut ea conſilia, quae clam eſſent inita contra ſalutem urbis atque imperii, illuſtrarentur, ut a ſenatu populoque Romano perſpici poſſent. Atque illud ita collocandum conſules illi locaverunt; ſed tanta fuit operis tarditas, ut neque a ſuperioribus conſulibus, neque a nobis ante hodiernum diem collocaretur. Hic quis poteſt eſſe, Quirites, tam averſus IX
a vero, tam praeceps, tam mente captus, qui neget, 21
haec omnia, quae videmus, praecipueque hanc urbem, deorum immortalium nutu atque poteſtate adminiſtrari? Etenim quum eſſet ita reſponſum, caedes, incendia interitumque reipublicae comparari, et ea a perditis civibus, quae tum propter magnitudinem ſcelerum nonnullis incredibilia videbantur, ea non modo cogitata a nefariis civibus, verum etiam ſuſcepta eſſe ſenſiſtis. Illud vero nonne ita praeſens eſt, ut nutu Iovis Optimi Maximi factum eſſe videatur, ut, quum hodierno die mane

§. 21. *ut, quum hodierno die.* Debebat cohaerere cum *illud nonne ita praeſens eſt, quod, quum hod. d.* ſed, quando *factum eſt, accidit* etc. praecedit, ſemper fere ad hoc refertur *ut.* ad Fam. V, 2. (epp. V.) *addam illud etiam, quod iam ego curare non debui, ſed tamen fieri non moleſte tuli, atque etiam, ut ita fieret, pro mea parte adiuvi, ut ſenatus conſulto meus inimicus, quia tuus frater erat, ſublevaretur.* Verr. II, 65, 158 *de quo homine hoc auditum eſt unquam, quod tibi accidit, ut eius in provincia ſtatuae deiicerentur?* cf. pro l. Man. §. 25 et not. Dio Caſſ. XXXVII, 34, p. 133 ubi Lentulum praetura ſe abdicare coactum et cum reliquis in cuſtodiam traditum narravit: *καὶ ταῦτα*, inquit, *καὶ τῷ δήμῳ ὁμοίως ἤρεσε, καὶ μάλιστα ἐπειδὴ, τοῦ Κικέρωνος δημηγοροῦντός τι περὶ αὐτῶν, τὸ ἄγαλμα τὸ τοῦ Διὸς ἔς τε τὸ Καπιτώλιον παρ᾽ αὐτὸν τὸν καιρὸν τῆς ἐκκλησίας ἀνιδρύθη καὶ κατὰ τὴν ὑφήγησιν τῶν μάντεων πρός τε τὰς ἀνατολὰς καὶ πρὸς τὴν ἀγορὰν βλέπον ἀνετέθη· ἐπειδὴ γὰρ ἐκεῖνοι συνωμοσίαν τινὰ ἐξελεγχθήσεσθαι ἐκ*

per forum meo iuffu et coniurati et eorum indices in
aedem Concordiae ducerentur, eo ipfo tempore fignum
ftatueretur? quo collocato atque ad vos fenatumque con-
verfo, omnia et fenatus et vos, quae erant contra falu-
tem omnium cogitata, illuftrata et patefacta vidiftis.
22 Quo etiam maiore funt ifti odio fupplicioque digni, qui
non folum veftris domiciliis atque tectis, fed etiam deo-
rum templis atque delubris funt funeftos ac nefarios
ignes inferre conati. Quibus ego fi me reftitiffe dicam,
nimium mihi fumam et non fim ferendus; ille, ille Iup-
piter reftitit; ille Capitolium, ille haec templa, ille hanc
urbem, ille vos omnes falvos effe voluit. Diis ego im-
mortalibus ducibus hanc mentem, Quirites, voluntatem-
que fufcepi atque ad haec tanta indicia perveni. Iam
vero illa Allobrogum follicitatio fic a Lentulo ceterisque
domefticis hoftibus, tam dementer, tanta res credita et
ignotis et barbaris commiffaeque litterae nunquam effent
profecto, nifi a diis immortalibus huic tantae audaciae
confilium effet ereptum. Quid vero? ut homines Galli
ex civitate male pacata, quae gens una reftat, quae po-
pulo Romano bellum facere et poffe et non nolle videa-
tur, fpem imperii et rerum ampliffimarum ultro fibi a
patriciis hominibus oblatam negligerent, veftramque fa-
lutem fuis opibus anteponerent, id non divinitus factum
effe putatis? praefertim qui nos non pugnando, fed tacen-
do fuperare potuerunt.

τῆς τοῦ ἀγάλματος πτώσεως εἰρήκεισαν, καὶ ἡ ἀνάθεσις αὐτοῦ τοῖς φωραθεῖσι συνέβαινε, τό τε θεῖον ἐμεγάλυνον καὶ τοὺς τὴν αἰτίαν λαβόντας δι' ὀργῆς μᾶλλον ἐποιοῦντο. Cicero l. c. v. 60 fqq. *Haec tardata diu fpecies multumque morata Confule te tandem celfa eft in fede locata. Atque una fixi ac fignati temporis hora Iuppiter excelfa clarabat fceptra columna, Et clades patriae flamma ferroque parata Vocibus Allobrogum patribus populoque patebat.*

*per forum* Nam aedes Ciceronis a Craffo emtae fuerunt e regione clivi Capitolini et aedis Concordiae ad Palatinum montem, inter quem et Capitolinum forum interiacebat. Plut. Cic. p. 864 F. adde Ael. Donatum III, 3, p. 233. *Böttig.* l. c. p. 425.

§. 22. *Iam vero illa Allobrogum follicit.* Oratio fic inftituta eft, ac fi dicere vellet: *illa Allobr. follicitatio a Lentulo tam temere fufcepta nunquam fuiffet, nec tanta res tam dementer credita et ign. et barb.* fed quum *tanta res* fenfum repetat verborum *illa Allobr. follicit.* illud ftatim priori membro addidit. *Sic*, quod in omnibus libris legitur, explicatur verbis *tam dementer.*

*fuperare potuerunt.* Ex noftra confuetudine fcribendum effet *potuiffent*, fed hoc intereft inter noftram et Latinorum confuetudinem, quod nos conditionem aliquam fuppreffam cogitare folemus, Latini non folent. Itaque femper fere dicunt: *multos commemorare poffum*, non *poffim*, ut de nat. d. I, 36, 101. *quae vel fine magiftro facere potuerunt.* orat. 9, §. 32. (Cf. Or. II, 32, 139) non *potuiffent*. Quae confuetudo quum femel invaluiffet, etiam ubi *fi* cum coni. fequebatur, indicativum verbi *poffe* ponebant, ut pro Quint. 13, 43 *at, fi id velles, iampridem actum effe poterat.* Cf. Verr. III, 31, 73. Sic Verr. III, 49, 71 *multo enim pluris fructus annui Siciliae venire* potuerunt, *fi id te fenatus aut pop. Rom. facere* voluiffet. cf. ad Fam. XIII, 29, 14. pro Flacc. 5, 12 *etenim* poteft *effe infinita* (oratio), *fi mihi* libeat. Cf. ad Manil. c. 17. Recte igitur hanc lectionem contra Ern., qui *fuperarent* recepit, tuetur Goerenz. in *prolus. qua duorum codd. lectiones in Cic. Catil.* III expofuit Zwiccaviae, ceterum in eo falfus, quod poft *qui*, quando pro *quia is* ponatur, indicativum etiam fequi contendit. Imo ubi Latini caufam plane et diferte exprimi volunt, femper coniunctivo poft *qui* utuntur: fed non femper neceffe eft caufam diferte exprimi, ut Phil. III, 6, 14 *Si ille conful, fuftuarium meruerunt legiones, qui confulem* reliquerunt; *fceleratus Caefar, Brutus nefarius, qui contra confulem privato confilio exercitus* comparaverunt; membra, quae a *qui* incipiunt, caufam continere apparet, cur illi fcelerati ac nefarii appellentur, fed non neceffe putavit Cic. h. l. caufam fignificare.



Quamobrem, Quirites, quoniam ad omnia pulvina- X
ria fupplicatio decreta eft, celebratote illos dies cum con- 23
iugibus ac liberis veftris. Nam multi faepe honores diis
immortalibus iufti habiti funt ac debiti, fed profecto iu-
ftiores nunquam. Erepti enim eftis ex crudeliffimo ac
miferrimo interitu, et erepti fine caede, fine fanguine,
fine exercitu, fine dimicatione, togati, me uno togato
duce et imperatore, viciftis. Etenim recordamini, Qui- 24
rites, omnes civiles diffenfiones, neque folum eas, quas
audiftis, fed has, quas vosmet ipfi meminiftis et vidiftis.

c. X. §. 24. *fed has.* Sic Goer. prol. cit. et ad Leg. III, 11, 23 p. 251 (cf. idem ad I. 9, in. p. 37) ex Erlang. et Gud. pro *fed et has*, in quo *et* pro *etiam* Ciceronis confuetudini repugnat (nam ubicunque *et* pro *etiam* in Cic. legitur, ibi vel Codd. inter fe discrepant, vel oratio eft ἀνακόλουθος, ut Off. I, 40, 142. poft *Nam et ordinem fic definiunt,* fequi debebat *et locum actionis etc.* Vid. Wolf. Anal. Vol. II. p. 4 fq.) de orat. I, 8, 30 *ut non aequalibus fuis folum anteponerentur, fed cum maioribus natu compararentur* pro *fed etiam cum mai. n.* pro Planc. 30, 73 *quum me non lacrymis folum tuis, fed animo, corpore, copiis profecutus effes.* Or. 72, 236 *eloquens vero, qui non approbationes folum, fed admirationes movere debet.* Phil. II, 8, in. *ut non modo non cohaerentia inter fe diceres, fed maxime disiuncta atque contraria.* Cf. Drakenborch. ad Liv. II, 6, 1. quibus locis convellitur praeceptum Zumptii *gramm.*

L. Sulla P. Sulpicium oppreſſit; ex urbe eiecit C. Ma-
rium, cuſtodem huius urbis, multosque fortes viros par-
tim eiecit ex civitate, partim interemit. Cn. Octavius
conſul armis ex urbe collegam ſuum expulit; omnis hic
locus acervis corporum et civium ſanguine redundavit.
Superavit poſtea Cinna cum Mario; tum vero, clariſſi-
mis viris interfectis, lumina civitatis exſtincta ſunt. Ul-
tus eſt huius victoriae crudelitatem poſtea Sulla; ne dici
quidem opus eſt, quanta diminutione civium et quanta
calamitate reipublicae. Diſſenſit M. Lepidus a clariſſimo
et fortiſſimo viro Q. Catulo; attulit non tam ipſius in-
25 teritus reipublicae luctum, quam ceterorum. Atque il-
lae diſſenſiones, Quirites, quae non ad delendam, ſed
ad commutandam rempublicam pertinerent — non illi
nullam eſſe rempublicam, ſed in ea, quae eſſet, ſe eſſe
principes, neque hanc urbem conflagrare, ſed ſe in hac
urbe florere voluerunt — atque illae tamen omnes diſ-
ſenſiones, quarum nulla exitium reipublicae quaeſivit,
eiusmodi fuerunt, ut non reconciliatione concordiae, ſed
internecione civium diiudicatae ſint. In hoc autem uno
poſt hominum memoriam maximo crudeliſſimoque bello,
quale bellum nulla unquam barbaria cum ſua gente geſ-
ſit, quo in bello lex haec fuit a Lentulo, Catilina, Caſſio,
Cethego conſtituta, ut omnes, qui ſalva urbe ſalvi eſſe
poſſent, in hoſtium numero ducerentur, ita me geſſi,
Quirites, ut omnes ſalvi conſervaremini; et quum hoſtes
veſtri tantum civium ſuperfuturum putaſſent, quantum

l. §. 725 qui *ſed* pro *ſed etiam* ponendum eſſe, ubi ad infirmiora deſcendatur, non ubi graviora ſubiungantur, contendit.

*L. Sulla P. Sulpicium.* a. u. 666. Eſt bellum civile primum.

*Cn. Octavius — collegam ſuum*, Cinnam a. u. 667. quod bellum Octavianum dicitur, quum Sulla in Aſiam profectus eſſet. Eodem anno *ſuperavit Cinna cum Mario.* Vell. II, 21 ſq. *clariſſimis viris.* Cn. Octavium Coſ. M. Antonium oratorem, Q. Catulum, belli Cimbrici gloria celeberrimum, Merulam Coſ. Cinnae ſuffectum commemorat Vell. l. c. 22. *Ultus eſt — Sulla* a. u. 672. *Diſſenſit M. Lepidus* poſt mortem Sullae a. u. 676.

§. 25. *atque illae tamen omn. diſſ.* non ſic ſimpliciter *tamen* ad reſumendam orationem coeptam, pro *inquam*, *igitur* ponitur, ut ait Ern. ſed quando ſecunda pars ſententiae parentheſi interceptae continet aliquid iis, quae in parentheſi dicta erant, repugnans, ut h. l. *quamvis illae diſſ. non ad delendam, ſed ad commutandam remp. pertinebant.* Brut. 26, 101 *is tamen*, quamquam ſocerum non admodum diligebat. Or. II, 18, 74 *ſed tamen iſta tua*, quamquam iis non utor, ſed aliud genus dicendi ſecutus ſum.



infinitae caedi reſtitiſſet, tantum autem urbis, quantum
flamma obire non potuiſſet, et urbem et cives integros
incolumesque ſervavi. Quibus pro tantis rebus, Quiri- XI
tes, nullum ego a vobis praemium virtutis, nullum in- 26
ſigne honoris, nullum monumentum laudis poſtulo, prae-
terquam huius diei memoriam ſempiternam; in animis
ego veſtris omnes triumphos meos, omnia ornamenta ho-
noris, monumenta gloriae, laudis inſignia, condi et col-
locari volo; nihil me mutum poteſt delectare, nihil ta-
citum, nihil denique huiusmodi, quod etiam minus digni
aſſequi poſſint. Memoria veſtra, Quirites, noſtrae res
alentur, ſermonibus creſcent, litterarum monumentis in-
veteraſcent et corroborabuntur, eandemque diem intelli-
go, (quam ſpero aeternam fore) et ad ſalutem urbis et
ad memoriam conſulatus mei propagatam eſſe, unoque
tempore in hac republica duos cives exſtitiſſe, quorum
alter fines veſtri imperii, non terrae, ſed coeli regio-
nibus terminaret, alter eiusdem imperii domicilium ſe-
demque ſervaret.

Sed quoniam earum rerum, quas ego geſſi, non XII
eſt eadem fortuna atque conditio, quae illorum, qui 27
externa bella geſſerunt, quod mihi cum his vivendum
eſt, quos vici ac ſubegi, illi hoſtes aut interfectos aut
oppreſſos reliquerunt; veſtrum eſt, Quirites, ſi ceteris

*infinitae caedi reſtit.* reſiſtere caedi (nam ab hoc verbo *reſtitiſſet* ducendum videtur, non a *reſtare*: etenim nec *reſtare caedi* pro *e caede* quisquam unquam dixit, quamvis Gesner. in thes. comparet Virg. Aen. VII, 271 *hoc Latio reſtare canunt*, et, quum *reſtare* nihil aliud ſit, niſi *ſupereſſe*, inepta oritur tantologia, *tantum civium ſuperfuturum putaſſent, quantum e caede ſupereſſet*) *reſiſtere* igitur *caedi* eodem modo dicitur, ut *reſiſtere dolori* i. e. non ſuccumbere, ſed hac adiuncta vi, ut ſit fortitudine ſua vel alia ratione efficere, ne caede infinita civium ipſe etiam intereas.

§. 26. *nihil mutum*, ut ſtatua et imago. *quod — poſſint*, ut triumphus, qui fere ſequitur ſupplicationem. *Weiske.*

*eandemque diem intelligo. Diem* pro tempore dici, iam Muret. monuit. Eam a ſe, coniuratione oppreſſa, *propagatam* ſ. productam eſſe dicit, ut et ſalus urbis et memoria conſulatus ſui diutius conſtaret. Sic Garat. *Intelligo* eſſe pro *iudico*, *arbitror*, ut Catil. IV, 4, 7 *alter intelligit* etc. monuit Ern.

*quorum alter*, Pompeius. *non terrae, ſed coeli regionibus* (i. e. finibus, ut Agr. II, 35, 97. Or. II, 16, 67) *terminaret*, eſt hyperbole, ut Virgilianum illud Aen. I, 287 *famam qui terminet aſtris.* cf. Catil. IV, 10, 21.

recte facta sua prosunt, mihi mea ne quando obsint, providere. Mentes enim hominum audacissimorum sceleratae ac nefariae ne vobis nocere possent, ego providi; ne mihi noceant, vestrum est providere. Quamquam, Quirites, mihi quidem ipsi nihil iam ab istis noceri potest: magnum enim est in bonis praesidium, quod mihi in perpetuum comparatum est, magna in republica dignitas, quae me semper tacita defendet, magna vis est conscientiae, quam qui negligent, quum me violare volent,
28 se ipsi indicabunt. Est etiam in nobis is animus, Quirites, ut non modo nullius audaciae cedamus, sed etiam omnes improbos ultro semper lacessamus. Quodsi omnis impetus domesticorum hostium, depulsus a vobis, se in me unum converterit, vobis erit videndum, Quirites, qua conditione posthac eos esse velitis, qui se pro salute vestra obtulerint invidiae periculisque omnibus. Mihi quidem ipsi quid est, quod iam ad vitae fructum possit acquiri, praesertim quum neque in honore vestro, neque in gloria virtutis quidquam videam altius, quo quidem mihi libeat adscendere? Illud perficiam profecto, Quirites, ut ea, quae gessi in consulatu, privatus tuear atque ornem, ut, si qua est invidia in conservanda republica suscepta, laedat invidos, mihi valeat ad gloriam. Denique ita me in republica tractabo, ut meminerim semper, quae gesserim, curemque, ut ea virtute, non casu, gesta esse videantur. Vos, Quirites, quoniam iam nox est, veneramini illum Iovem, custodem huius urbis ac vestrum, atque in vestra tecta discedite, et ea, quamquam iam periculum est depulsum, tamen aeque, ac priore nocte fecistis, custodiis vigiliisque defendite. Id ne vobis diutius faciendum sit, atque ut in perpetua pace esse possitis, providebo, Quirites.

c. XII. §. 27. *recte facta sua.* Sic rhet. ad Herenn. I, 14 *nisi quando pro eo dicimus, cuius multa recte facta constant.* Verr. III, 80, 186. *nisi forte id egisti, ut hominibus ne oblivisci quidem rerum tuarum male gestarum liceret.* Liv. XXVIII, 25 (quem l. indicavit Beck.) *suis recte factis gratiam qui exsolvat, non esse.* Similiter ad Fam. X, 8 in. (ep. 174) *optimae mentis cogitata iampridem, maturo tempore enuntiare*, ubi vid. Manut. Cf. pro Sext. 7 in. *multo acrius otii et communis salutis inimici.* Pro Cluent. 31 in. *qui alterius bene inventis obtemperat.* cf. de inv. II, 2, 4.

*tacita defendet.* quia, qui me laedet, is violandae reip. animum prodet. *Weiske.*

§. 28. *Mihi quidem — acquiri,* ad Famil. III, 7 *postea vero quam ita et cepi et gessi maxima imperia, ut mihi nihil neque ad honorem, neque ad gloriam acquirendum putarem* etc. Similis sententia est or. pro Sull. 9, 27.

*ut ea virt. non casu.* ad Fam. V, 2 *huius ego temeritati si virtute atque animo non restitissem, quis esset, qui me in consulatu non casu potius existimaret, quam consilio, fortem fuisse? Manut.*



*ac priore nocte fecistis.* Recte *fecistis*, in Gud. 2 et Erl. etiam repertum, defendit Goerenz prolus. cit. laudans Heusing. ad Off. I, 1, 1. Defendit etiam Garatonius.

# ORATIO IV

## IN L. CATILINAM QUARTA.

### ARGUMENTUM.

Coniuratis in custodiam traditis, Cicero quum a libertis ac clientibus Lentuli opifices atque servos ad eum eripiendum sollicitari, Cethegi etiam servos ac libertos precibus eius excitari, ut grege facto cum telis ad sese irrumperent, cognovisset, dispositis equitum praesidiis (vid. Phil. II, 7, 16. Sueton. Caes. 14.) senatum in aedem Concordiae eam, de qua vid. ad Catil. III. §. 7. (Phil. II, 8, 17. coll. c. 46, 119.) convocavit, et retulit, quid de his fieri placeret, qui in custodiam traditi erant. Ibi D. Iunius Silanus, consul designatus, de his, qui in custodiis tenebantur, supplicium sumendum decrevit, Tib. Nero asservandos eos, donec Catilina debellatus esset, Iulius autem Caesar, praetor designatus, distribuendos eos per municipia, quae maxime opibus valerent, publicandasque eorum pecunias censuit. In quam sententiam quum multi transirent (Sallust. 50. 51. Plut. Cic. 20. Appian. B. C. II, 5. p. 180 sq.) Cicero hanc orationem habuit, in qua intelligens, hanc maxime ob causam leniorem Caesaris sententiam amplecti senatum, quod timeret, ne, supplicio de coniuratis sumto, Ciceroni gravissimae inimicitiae excitarentur, et extremum periculum conflaretur, (Plut. c. 21.) primum senatum obsecrat, ut id tantum spectet, quid salus reip. postulet, de ipso ne solliciti sint. Quaecunque enim sibi uni proponatur fortuna, eam se subire paratum esse §. 1 — 5. Tum, quanta et quam exitiosa habita sit coniuratio, quam late disseminata, commemorat, ut quam celerrime vindicanda videatur. §. 6. Post hoc exordium duas sententias, alteram Silani, alteram Caesaris exponit §. 7 — 9, easque ita comparat, ut e Caesaris sententia minus sibi periculi impendere ostendat, et Caesarem laudet, qui vere popularis sit, saluti populi prospiciens. §. 9. 10. Sed Silani tamen sententiam nullam crudelitatem habere; nullam enim in tanto scelere puniendo esse posse crudelitatem. Se etiam, ut in hac causa vehementior sit, humanitate et misericordia commoveri, quum, quam misera ac miseranda Catilina cum sociis in urbem ac cives machinatus sit, recordetur, et is vere misericors sit, qui scelus commissum quam vehementissime vindicet, crudelis contra in patriam, qui remissior sit in puniendo §. 11 — 13. Tum refutat eos, qui verebantur, ut consul satis praesidii haberet ad senatus decreta transigenda; omnes enim cives summo studio ac virtute ad communem salutem consentire, praeter eos, qui coniurationi affines sint. §. 14 — 16. nec Lentuli lenonem quemdam in sollicitandis opificibus ac sellulariis quidquam profecisse §. 17. Itaque senatui et consuli populum Romanum non deesse, id potius providendum, ne senatus populo Romano desit; denuo igitur eos ad scelus quam celerrime et quam acerrime vindicandum adhortatur §. 18. 19. Quamvis autem maximam inimicorum multitudinem se susceпisse videat, nunquam tamen fore, ut factorum suorum ac consiliorum sese poeniteat, quum tantam gloriam senatus decretis consecutus sit, ut cum Scipionibus Africanis, L. Aemilio Paulo, Mario, Pompeio comparari possit, bellumque, quod cum perditis civibus sibi susceptum sit, senatus bonorumque omnium auxilio memoriaque servati pop. Rom. se facile a se propulsaturum esse §. 20 — 22. Itaque pro rebus a se gestis nihil nisi consulatus sui memoriam postulat, sin quid sibi acciderit, parvum suum filium iis commendat, senatumque, ut fortiter decernat, cohortatur §. 23. 24.



# ORATIO IV

## IN L. CATILINAM HABITA IN SENATU.

Video, patres conscripti, in me omnium vestrum ora I
atque oculos esse conversos. Video, vos non solum de 1
vestro ac reipublicae, verum etiam, si id depulsum sit, de meo periculo esse sollicitos. Est mihi iucunda in malis

et grata in dolore vestra erga me voluntas; sed eam, per
deos immortales! quaeso, deponite, atque obliti salutis
meae de vobis ac de liberis vestris cogitate. Mihi si haec
conditio consulatus data est, ut omnes acerbitates, omnes
dolores cruciatusque perferrem, feram non solum forti-
ter, sed etiam libenter, dummodo meis laboribus vobis
2 populoque Romano dignitas salusque pariatur. Ego sum
ille consul, Patres conscripti, cui non forum, in quo omnis
aequitas continetur, non campus, consularibus auspiciis
consecratus, non curia, summum auxilium omnium gen-
tium, non domus, commune perfugium, non lectus, ad
quietem datus, non denique haec sedes honoris unquam
vacua mortis periculo atque insidiis fuit. Ego multa ta-
cui, multa pertuli, multa concessi, multa meo quodam
dolore in vestro timore sanavi. Nunc, si hunc exitum
consulatus mei dii immortales esse voluerunt, ut vos, Pa-
tres conscripti, populumque Romanum ex caede miser-
rima, coniuges liberosque vestros virginesque Vestales ex
acerbissima vexatione, templa atque delubra, hanc pul-
cherrimam patriam omnium nostrum, ex foedissima flam-
ma, totam Italiam ex bello et vastitate eriperem, quae-
cunque mihi uni proponetur fortuna, subeatur. Etenim

c. I. §. 1. *voluntas*. benevolentia, quae ipsa efficiebat, ut solliciti essent de Ciceronis salute. Itaque quum sollicitudinis notio insit in vocabulo *voluntatis*, *eam deponite* dicens, *eam* ad sollicitudinem retulit *πρὸς τὸ σημαινόμενον*.

§. 2. *in quo omnis aequ. cont.* Sic pro Mur. §. 31. *deque eo pauca disseram: neque enim causa in hoc continetur.* Alias *contineri in re* dicitur, quod eam non egreditur, sed intra eam coërcetur, ut epp Fam. VII, 19 *in qua exercitatione nos te continebimus.* Brut. 97 *contine te in tuis perennibus studiis.* *Contineri re* est positum esse in re, ea servari, ex ea pendere. Fin. II, 15 in. *honestas tota his quatuor virtutibus continetur.* Cf. Beier. ad Off. III. p. 220. Hunc locum imitatione expressum esse a Livio 40, 10. ubi Perseus, *quo enim alio confugiam*, inquit, *cui non — domus, non epulae, non nox ad quietem data naturae beneficio mortalibus, tuta est*, annotavit Muret. V. L. XIX, 14. Cf. pro Mur. §. 82.

*consul. ausp. cons.* vid. pro Mur. 1.

*sedes honoris*, sella curulis, quod ipsum olim addebatur. Liv. IX, 46 cit. Heum. *Flavius afferri curulem eo sellam iussit, atque e sede honoris sui anxios invidia inimicos spectavit.* Hunc locum expressit Auson. grat. act. ad Gratianum c. 2.

*multa tacui.* Videtur de multis potentibus intelligere, qui in suspicionem coniurationis vocabantur, Crasso, Caesare, aliis. *Muret.*

*in vestro timore*, vid. ad orat. pro Roscio §. 22. De timore vid. pro Sext. 3, 8. c. n. Abram. 4. extr.



si P. Lentulus suum nomen, inductus a vatibus, fatale ad
perniciem reipublicae fore putavit, cur ego non laeter,
meum consulatum ad salutem reipublicae prope fatalem
exstitisse? Quare, Patres conscripti, consulite vobis, pro- II
spicite patriae, conservate vos, coniuges, liberos fortu- 3
nasque vestras, populi Romani nomen salutemque defen-
dite! mihi parcere ac de me cogitare desinite. Nam pri-
mum debeo sperare, omnes deos, qui huic urbi praesident,
pro eo mihi ac mereor relaturos gratiam esse; deinde,
si quid obtigerit, aequo animo paratoque moriar: neque
enim turpis mors forti viro potest accidere, neque im-
matura consulari, nec misera sapienti. Nec tamen ego
sum ille ferreus, qui fratris carissimi atque amantissimi
praesentis moerore non movear horumque omnium la-
crymis, a quibus me circumsessum videtis; neque meam
mentem non domum saepe revocat exanimata uxor, ab-
iecta metu filia et parvulus filius, quem mihi videtur am-
plecti respublica tanquam obsidem consulatus mei, neque
ille, qui exspectans huius exitum diei adstat in conspectu
meo gener. Moveor his rebus omnibus, sed in eam par-
tem, ut salvi sint vobiscum omnes, etiamsi vis aliqua me
oppresserit, potius, quam et illi et nos una reipublicae

c. II. §. 3. *turpis mors.* Nam ea demum turpis est mors, quam qui oppetit, debilitatur ac frangitur animo, ignaveque et muliebriter se gerit. *Immatura* autem *mors* ea dici solet, quae interrumpit institutum ad gloriam cursum. E Muret. not. Huc respicit Cic. Phil. 2, 46, 119 *Etenim si abhinc annos prope viginti hoc ipso in templo negavi posse mortem immaturam esse consulari, quanto verius nunc negabo seni?* Quint. VI, 3, 109 pro *turpis* legisse videtur *gravis*, quod recepit Schütz; sed *gravis mors* non multum distat a *misera*.

*quem mihi videtur amplecti resp. tanqu. obsid.* qui confirmet, me nihil gesturum in consulatu, nisi quod saluti sit reip. Nam qui liberos habent, non minus liberorum causa, quam sua, salvam remp. velle debent. *Muret.* Ciceronis autem filius tum unum annum agebat, ut monuit Ferrat. ex epp. ad Att. I, 2. Dionys. Hal Rhet. p. 237. ed. Reiske. *ἐκ δὲ τούτου καὶ ἐντιμοτέρους ἀνάγκη γίνεσθαι τοὺς ἀνθρώπους καὶ πιστοτέρους δοκεῖν καὶ εὐνουστέρους περὶ τὰς αὐτῶν πατρίδας ἐν παντί, διὰ τὸ ὥσπερ ὅμηρα δεδωκέναι ταῖς πατρίσι τοὺς ἑαυτῶν παῖδας.*

*gener.* C. Calpurnius Piso, cui Tulliam biennio ante, Cotta et Torquato coss. collocavit. vid. ad Att. I, 2. *Adstat in conspectu meo*, extra curiae (templi) valvas, ut opinor: nam quum quaestor fuerit Pisone et Gabinio coss. ut est in or. post red. in sen. 15 non videtur Cicerone cos. senator esse potuisse, quum praesertim senatum aliquot annis ante censores legissent Lentulus et Gellius. *Manut.*

*una reip. peste.* Sic infra c. VI *uno incendio*, quod totam urbem eodem tempore corripit, et

4 peste pereamus. Quare, Patres conscripti, incumbite ad
reipublicae salutem; circumspicite omnes procellas, quae
impendent, nisi providetis. Non Ti. Gracchus, qui
iterum tribunus plebis fieri voluit, non C. Gracchus, qui
agrarios concitare conatus est, non L. Saturninus, qui C.
Memmium occidit, in discrimen aliquod atque in vestrae
severitatis iudicium adducitur; tenentur ii, qui ad urbis
incendium, ad vestrum omnium caedem, ad Catilinam
accipiendum Romae restiterunt; tenentur litterae, signa,
manus, denique uniuscuiusque confessio; sollicitantur Al-
lobroges, servitia excitantur, Catilina arcessitur; id est
initum consilium, ut, interfectis omnibus, nemo ne ad
deplorandum quidem reipublicae nomen atque ad lamen-
III tandam tanti imperii calamitatem relinquatur. Haec
5 omnia indices detulerunt, rei confessi sunt, vos multis
iam iudiciis iudicastis; primum, quod mihi gratias egistis
singularibus verbis, et mea virtute atque diligentia per-
ditorum hominum patefactam esse coniurationem decrevi-
stis; deinde, quod P. Lentulum, ut se abdicaret praetura,
coëgistis; tum, quod eum et ceteros, de quibus iudicastis,
in custodiam dandos censuistis, maximeque, quod meo
nomine supplicationem decrevistis, qui honos togato habitus
ante me est nemini; postremo hesterno die praemia legatis
Allobrogum Titoque Vulturcio dedistis amplissima; quae
sunt omnia eiusmodi, ut ii, qui in custodiam nominatim dati
sunt, sine ulla dubitatione a vobis damnati esse videantur.

depascitur. Est autem *una pestis*, quae omnes eodem tempore corripit et perimit. Eodem modo de pestilentia Statius: *Et populis mors una venit*, magna multitudo hominum eodem tempore perit. Ovid. Metam. I, 721 de Argo: *centum oculos mors occupat una.* Sic *unum bellum* per omnes populos eodem tempore diffusum ap. Flor. III, 17. Vide quae notavi ad eiusdem scriptoris lib. IV cap. ult. ultima fere verba. Ista una pestis nefaria coniuratio in remp. *Graev.* Similiter de Offic. II, 8, 27. *Secutus est, qui — universas provincias regionesque uno calamitatis iure comprehenderet*, ubi vid. Beier. p. 56.

§. 4. *C. Memmium*, qui cum Glaucia consulatum petebat a. u. 654 et suffragia laturus videbatur. Appian. B. C. I, 32 p. 46.

c. III. §. 5. *iudiciis.* vid. ad or. pro S. Roscio §. 108.

*ut se abd. pr. coëgistis.* de orat. III, 3, 9. *Catulum — esse coactum, ut vita se ipse privaret.* Verr. II, 17, 41. *cogere incipit eos, ut absentem Heraclium condemnarent.* Cf. Mil. 26, 71. epp. fam. XII, 30 (178, 11) ad Att. III, 19 (28, 4) Tusc. I, 8, 15. Sed raro tamen Cic. *ut* ponit post *cogere.*

*sine ulla dubitat.* non videtur esse pro sine dubio — vid. ad epp. 157, 4. — sed hic sensus esse: ita a vobis damnati, ut eos damnare non dubitaveritis.



Sed ego institui referre ad vos, Patres conscripti, 6
tanquam integrum, et de facto, quid iudicetis, et de
poena, quid censeatis. Illa praedicam, quae sunt consu-
lis. Ego magnum in republica versari furorem et nova
quaedam misceri et concitari mala impridem videbam;
sed hanc tantam, tam exitiosam haberi coniurationem a
civibus nunquam putavi. Nunc, quidquid est, quocun-
que vestrae se mentes inclinant atque sententiae, statuen-
dum vobis ante noctem est. Quantum facinus ad vos
delatum sit, videtis; huic si paucos putatis affines esse,
vehementer erratis. Latius opinione disseminatum est hoc
malum; manavit non solum per Italiam, verum etiam
transcendit Alpes, et obscure serpens multas iam pro-
vincias occupavit. Id opprimi sustentando ac prolatando
nullo pacto potest; quacunque ratione placet, celeriter
vobis vindicandum est.
Video duas adhuc esse sententias, unam D. Silani, IV
qui censet, eos, qui haec delere conati sunt, morte esse 7
multandos, alteram C. Caesaris, qui mortis poenam re-
movet, ceterorum suppliciorum omnes acerbitates ample-
ctitur. Uterque et pro sua dignitate et pro rerum magni-
tudine in summa severitate versatur. Alter eos, qui nos
omnes, qui populum Romanum vita privare conati sunt,
qui delere imperium, qui populi Romani nomen exstin-
guere, punctum temporis frui vita et hoc communi spi-
ritu non putat oportere, atque hoc genus poenae saepe in

§. 6. *quae sunt consulis*, ut vos ad coniurationem celeriter vindicandam excitem. vid. c. IX. extr.

*quidquid est, quocunque v. se m. inclinant.* Verba *quocunque — incl.* non pendent a *quidquid est:* nam tum *quo, non quocunque* scriptum oportuit; sed sunt duae sententiae ἐκ παραλλήλου positae pro *quidquid est, id est, quocunque v. se m. inclinant.*

*statuendum vobis ante noctem est*, tum quia periculum erat, ne noctu aliquis tumultus excitaretur, ut per vim eriperentur ii, qui in custodiam dati erant, tum quia senatum ante noctem dimitti oportebat. *Muret.*

*affines.* vid. pro Rosc. 7. §. 18. Sic *aff. sceleri* Sull. 25, 70. *turpitudini* Cluent. 45. extr. *suspicionis* Sull. 5. extr. *rei capitalis* Verr. II, 38, 94.

c. IV. §. 7. *D. Silani*, consulis designati. Sall. c. 50. *Tum D. Silanus, primus sententiam rogatus, quod eo tempore consul designatus erat.* Appian. B. C. II, 5 p. 180. *Σιλανὸς μὲν δὴ πρῶτος ἔλεγεν, ὃς ἐς τὸ μέλλον ᾕρητο ὑπατεύειν· ὧδε γὰρ Ῥωμαίοις ὁ μέλλων ὑπατεύσειν πρῶτος ἐσφέρει γνώμην, ὡς αὐτός, οἶμαι, πολλὰ τῶν κυρουμένων ἐργασόμενος, καὶ ἐκ τοῦδε εὐβουλότερόν τε καὶ εὐλαβέστερον ἐνθυμησόμενος περὶ ἑκάστου.* — *C. Caesaris*, praetoris designati. Suet. Caes. 14.

improbos cives in hac republica eſſe uſurpatum recor-
datur. Alter intelligit, mortem a diis immortalibus non
eſſe ſupplicii cauſa conſtitutam, ſed aut neceſſitatem natu-
rae, aut laborum ac miſeriarum quietem eſſe; itaque eam
ſapientes nunquam inviti, fortes etiam ſaepe libenter op-
petiverunt; vincula vero, et ea ſempiterna, certe ad ſingu-
larem poenam nefarii ſceleris inventa ſunt. Itaque munici-
piis dispertiri iubet. Habere videtur iſta res iniquitatem, ſi
imperare velis, difficultatem, ſi rogare; decernatur tamen,
8 ſi placet. Ego enim ſuſcipiam, et, ut ſpero, reperiam,
qui id, quod ſalutis omnium cauſa ſtatueritis, non putent
eſſe ſuae dignitatis recuſare. Adiungit gravem poenam
municipibus, ſi quis eorum vincula ruperit; horribiles
cuſtodias circumdat, et digna ſcelere hominum perditorum
ſancit, ne quis eorum poenam, quos condemnat, aut per
ſenatum aut per populum levare poſſit; eripit etiam
ſpem, quae ſola homines in miſeriis conſolari ſolet. Bona
praeterea publicari iubet; vitam ſolam relinquit nefariis
hominibus; quam ſi eripuiſſet, multos uno dolore dolores
animi ac corporis et omnes ſcelerum poenas ademiſſet.
Itaque ut aliqua in vita formido improbis eſſet poſita, apud

*recordatur*, pro eo, quod conſequens eſt recordationi, commemorat.

*Alter intelligit, mortem — quietem eſſe.* Caeſar ap. Salluſt. c. 51. *in luctu atque miſeriis mortem aerumnarum requiem, non cruciatum eſſe; eam cuncta mortalium mala diſſolvere; ultra neque curae neque gaudio locum eſſe.* quod Muret. V. L. XIX, 22 expreſſum putat e Soph. Antig. 463. *ὅστις γὰρ ἐν πολλοῖσιν, ὡς ἐγώ, κακοῖς ζῇ, πῶς ὅδ' οὐχὶ κατθανὼν κέρδος φέρει;* Cic. pro Mil. 37 in. *mortem naturae finem eſſe, non poenam. Neceſſitas* autem *naturae* eſt, quam natura affert, id quod aliter non poteſt evenire atque a natura conſtitutum eſt. Alio ſenſu Off. I, 35. in. *quae partes corporis ad naturae neceſſitatem datae adſpectum eſſent deformem habiturae atque turpem, eas contexit atque abdidit.*

*vincula vero — publicari iubet.* Salluſt. l. c. *ita cenſeo: publicandas eorum pecunias, ipſos in vinculis habendos per municipia, quae maxume opibus valent; neu quis de his poſtea ad Senatum referat, neve cum populo agat; qui aliter fecerit, Senatum exiſtimare, eum contra remp. et ſalutem omnium facturum.* cf. Dio Caſſ. XXXVII, 36. p. 134 ſq. Quod in ipſa Caeſaris oratione addendum erat, *ipſos in vinculis habendos per municipia*, orator de iis dicens, quae iam ab alio dicta et ab omnibus audita erant, non neceſſe habebat addere, ſed inſunt ea in verbis *vincula vero — inventa ſunt.* Caeſim vero vel membratim Ciceronis ſaepe progreditur oratio, quando ad ſingula reſpondendum eſt. Schütz. tamen hic aliquot verba excidiſſe perſpicuum exiſtimans, ſic fere ſcripſiſſe Ciceronem ſuſpicatur: *in vinculis igitur illos habendos municipiis dispertiri iubet.*



inferos eiusmodi quaedam illi antiqui ſupplicia impiis con-
ſtituta eſſe voluerunt, quod videlicet intelligebant, his re-
motis, non eſſe mortem ipſam pertimeſcendam.
Nunc, Patres conſcripti, ego mea, video, quid in- V
terſit. Si eritis ſecuti ſententiam C. Caeſaris, quoniam 9
hanc in republica viam, quae popularis habetur, ſecutus
eſt, fortaſſe minus erunt, hoc auctore et cognitore huiusce
ſententiae, mihi populares impetus pertimeſcendi; ſin
illam alteram, neſcio, an amplius mihi negotii contraha-
tur. Sed tamen meorum periculorum rationes utilitas
reipublicae vincat. Habemus enim a C. Caeſare, ſicut
ipſius dignitas et maiorum eius amplitudo poſtulabat, ſen-
tentiam tanquam obſidem perpetuae in rempublicam vo-
luntatis. Intellectum eſt, quid interſit inter levitatem
concionatorum et animum vere popularem, ſaluti po-
puli conſulentem. Video de iſtis, qui ſe populares haberi 10
volunt, abeſſe non neminem, ne de capite videlicet ci-
vium Romanorum ſententiam ferat. Is et nudius tertius
in cuſtodiam cives Romanos dedit, et ſupplicationem
mihi decrevit, et indices heſterno die maximis praemiis
affecit. Iam hoc nemini dubium eſt, qui reo cuſtodiam,
quaeſitori gratulationem, indici praemium decrevit, quid
de tota re et cauſa iudicarit. At vero C. Caeſar intel-
ligit, legem Semproniam eſſe de civibus Romanis conſti-
tutam; qui autem reipublicae ſit hoſtis, eum civem eſſe
nullo modo poſſe; denique ipſum latorem legis Sempro-
niae iuſſu populi poenas reipublicae dependiſſe. Idem
ipſum Lentulum, largitorem et prodigum, non putat,

*voluerunt*, i. e. ſtatuerunt, contenderunt, affirmarunt, ut Tuſc. disp. V, 14, 41 *volumus eum, qui beatus ſit, tutum eſſe, inexpugnabilem* etc. Cf. de offic. I, 27, 96. III, 28, 102. 31, 111. de amic. 9, 29. quos locos adſcripſit Heum.

V. §. 9. *cognitore* i. e. defenſore, ut explicat Erneſti in Cl.

*amplius negotii.* Rara dictio. Ne tamen reſcribas *plus negotii.* Nam et apud Caeſ. B. G. VI, 9 eſt *amplius obſidum. Heum.*

*tanquam obſidem*, quae confirmet, eum ita popularem fore ut tamen ſemper ſit bonarum in rep. partium. *Muret.*

*quid interſit.* Lael. 25, 95. *Concio, quae ex imperitiſſimis conſtat, tamen iudicare ſolet, quid interſit inter popularem, id eſt, aſſentatorem et levem civem, et inter conſtantem, ſeverum et gravem.*

§. 10. *iuſſu populi.* Cauſae ſerviens hoc dicit; neque enim populi iuſſu interfectus eſt Gracchus. *Muret.* Opimio a ſenatu permiſſa erat resp. illa formula, qua magiſtratui ſine populi iuſſu coërcere omnibus modis ſocios atque cives licebet. Salluſt. 29.

*largitorem et prodigum.* Cic. Off. II, 16 *omnino duo ſunt genera largorum; quorum alteri prodigi, alteri liberales. Prodi-*

quum de pernicie populi Romani et exitio huius urbis tam acerbe tamque crudeliter cogitarit, appellari posse popularem. Itaque homo mitissimus atque lenissimus non dubitat P. Lentulum aeternis tenebris vinculisque mandare, et sancit in posterum, ne quis huius supplicio levando se iactare et in pernicie populi Romani posthac popularis esse possit; adiungit etiam publicationem bonorum, ut omnes animi cruciatus et corporis etiam egestas et mendicitas consequatur.

VI Quamobrem sive hoc statueritis, dederitis mihi co-
11 mitem ad concionem populo carum atque iucundum; sive
Silani sententiam sequi malueritis, facile me atque vos a crudelitatis vituperatione defendetis. Quamquam, Patres conscripti, quae potest esse in tanti sceleris immanitate punienda crudelitas? ego enim de meo sensu iudico. Nam ita mihi salva republica vobiscum perfrui liceat, ut ego, quod in hac causa vehementior sum, non atrocitate animi moveor, — quis enim est me mitior? — sed singulari quadam humanitate et misericordia. Videor enim mihi hanc urbem videre, lucem orbis terrarum atque arcem omnium gentium, subito uno incendio concidentem; cerno animo sepultam patriam, miseros atque insepultos acervos ci-

*gi, qui epulis et visceractionibus et gladiatorum muneribus, ludorum venationumque apparatu pecunias profundunt in eas res, quarum memoriam aut brevem aut nullam omnino sint relicturi.*

c. VI. §. 11. *dederitis* non est pro dabitis, ut vult Heum. sed duobus istis futuris uti solent, quando altera actio non consequens est priori, sed eodem, quo prior, temporis puncto eventum habet. Vid. Exc. Itaque sensus est: effeceritis, ut, quum in concionem prodiero, Caesaris auctoritas quasi praesentis orationi meae suffragetur.

*defendetis.* Sequebantur illa: *atque obtinebo, eam multo leniorem fuisse*, quibus sententiarum nexus interrumpitur: nam de crudelitate, de qua antea, statim post etiam loquitur. Eiecit Heum.

*ita mihi salva rep.* Est asseverandi formula, qua, quod asseverant, verum esse affirmant addito eo, quod maxime sibi contingere optant. Verr. V, 14 in. *Ita mihi meam voluntatem spemque reliquae vitae vestra populique R. existimatio comprobet, ut ego, quos adhuc mihi magistratus pop. R. mandavit, sic eos accepi, ut me omnium officiorum obstringi religione arbitrarer*, et ib. §. 37. *ita mihi deos omnes propitios esse velim, ut nequaquam tantum capio voluptatis.* Cf. ad Fam. X, 12.

*sepultam patriam.* A Lambino inde edebatur *sepulta in patria.* At „num in eo, quod sepultum est, cogitari potest insepultum quiddam? Adde, quod Cic. hic, ut saepe, patriam personae imagine repraesentat. At si dixisset *sepulta in patria*, tum sermo esset de solo, ut infra §. 16 *hoc commune patriae solum.* Solum autem non sepelitur, sed mortui sepeliuntur in solo.“ *Morgenstern.*



vium; versatur mihi ante oculos adspectus Cethegi et furor
in vestra caede bacchantis. Quum vero mihi proposui re- 12
gnantem Lentulum, sicut ipse se ex fatis sperasse confessus
est, purpuratum esse hunc Gabinium, cum exercitu venisse Catilinam, tum lamentationem matrumfamilias, tum fugam virginum atque puerorum ac vexationem virginum Vestalium perhorresco. Et, quia mihi vehementer haec videntur misera atque miseranda, idcirco in eos, qui ea perficere voluerunt, me severum vehementemque praebeo. Etenim quaero, si quis paterfamilias, liberis suis a servo interfectis, uxore occisa, incensa domo, supplicium de servo non quam acerbissimum sumserit, utrum is clemens ac misericors, an inhumanus et crudelissimus esse videatur? mihi vero importunus ac ferreus, qui non dolore ac cruciatu nocentis suum dolorem cruciatumque lenierit. Sic nos in his hominibus, qui nos, qui coniuges, qui liberos nostros trucidare voluerunt, qui singulas uniuscuiusque nostrum domos et hoc universum reipublicae domicilium delere conati sunt, qui id egerunt, ut gentem Allobrogum in vestigiis huius urbis atque in cinere deflagrati imperii collocarent, si vehementissimi fuerimus, misericordes habebimur; sin remissiores esse voluerimus, summae nobis crudelitatis in patriae civiumque pernicie
fama subeunda est. Nisi vero cuipiam L. Caesar, vir for- 13
tissimus et amantissimus reipublicae, crudelior nudius tertius visus est, quum sororis suae, feminae lectissimae, virum praesentem et audientem vita privandum esse dixit, quum avum iussu consulis interfectum filiumque eius impuberem, legatum a patre missum, in carcere necatum

§. 12. *purpuratum*, regis amicum et ministrum regni. Cic. Tusc. disp. I, 43. Liv. XXX, 42.

§. 13. *Nisi vero.* vid. ad or. pro S. Roscio §. 82.

*sororis suae*, Iuliae, quae, mortuo marito priore M. Antonio Cretico, ex quo M. Antonii triumviri mater fuit, nupserat P. Corn. Lentulo.

*avum*, M. Fulvium Flaccum, de quo vid. Catil. I, 2, 4. Eius filia Fulvia uxor fuit L. Iulii Caesaris, cos. a. u. 663 et ex eo mater huius L. Caesaris. Phil. II, 6, 14 *L. Caesar, avunculus tuus, qua oratione, qua constantia, qua gravitate sententiam dixit in sororis suae virum, vitricum tuum?*

*filiumque eius impuberem.* Vellei. II, 7, 2. *iuvenis, specie excellens, necdum duodevicesimum transgressus annum, immunisque delictorum paternorum, Fulvii Flacci filius, quem pater legatum de conditionibus miserat, ab Opimio interemptus est. Quem quum haruspex Tuscus, amicus, flentem in custodiam duci vidisset, quin tu hoc potius, inquit, facis? protinusque illiso capite in postem lapideum ianuae carceris effusoque*

eſſe dixit. Quorum quod ſimile fuit factum? quod initum delendae reipublicae conſilium? Largitionis voluntas tum in republica verſata eſt et partium quaedam contentio. Atque illo tempore huius avus Lentuli, clariſſimus vir, armatus Gracchum eſt perſecutus; ille etiam grave tum vulnus accepit, ne quid de ſumma republica minueretur; hic ad evertenda fundamenta reipublicae Gallos arceſſit, ſervitia concitat, Catilinam vocat, attribuit nos trucidandos Cethego, ceteros cives interficiendos Gabinio, urbem inflammandam Caſſio, totam Italiam vaſtandam diripiendamque Catilinae. Veremini, cenſeo, ne in hoc ſcelere tam immani ac nefando nimis aliquid ſevere ſtatuiſſe videamini, quum multo magis ſit verendum, ne remiſſione poenae crudeles in patriam, quam ne ſeveritate animadverſionis nimis vehementes in acerbiſſimos hoſtes fuiſſe videamur.

VII
14 Sed ea, quae audio, Patres conſcripti, diſſimulare non poſſum: iaciuntur enim voces, quae perveniunt ad aures meas, eorum, qui vereri videntur, ut habeam ſatis praeſidii ad ea, quae vos ſtatueritis hodierno die, transigunda. Omnia et proviſa et parata et conſtituta ſunt, Patres conſcripti, cum mea ſumma cura atque diligentia, tum multo etiam maiore populi Romani ad ſummum imperium retinendum et ad communes fortunas conſervandas voluntate. Omnes adſunt omnium ordinum homines, omnium denique aetatum; plenum eſt forum, plena templa circa forum, pleni omnes aditus huius loci ac templi. Cauſa enim eſt poſt urbem conditam haec inventa ſola, in qua omnes ſentirent unum atque idem, praeter eos, qui, quum

*cerebro exſpiravit.* Conf. Valer. Max. IX, 12, 6. *Necatum* autem *eſſe* pro necari iuſſum eſſe, ut ap. Vell. *interemptus* eſt, ubi Ruhnk. citat Schulting. ad Senec. Controv. I p. 96. Cf. ſupra ad Catil. I, 2, 5.

*huius avus Lentuli.* Phil. VIII, 4, 14. *Num igitur temerarium civem aut crudelem putares — — P. Lentulum, principem ſenatus, complures alios ſummos viros, qui cum L. Opimio cos. armati Gracchum in Aventinum perſecuti ſunt?* quo in proelio *Lentulus grave vulnus accepit.*

*Veremini, cenſeo.* Notandum *cenſeo* ironice et ſine regimine poſitum, cuius aliud exemplum non ſuppetit.

*remiſſione poenae*, ſi remiſſiores, leniores fuerimus in puniendo. Opp. *ſeveritas animadverſionis.*

c. VII. §. 14. *iaciuntur.* Alii *iactantur.* Sed recte Ern. *iactantur* conveniret inimicorum Ciceronis inſolentiae, amicis Catilinae. At hic loquuntur viri boni, amici cauſae Ciceronis, ſed timidi. Hi interdum inter amicos ſic loquebantur; quod eſt *iacere voces.*



ſibi viderent eſſe pereundum, cum omnibus potius, quam ſoli, perire voluerunt. Hoſce ego homines excipio et 15
ſecerno libenter: neque enim in improborum civium, ſed in acerbiſſimorum hoſtium numero habendos puto. Ceteri vero, dii immortales! qua frequentia, quo ſtudio, qua virtute ad communem dignitatem ſalutemque conſentiunt? Quid ego hic equites Romanos commemorem? qui vobis ita ſummam ordinis conſiliique concedunt, ut vobiscum de amore reipublicae certent; quos ex multorum annorum diſſenſione ad huius ordinis ſocietatem concordiamque revocatos hodiernus dies vobiscum atque haec cauſa coniungit. Quam coniunctionem ſi in conſulatu confirmatam meo perpetuam in republica tenuerimus; confirmo vobis, nullum poſthac malum civile ac domeſticum ad ullam reipublicae partem eſſe venturum. Pari ſtudio defendendae reipublicae conveniſſe video tribunos aerarios, fortiſſimos viros, ſcribas item univerſos, quos quum caſu hic dies ad aerarium frequentaſſet, video ab exſpectatione ſortis ad communem ſalutem eſſe converſos. Omnis ingenuorum adeſt multitudo, etiam tenuiſſimorum. Quis eſt enim, cui non haec templa, adſpectus urbis, poſſeſſio libertatis, lux denique haec ipſa et hoc commune patriae ſolum quum ſit carum, tum vero dulce atque iucundum? Operae pretium eſt, Patres con- VIII
16

*cum omnibus — perire vol.* Cf. Catil. II, §. 21.

§. 15. *ſummam ordinis conſiliique*, i. e. locum primum inter ordines et ius de rep. deliberandi ac decernendi; exquiſita latinitate. *Ern. ita — ut* pro *quidem — ſed*, ut pro Roſc. §. 72.

*ex multorum annorum diſſenſione*, propter iudicia, quae lege Sempronia equitibus tributa, lege Cornelia L. Corn. Sullae a. u. 672 ad ſenatum translata, tandem lege Aurelia L. Aurelii Cottae praetoris a. u. 683 cum utroque ordine et tribunis aerariis communicata erant. — *revocatos* lege Aurelia.

*tribunos aerarios*, per quos militibus pecunia ſtipendiorum numerabatur. Erant autem plebeii ordinis.

*Scribae* erant plebeii ordinis, imprimis libertini, qui in certas decurias deſcripti mercedem ex aerario accipiebant, et ſorte diſtribuebantur inter magiſtratus. Vid. Ern. cl. Hinc *ab exſpectatione ſortis*, quia, ut annotat ſchol. anon. convenerant, ut ſortirentur officia, qui ſcriba eſſet conſulis, qui tribuni plebis.

*frequentaſſet*, frequentes congregaſſet, quo ſenſu vox in Cicerone vix alibi invenitur: nam or. pro dom. 33 vix nunc quisquam cum Graevio, Heum., Weiskio comparet. Verius videtur vulgatum ante Lambinum *frequentes advocaſſet*, alterum certe verbum vix gloſſam ſapit. Hoc autem iungendum cum *eſſe converſos*, non cum *video;* ne cum Ern. *frequentarit* legendum putes

ſcripti, libertinorum hominum ſtudia cognoſcere, qui, virtute ſua fortunam civitatis conſecuti, hanc vere ſuam patriam eſſe iudicant, quam quidam hic nati et ſummo nati loco non patriam ſuam, ſed urbem hoſtium eſſe iudicaverunt. Sed quid ego hos homines ordinesque commemorem, quos privatae fortunae, quos communis respublica, quos denique libertas ea, quae dulciſſima eſt, ad ſalutem patriae defendendam excitavit? ſervus eſt nemo, qui modo tolerabili conditione ſit ſervitutis, qui non audaciam civium perhorreſcat, qui non haec ſtare cupiat, qui non tantum, quantum audet et quantum poteſt, con-
17 ferat ad communem ſalutem voluntatis. Quare ſi quem
veſtrum forte commovet hoc, quod auditum eſt, lenonem quendam Lentuli concurſare circum tabernas, pretio ſpe-

c. VIII, §. 16. *fortunam civitatis* i. e. civitatem ſ. ius civitatis: nam, ut recte Ern. etſi quis per virtutem conſequitur libertatem et ius civitatis, tamen in eo eſt fortunae etiam bonum, quia non ſemper virtus accipit, quod meretur.

*Sed quid ego — commemorem?* Heumann. „*Quid ego commemorem* inquit, eſt formula praeteritionis, ac tum uſurpatur, quum aliquid non ſum commemoraturus. At quum iam commemoravi aliquid et ad ultimum dicere volo, commemoratione illa me potuiſſe ſuperſedere, ſubiungo *quid eos commemoro?* hoc eſt, cur tam longus ſum in iis commemorandis? pro Mil. 7. 18." At Or. III, 8. in. poſt multa exempla: *Sed quid ego vetera conquiram?* Tuſc. I. 45 in. *Sed quid ſingulorum opiniones animadvertam?* Fin. V, 22. 63. *quid loquar de nobis*, ubi vid. Goerenz.

*quos privatae fortunae* pertinet ad equites, *comm. resp.* ad tribunos aerarios, ſcribas, omnem ingenuorum multitudinem, *libertas* ad libertinos. Abſurda eſt lectio vulgatà *huiusce ordinis homines*, quod ad ſolos libertinos ſpectaret, in quos non conveniunt *privatae fortunae.*

*tantum — voluntatis.* Ut hic genitivus *voluntatis* longius a *tantum* remotus eſt, ſic Or. III, 23 in. *non tantum ingenioſo homini et ei, qui forum, qui curiam, qui cauſas, qui remp. ſpectet, opus eſſe arbitror temporis.* ib. 24 in. *ſatis video tibi, homini ad perdiſcendum acerrimo, ad ea cognoſcenda, quae dicis, fuiſſe temporis.* I, 47, extr. *quoniam id nobis, Antoni, hominibus id aetatis, oneris ab horum adoleſcentium ſtudiis imponitur*, qui ordo Schützio ita et intricatior paulo et parum concinnus viſus est, ut *oneris* ante *Antoni* transponeret. Similiter h. l. Heum. *voluntatis* deleri volebat. Offic. II, 9 extr. *quantum volet, habebit ad faciendam fidem virium.* cf. pro Arch. p. §. 13. Or. I, 1, 3. Offic. I, 6, 19.

§. 17. *lenonem quendam Lent.* Salluſt. c. 50. *Dum haec in ſenatu aguntur et dum legatis Allobrogum et Tito Vulturcio, comprobato eorum indicio, praemia decernuntur, liberti et pauci ex clientibus Lentuli diverſis itineribus opifices atque ſervitia in vicis ad eum eripiendum ſollicitabant.* Conf. Dio Caſſ. XXXVII, 35 p. 134. Appian. B. C. II, 5 p. 180.



rare ſollicitari poſſe animos egentium atque imperitorum, eſt id quidem coeptum atque tentatum, ſed nulli ſunt inventi tam aut fortuna miſeri, aut voluntate perditi, qui non illum ipſum ſellae atque operis et queſtus quotidiani locum, qui non cubile ac lectulum ſuum, qui denique non curſum hunc otioſum vitae ſuae ſalvum eſſe velint. Multo vero maxima pars eorum, qui in tabernis ſunt, immo vero (id enim potius eſt dicendum) genus hoc univerſum amantiſſimum eſt otii: etenim omne eorum inſtrumentum, omnis opera ac quaeſtus frequentia civium ſuſtentatur, alitur otio; quorum ſi quaeſtus, occluſis tabernis, minui ſolet, quid tandem incenſis futurum fuit?

Quae quum ita ſint, Patres conſcripti, vobis populi IX
Romani praeſidia non deſunt, vos ne populo Romano 18
deeſſe videamini, providete. Habetis conſulem ex plurimis periculis et inſidiis atque ex media morte non ad vitam ſuam, ſed ad ſalutem veſtram reſervatum; omnes ordines ad conſervandam rempublicam mente, voluntate, ſtudio, virtute, voce conſentiunt; obſeſſa facibus et telis impiae coniurationis vobis ſupplex manus tendit patria communis; vobis ſe, vobis vitam omnium civium, vobis arcem et Capitolium, vobis aras penatium, vobis illum ignem Veſtae ſempiternum, vobis omnium deorum templa atque delubra, vobis muros atque urbis tecta commendat. Praeterea de veſtra vita, de coniugum veſtrarum ac liberorum anima, de fortunis omnium, de ſedibus, de focis veſtris, hodierno die vobis iudicandum eſt.
Habetis ducem memorem veſtri, oblitum ſui, quae non 19
ſemper facultas datur; habetis omnes ordines, omnes ho-

*ſalvum eſſe velint.* „Nihil erat quod Ern. corrigeret *vellent.*" *Schütz.* Ipſe tamen edidit *vellent.* pro Deiot. 1 extr. *exortus eſt ſervus, qui, quem in eculeo appellare non poſſet, eum accuſet ſolutus.* vid. Heuſing. ad Off. I, 30, 15 p. 257 ſq. In his Perf. reſpondet Perf. Graecorum, *inventus, exortus eſt*, et nunc eſt.

*occluſis tabernis*, ut quum itur ad ſaga, quum tumultus eſt in civitate, in luctu publico. *Muret.*

*futurum fuit.* Nos diceremus *futurum fuiſſet*, vid. ad Catil. III, 9, 22. Liv. II, 1 *quid enim futurum fuit, ſi illa paſtorum convenarumque plebs — agitari coepta eſſet tribuniciis procellis?* Sic h. l. *quid futurum fuit, ſi incenſae eſſent tabernae? Futurum eſt*, ut vulgo legitur, indicaret incenſionem tabernarum adhuc inſtare. Sin *eſt* cum Grutero et Beckio deleveris, ambigua fiet oratio.

c. IX. §. 18. *atque ex media morte* pro *imo ex m. m.* Sic *atque etiam* pro *imo* reperitur de offic. I, 42. II, 15, 17. *Heum.* Vid. ad Catil. II, 12, 27.

mines, univerſum populum Romanum, id quod in civili cauſa hodierno die primum videmus, unum atque idem ſentientem. Cogitate, quantis laboribus fundatum imperium, quanta virtute ſtabilitam libertatem, quanta deorum benignitate auctas exaggeratasque fortunas una nox quam paene delerit. Id ne unquam poſthac non modo confici, ſed ne cogitari quidem poſſit a civibus, hodierno die providendum eſt. Atque haec, non ut vos, qui mihi ſtudio paene praecurritis, excitarem, locutus ſum, ſed ut mea vox, quae debet eſſe in republica princeps, officio functa conſulari videretur.

X Nunc antequam, Patres conſcripti, ad ſententiam
20 redeo, de me pauca dicam. Ego, quanta manus eſt coniuratorum, quam videtis eſſe permagnam, tantam me inimicorum multitudinem ſuſcepiſſe video, ſed eam eſſe iudico turpem et infirmam, contemtam et abiectam. Quod ſi aliquando alicuius furore et ſcelere concitata manus iſta plus valuerit, quam veſtra ac reipublicae dignitas, me tamen meorum factorum atque conſiliorum nunquam, Patres conſcripti, poenitebit. Etenim mors, quam illi fortaſſe minitantur, omnibus eſt parata; vitae tantam laudem, quanta vos me veſtris decretis honeſtaſtis, nemo eſt affecutus: ceteris enim ſemper bene geſtae, mihi uni

§. 19. *quantis laboribus — quam paene delerit.* Tuſc. disp. IV, 2, 5 *quam brevi tempore quot et quanti poëtae, qui autem oratores exſtiterunt.* pro Mil. 14, 38 *quantae quoties occaſiones, quam praeclarae fuerunt!* Cf. Brut. 41, 152. Or. 1, 3. Attic. I, 11. (epp. II, 6.) Heuſing. ad Corn. Nep. Timol. 2, 2. Attic. 18, 3.

c. X. §. 20. *ſi aliquando, ſi aliquis* etc. differunt a *ſi quando, ſi quis* etc. eo quod plena vocabula ponuntur, quando in iis vis ineſt, et *nunquam, nemo, nullus vel multi, omnes* opponi poteſt, ut h. l. non ſignificat nunquam cuiusquam manum plus valituram eſſe, ſed concedit fieri poſſe, ut *aliquando alic.* etc. *ſi quando* autem et *ſi qui* ponuntur, quando conditio tantum ſpectatur. Cic. Phil. 13, 1, extr. *Proximo bello ſi* aliquid *de ſumma gravitate Pompejus,* multum *de cupiditate Caeſar remiſiſſet.* Brut. 82, 285. *Quem igitur imitaris? ſi* aliquem, *ceteri ergo Attice non dicebant; ſi* omnes etc.

*ceteris enim ſemper.* *Semper* reſpondet *uni*: *ceteris ſemper* pro omnibus, *mihi uni. Ern.* — *bene geſtae r.* pro ob bene geſtam *r.* Scheller. cit. Weiskio ad h. l. comparavit ad Att. I, 17 *laudis gratulatio.* Phil. I, 6 *ſupplicatio mortuorum.* ad Fam. V, 7 *res, quarum gratulationem exſpectavi.* Similiter in Piſ. 3 *mihi togato ſenatus, non, ut multis, bene geſtae, ſed, ut nemini, conſervatae reip. ſingulari genere ſupplicationis deorum immortalium templa patefecit* pro *conſervatae reip. ſupplicatione, quod genus ſupplicationis ſingulare eſt.* Ductum videtur inde, quod *gratulari alicui aliquid* dicitur. *Gratulatio* autem eſt ſupplicatio, qua *gratiae* diis aguntur. ad Fam. XI, 18 *hac tam recenti gratulatione, quam diis ad omnia templa fecimus.* Phil. XIV, 3, 7. *Supplicationem decernitis, hoſtem non appellatis. Gratae vero noſtrae diis immortalibus gratulationes erunt, gratae victimae, quum interfecta ſit civium multitudo.*



conſervatae reipublicae gratulationem decreviſtis. Sit 21
Scipio clarus ille, cuius conſilio atque virtute Annibal in
Africam redire atque ex Italia cedere coactus eſt; ornetur
alter eximia laude Africanus, qui duas urbes huic imperio
infeſtiſſimas, Carthaginem Numantiamque, delevit; habeatur vir egregius L. Paullus ille, cuius currum rex potentiſſimus quondam et nobiliſſimus Perſes honeſtavit; ſit in aeterna gloria Marius, qui bis Italiam obſidione et metu ſervitutis liberavit; anteponatur omnibus Pompeius, cuius res geſtae atque virtutes iisdem, quibus ſolis curſus, regionibus ac terminis continentur. Erit profecto inter horum laudes aliquid loci noſtrae gloriae; niſi forte maius eſt, patefacere nobis provincias, quo exire poſſimus, quam curare, ut etiam illi, qui abſunt, habeant, quo
victores revertantur. Quamquam eſt uno loco conditio 22
melior externae victoriae, quam domeſticae, quod hoſtes alienigenae aut oppreſſi ſerviunt, aut recepti beneficio ſe obligatos putant; qui autem ex numero civium, dementia aliqua depravati, hoſtes patriae ſemel eſſe coeperunt, eos quum a pernicie reipublicae repuleris, nec vi coërcere nec beneficio placare poſſis. Quare mihi cum perditis civibus aeternum bellum ſuſceptum eſſe video; quod ego veſtro bonorumque omnium auxilio memoriaque tantorum periculorum, quae non modo in hoc populo, qui ſervatus eſt, ſed etiam in omnium gentium ſermonibus ac mentibus ſemper haerebit, a me atque a meis facile propulſari poſſe confido, neque ulla profecto tanta vis repe-

§. 21. *bis Ital. — liberavit,* propter Ambrones et Teutones in Gallia ad Aquas Sextias, Cimbros in Italia ad Vercellas devictos a. u. 652 et 653. *Manut.*

*ut illi, qui abſunt — revertantur.* de off. I, 22, 78. *Mihi quidem certe vir abundans bellicis laudibus Cn. Pompeius, multis audientibus, hoc tribuit, ut diceret, fruſtra ſe triumphum tertium deportaturum fuiſſe, niſi meo in remp. beneficio, ubi triumpharet, eſſet habiturus.* Phil. II, 5, 12. *Maxime vero conſulatum meum Cn. Pompeius probavit, qui, ut me primum decedens e Syria vidit, complexus et gratulans, meo beneficio patriam ſe viſurum eſſe dixit.* Aberat autem Pomp. in bello Mithridatico.

§. 22. *Quare mihi etc.* Cf. pro Sull. 9, 28.

rietur, quae coniunctionem veſtram equitumque Roma-
norum et tantam conſpirationem bonorum omnium per-
XI fringere et labefactare poſſit. Quae quum ita ſint, Patres
23 conſcripti, pro imperio, pro exercitu, pro provincia,
quam neglexi, pro triumpho ceterisque laudis inſignibus,
quae ſunt a me propter urbis veſtraeque ſalutis cuſtodiam
repudiata, pro clientelis hoſpitiisque provincialibus, quae
tamen urbanis opibus non minore labore tueor, quam
comparo, pro his igitur omnibus rebus et pro meis in vos
ſingularibus ſtudiis proque hac, quam conſpicitis, ad con-
ſervandam rempublicam diligentia, nihil aliud a vobis,
niſi huius temporis totiusque mei conſulatus memoriam
poſtulo; quae dum erit veſtris mentibus infixa, firmiſſimo
me muro ſeptum eſſe arbitrabor. Quod ſi meam ſpem vis
improborum fefellerit atque ſuperaverit, commendo vobis
parvum meum filium, cui profecto ſatis erit praeſidii, non
ſolum ad ſalutem, verum etiam ad dignitatem, ſi eius, qui
haec omnia ſuo ſolius periculo conſervaverit, illum eſſe
filium memineritis.
24 Quapropter de ſumma ſalute veſtra populique Ro-
mani, Patres conſcripti, de veſtris coniugibus ac liberis,
de aris ac focis, de fanis ac templis, de totius urbis tectis
ac ſedibus, de imperio, de libertate, de ſalute Italiae,
deque univerſa republica decernite diligenter, ut inſtitui-
ſtis, ac fortiter. Habetis eum conſulem, qui et parere
veſtris decretis non dubitet, et ea, quae ſtatueritis, quo-
ad vivet, defendere et per ſe ipſum praeſtare poſſit.

c. XI. §. 23. *pro imperio.* Plut. Cic. 12. *καὶ τοῦτον (Ἀντώνιον) πρῶτον θεραπεύων ὁ Κικέρων, ἐκείνῳ μὲν ἐψηφίσατο τῶν ἐπαρχιῶν Μακεδονίαν, αὐτῷ δὲ τὴν Γαλατίαν διδομένην παρῃτήσατο.* cf. Dio Caſſ. XXXVII, 33. p. 133. Salluſt. Cat. 26. Cic. in Piſon. 2, 5. ad Famil. V, 2, 6 ſqq Poterat autem Cic. cum *imperio* et *exercitu* in *provinciam* Galliam proficiſci, inde reverſus *triumphum* impetrare, aliaque *laudis inſignia*, ut ſupplicationem, dignitatem imperatoriam etc. adipiſci, et in provincia *clientelas* et *hoſpitia* iungere. Nam, ut ait de offic. II, 18, 64 *eſt etiam vehementer utile iis, qui honeſte poſſe multum volunt, per hoſpites apud externos populos valere opibus et gratia.*

§. 24. *praeſtare* recte Weiske explicat culpam omnem, quae decreto contrahitur, et ſarciendum damnum, ſi quod ſit, in ſe recipere. Exempla ſuppeditat Ern. in clave.



# M. TULLII CICERONIS

## PRO

# L. MURENA

## ORATIO.

### ARGUMENTUM.

Conſulibus Cicerone et Antonio, quum, Cicerone comitia conſularia habente, Dec. Silanus et L. Murena eſſent in futurum annum deſignati, repulſam autem tuliſſet Serv. Sulpicius, ea contumelia commotus Sulpicius ambitus Murenam accuſavit cum tribus ſubſcriptoribus, M. Catone, Cn. Poſtumio et Serv. Sulpicio adoleſcente. Tribus ergo actionibus pro illius temporis more (vid. Brut. c. 57.) cauſa eſt perorata. Prima actione Murena defenſus eſt a Q. Hortenſio, altera a M. Craſſo, tertia a Cicerone conſule. Serv. autem Sulpicius *non eius modo aetatis, ſed eorum etiam, qui fuerant, in iure civili princeps erat*, iudice Cicerone in Brut. c. 41. ubi eum ipſi Scaevolae anteponit, quum in hoc magnus iuris civilis uſus fuerit, ars in uno Sulpicio. *Neque ille magis iuris conſultus, quam iuſtitiae, fuit* Phil. IX, 5, 10. Conſul poſtea factus eſt cum M. Claudio Marcello a. u. 703 ſub ipſa belli civilis a Caeſare et Pompeio geſti initia. Poſtea nomine inter Caeſarem et Pompeium medius (ad Attic. VII, 3.), re Caeſarianus, a Caeſare Achaiae pro conſule praefectus eſt. Eius et ad eum epiſtolae ſunt inter Ciceronianas ad Fam. lib. IV. Vita eius ab Ev. Ottone ſcripta eſt in Theſ. Iur. Rom. T. V.

In *exordio* precatur a diis immortalibus, ut L Murena conſulatum una cum ſalute obtineat, et ut iudicum ſententiae cum voluntate pop. R. qui Murenam conſulem eſſe voluerit, conſentiant; tum quum iudices nunc poteſtatem habeant ea exſequendi, quae diis placuerint, iudicum fidei eum commendat. Sed quum accuſatores Ciceronem reprehendiſſent, quod hanc cauſam ſuſcepiſſet, primum

pro ſe pauca dicit §. 1. 2. Et primum reſpondet Catoni, qui eum reprehenderat, quod ipſe legis ambitus lator Murenam de ambitu accuſatum defenderet, et demonſtrat, aequum eſſe conſulem potiſſimum a conſule defendi, qui et illum conſulem declaraverit, et plurimum auctoritatis ad cauſam afferat, et pericula in eo magiſtratu imminentia optime noverit. §. 3. 4. Nec iniuſte ſe facere, quod de ambitu accuſatum defendat; neque enim quidquam contra legem ambitus commiſiſſe Murenam §. 5. nec ſe ſecum ipſum pugnare, quod antea Catilinam eiecerit, nunc Murenam defendat: tunc enim tempora reipublicae ſeveritatem poſtulaſſe, nunc ſuae ſibi naturae obſequi et lenitate ac miſericordia uti per remp. licere. §. 6. Tum Sulpicio reſpondet, qui conqueſtus erat, quod Cicero ſuae familiaritatis neceſſitudinisque oblitus cauſam Murenae contra ſe defenderet; omnia ſe Sulpicio amici officia praeſtitiſſe, neque tamen amicitiam Sulpicii eo valere debere, ut Murenae, quocum non minore neceſſitudine coniunctus ſit, ſalutem oppugnet. §. 7. 8. 10.

Sequitur *partitio*, qua tres totius accuſationis partes ponit, unam in reprehenſione vitae, alteram in contentione dignitatis, tertiam in criminibus ambitus poſitam c. V. in.

*Primum* igitur Murenae vitam ita defendit, ut eum ſemper fortem, continentem, integrum ſe praeſtitiſſe dicat. §. 11 — 14. *Deinde* generis dignitatem in Sulpicio et Murena parem eſſe demonſtrat §. 15 — 17. nec plus dignitatis eſſe in Sulpicio, quod is prior quaeſtor factus ſit: in his enim ſortem regnare. §. 18. Neque vero iuris dicendi aſſiduitatem, qua Sulpicius excellat, ullo modo praeferri debere vitae militari, quam ſecutus ſit Murena; imo militarem virtutem ceteris omnibus praeſtare. §. 19 — 22. Et quia Sulpicius totam rem militarem inſectatus erat, ipſe iurisprudentiam exagitat et irridet, eique non ſolum gloriam militarem, ſed etiam dicendi facultatem anteponendam eſſe docet §. 23 — 30. Tum quantum, quam periculoſum bellum Mithridaticum fuerit, quantus ipſe rex, contra Catonem oſtendit §. 31 — 34. Quum vero Sulpicius obieciſſet, ſe in petitione praeturae priorem renuntiatum eſſe, demonſtrat ex eo non ſequi, ut Sulpicius conſul etiam renuntiari debuerit: nam populum eſſe mobilem, et ſummos viros ab eo nonnunquam praeteritos eſſe, ita ut nulla eius rei ratio reddi queat. §. 35. 36. Sed in Murena cauſam reddi poſſe, cur praetor prior non factus ſit et tamen factus ſit conſul; primum quod, quum praeturam peteret, nondum munus ſ. ludos populo edidiſſet, deinde quod tum exercitus Luculli nondum deceſſiſſet, in conſulatus autem petitione et ludi in praetura dati et Luculli exercitus praeſens vehementer ei ſuffragati ſint. §. 37 — 40. Tum autem praeturam ipſam Murenae, quum iuris dicendi ſors ei obtigiſſet, plurimum ei ad conſulatum adipiſcendum profuiſſe, quum



Sulpicio contra quaeſtio peculatus obvenerit, in qua minor facultas ſit benivolentiam populi conciliandi; poſtremo Sulpicium in provinciam ire noluiſſe, Murenam autem magna cum laude Galliae praefuiſſe. §. 41. 42. Tandem monet Sulpicium, neſcire eum conſulatum petere; quum enim accuſationes competitorum meditari viſus eſſet, debilitata eſſe ſtudia populi et amicorum, qui eum ſpem adipiſcendi conſulatus abieciſſe crederent, et accuſationis cogitatione impeditum omnem curam in petitione ponere non poſſe viderent. §. 43 — 47. Acceſſiſſe metum, ne Catilina conſul fieret; qui ut a conſulatu depelleretur, omnes bonos ad Murenam creandum incubuiſſe. §. 48—53.

*Tertio* loco ad ambitus crimina diluenda tranſit §. 54, ſed in eo omnia, quae et Poſtumio et Serv. Sulpicio adoleſcenti reſponſa ſunt, interciderunt: reſtat tantum pars, qua Catonem refutat. Ibi *primum* deprecatur, ne dignitas Catonis, exſpectatio tribunatus, totiusque vitae ſplendor et gravitas Murenae noceat, allatis exemplis, quibus probet, maiores ſedulo caviſſe, ne quis auctoritate accuſatoris cauſam perdidiſſe videretur. §. 58 — 60. Eximias enim Catonis virtutes eſſe, ſed mores eius philoſophia Stoica, quam amplexus ſit, paulo aſperiores et duriores factos eſſe; quo loco Stoicorum παράδοξα facete ridet c. XXIX. §. 60 — 66. *Tum* elevata auctoritate Catonis crimina ipſa ab eo in Murenam collata diluit §. 67 — 77. Tandem docet, Murenam ob pericula a Catilinae ſociis imminentia retinendum eſſe. 78 — 85.

In *epilogo* miſericordiam iudicum movere ſtudet, eumque ita iudicibus commendat, ut eum cupidiſſimum otii, ſtudioſiſſimum bonorum, acerrimum contra ſeditionem, fortiſſimum in bello, inimiciſſimum coniurationi Catilinariae futurum promittat ac ſpondeat §. 86 — fin.

Habitam eſſe orationem Catilina urbe eiecto, ſed ſociis eius in foro et curia adhuc verſantibus, itaque ante ſupplicium de coniuratis ſumtum, id eſt, inter V Id. Nov. et III Non. Dec. e cap. 3, 6. 37 et 39. recte collegerunt Victor. Var. L. VI, 18. et Ferratius in Epp.

De artificio, quo Cicero Sulpicium et Catonem reprehendit, ita Quintil. XI, 1, 68. *Sed in his quidem, quibus vel iudici vel etiam adſtantibus ratio noſtrae moderationis probari debet, minor eſt labor; illic plus difficultatis, ubi ipſos, contra quos dicimus, veremur offendere. Duae ſimul huiusmodi perſonae Ciceroni pro Murena dicenti obſtiterunt, M. Catonis Serviique Sulpicii. Quam decenter tamen Sulpicio, quum omnes conceſſiſſet virtutes, ſcientiam petendi conſulatus ademit! Quid enim aliud eſſet, quo ſe victum homo nobilis et iuris antiſtes magis ferret? Ut vero rationem defenſionis ſuae reddidit, quum ſe ſtuduiſſe petitioni Sulpicii contra honorem*

*Murenae, non item debere actioni contra caput, diceret! Quam molli autem articulo tractavit Catonem! cuius naturam ſumme admiratus non ipſius vitio, ſed Stoicae ſectae quibusdam in rebus factam duriorem videri volebat, ut inter eos non forenſem contentionem, ſed ſtudioſam disputationem crederes incidiſſe.* Abſolutum eſſe Murenam cum ex orat. pro Flacco c. 13 intelligi poteſt: *nonne ipſo Pompeio auctore, Silano et Murena coſſ. decrevimus etc.* tum diſerte narrat Plutarch. Cat. min. 21. *ἀποφυγὼν δὲ ὁ Μουρήνας οὐ πονηροῦ πάθος, οὐδ᾽ ἄφρονος ἔπαθεν ἀνθρώπου πρὸς τὸν Κάτωνα· καὶ γὰρ ὑπατεύων ἐχρῆτο συμβούλῳ περὶ τῶν μεγίστων καὶ τἆλλα τιμῶν καὶ πιστεύων διετέλεσεν. αἴτιος δ᾽ ἦν ὁ Κάτων, ἄχρι του βήματος καὶ τοῦ συνεδρίου χαλεπὸς ὢν καὶ φοβερὸς ὑπὲρ τῶν δικαίων, εἶτα πᾶσιν εὐνοϊκῶς καὶ φιλανθρώπως προσφερόμενος.*

---

# M. TULLII CICERONIS

## PRO

# L. MURENA

## ORATIO.

I Quae deprecatus ſum a diis immortalibus, iudices, more
1 inſtitutoque maiorum illo die, quo auſpicato comitiis centuriatis L. Murenam conſulem renuntiavi, ut ea res mihi magiſtratuique meo, populo plebique Romanae bene atque feliciter eveniret, eadem precor ab iisdem diis immortalibus ob eiusdem hominis conſulatum una cum ſalute obtinendum, et ut veſtrae mentes atque ſententiae cum populi Romani voluntatibus ſuffragiisque conſentiant, eaque res vobis populoque Romano pacem, tranquillitatem,

I. 1. *renuntiavi.* Conſules inter ſe comparare aut ſortiri, quisnam eorum haberet comitia, conſueviſſe, fuſe Grucchius oſtendit l. 1 de comitiis *Ferrat.* Simile eſt exordium or. Demoſth. pro cor. *πρῶτον μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῖς θεοῖς εὔχομαι πᾶσι καὶ πάσαις, ὅσην εὔνοιαν ἔχων ἐγὼ διατελῶ τῇ τε πόλει καὶ πᾶσιν ὑμῖν, τοσαύτην ὑπάρξαι μοι παρ᾽ ὑμῶν εἰς τουτονὶ τὸν ἀγῶνα.*

*ob eiusdem hom. conſul. obtinendum* i. e. ut conſul. obtineat; dictum, ut *ob rem iudicandam pecuniam accipere.* Verr. II. 32, 78. Pacuv. ap. Cic. Tuſc. III, 13, 28 *ad Troiam quum miſi ob defendendam Graeciam.* Suet. Tib. 2. *Clodius ob expellendum urbe*



otium concordiamque afferat. Quod ſi illa ſolemnis comitiorum precatio conſularibus auſpiciis conſecrata tantam habet in ſe vim et religionem, quantam reipublicae dignitas poſtulat, idem ego ſum precatus, ut eis quoque hominibus, quibus hic conſulatus, me rogante, datus
eſſet, ea res fauſte, feliciter proſpereque eveniret. Quae 2
quum ita ſint, iudices, et quum omnis deorum immortalium poteſtas aut translata ſit ad vos, aut certe communicata vobiscum, idem conſul eum veſtrae fidei commendat, qui antea diis immortalibus commendavit, ut eiusdem hominis voce et declaratus conſul et defenſus beneficium populi Romani cum veſtra atque omnium civium ſalute tueatur. Et, quoniam in hoc officio ſtudium meae defenſionis ab accuſatoribus atque etiam ipſa ſuſceptio cauſae reprehenſa eſt, antequam pro L. Murena dicere inſtituo, pro me ipſo pauca dicam, non quo mihi potior hoc quidem in tempore ſit officii mei, quam huiusce ſalutis, defenſio, ſed ut, meo facto vobis probato, maiore auctoritate ab huius honore, fama fortunisque omnibus inimicorum impetus propulſare poſſim.

Et primum M. Catoni, vitam ad certam rationis II
normam dirigenti et diligentiſſime perpendenti momenta 3
officiorum omnium, de officio meo reſpondebo. Negat fuiſſe rectum Cato, me et conſulem et legis ambitus latorem et tam ſevere geſto conſulatu cauſam L. Murenae attingere. Cuius reprehenſio me vehementer movet, non ſolum ut vobis, iudices, quibus maxime debeo, verum etiam ut ipſi Catoni, graviſſimo atque integerrimo viro, rationem facti mei probem. A quo tandem, M. Cato,

*Ciceronem plebeio homini in adoptionem ſe dedit.*

*ſolemnis com. precatio.* Camerar. laudat Liv. 39, 15 *coſſ. in roſtra aſcenderunt, et, concione advocata, quum ſolemne carmen precationis, quod fari priusquam populum alloquantur, magiſtratus ſolent, peregiſſet, Coſ. ita coepit.*

§. 2. *deor. immort. poteſtas translata ſit ad vos.* quia, ut dii, ſic iudices ſententiis ſuis reo ſalutem et tribuere et eripere poſſunt. Sic pro C. Rabir. perd. 2, 5. *Deinde vos, Quirites, quorum poteſtas proxime ad deorum immortalium numen accedit, oro atque obſecro* etc.

*cum veſtra — ſalute,* ita ut veſtra ſalus cum eo coniuncta ſit. Verr. I, 24, 63 *ut illo itinere veniret Lampſacum cum magna calamitate et prope pernicie civitatis.* cf. Or. I, 10, 39. 32, 145. de leg. Man. §. 50. Sext. 22, 49. de Fin. IV, 22, 61.

c. II, §. 3. *momenta,* pondus, gravitatem, qua aliud officium alio gravius eſt.

est aequius consulem defendi, quam a consule? Quis
mihi in republica potest aut debet esse coniunctior, quam
is, cui respublica a me uno traditur sustinenda magnis
meis laboribus et periculis sustentata? Quod si in iis rebus
repetendis, quae mancipi sunt, is periculum iudicii prae-
stare debet, qui se nexu obligavit, profecto etiam rectius
in iudicio consulis designati is potissimum consul, qui
consulem declaravit, auctor beneficii populi Romani de-
4 fensorque periculi esse debebit. Ac, si, ut nonnullis in
civitatibus fieri solet, patronus huic causae publice con-
stitueretur, is potissime honore affecto defensor daretur,
qui eodem honore praeditus non minus afferret ad di-
cendum auctoritatis, quam facultatis. Quod si portu
solventibus ii, qui iam in portum ex alto invehuntur,
praecipere summo studio solent et tempestatum rationem
et praedonum et locorum, quod natura fert, ut eis fa-
veamus, qui eadem pericula, quibus nos perfuncti sumus,
ingrediantur, quo tandem me animo esse oportet, prope

*a me uno*, quia ipse, non Antonius, comitia consularia habuerat, et Murenam consulem renuntiaverat.

*Res mancipi* (i. e. mancipii. vid. Periz. ad Sanct. Min. IV, 4, 12) sunt, quarum quis iustum et plenum dominium habet, imprimis praedia vel rustica, vel urbana, id est, domus, servi. Eas qui vendit (vendebantur autem per aes et libram, praesentibus quinque testibus) vitia rei venditae, quae venditor scisset, nec declarasset, *praestare* i. e. emtori aliis rebus, pecunia etc. compensare tenetur. *Res repetere* dicitur emtor, i. e. postulare, ut damnum, quod venditione acceperit, sarciatur. *Nexus* est obligatio ipsa, qua quis rem venditam praestare tenetur: quamquam alioqui *nexus* et *mancipium* ita differunt, ut, quae quis iure mancipi habet, eorum sit dominus, quae iure nexi, in ea habeat obligationem. „Et ita quoque *nexus* differt a *servo*: hic in dominio meo plane est, ille debet mihi operas serviles. Sic quod mihi pignori datum est, habeo iure *nexi*, non mancipii. Mancipia s. servi etiam nexu mei: at non contra quidquid nexum est, etiam mancipio meum est.“ Gesner. in thes. l. I. de Or. I, 39, 178 *quum Marius Gratidianus aedes Auratae vendidisset, neque servire quandam earum aedium partem in mancipii lege dixisset, defendebamus, quidquid esset incommodi in mancipio, id si venditor scisset neque declarasset, praestare debere*. Cf. de Off. III, 16, 67. ubi vid. Beier. p. 300. — *Auctor* in vendendo est is, qui vendit et periculum iudicii praestat, quia efficit, ut alter emat; cf. Heinrich. ad Cicer. fr. or. pro Tull p. 79. h. l. translate, qui consulatum (id enim est beneficium pop. Rom.) alteri mandat, et eius rei periculum praestat.

§. 4. *nonnullis in civit.* u. Athenis σύνδικοι, de quibus vid. Wolf. ad Dem. Lept. Prol. p. 136 sq.

*qui ingrediantur*, i. e. quos ingredi scimus. Nec tamen *ingrediuntur* lectionem germanizantem cum Ernestio dixerim.



iam ex magna iactatione terram videntem, in hunc, cui
video maximas reipublicae tempestates esse subeundas?
Quare si est boni consulis, non solum videre, quid aga-
tur, verum etiam providere, quid futurum sit, ostendam
alio loco, quantum salutis communis intersit, duos con-
sules in republica Kalendis Ian. esse. Quod si ita est, 5
non tam me officium debuit ad hominis amici fortunas,
quam respublica consulem ad communem salutem defen-
dendam vocare. Nam quod legem de ambitu tuli, certe III
ita tuli, ut eam, quam mihimet ipsi iampridem tulerim
de civium periculis defendendis, non abrogarem. Ete-
nim si largitionem factam esse confiterer, idque recte
factum esse defenderem, facerem improbe, etiam si alius
legem tulisset; quum vero nihil commissum contra legem
esse defendam, quid est, quod meam defensionem latio
legis impediat? Negat esse eiusdem severitatis, Catilinam, 6
exitium reipublicae intra moenia molientem, verbis et
paene imperio urbe expulisse, et nunc pro L. Murena
dicere. Ego autem has partes lenitatis et misericordiae,
quas me natura ipsa docuit, semper egi libenter, illam
vero gravitatis severitatisque personam non appetivi, sed
ab republica mihi impositam sustinui, sicut huius imperii
dignitas in summo periculo civium postulabat. Quod si
tum, quum respublica vim et severitatem desiderabat, vici
naturam, et tam vehemens fui, quam cogebar, non quam
volebam, nunc, quum omnes me causae ad misericordiam
atque ad humanitatem vocent, quanto tandem studio de-
beo naturae meae consuetudinique servire?

*ostendam alio loco*, infra §. 79 sqq.

c. III. *mihimet ipsi*. Cicero, ubi pronomm. *ego*, *tu*, *sui* casibus obliquis cum *met* copulatis pron. *ipse* addit, hoc semper eodem casu ponit. quo *memet*, *semet*. nec usquam in Cic. *memet ipse* legitur, nisi e correctione Ern. vel aliorum, ut Or. 39, 135. Erravit in hoc etiam Beier. ad Cic. Off. I, p. 246. Nec ratione caret ille usus: nam addita terminatione *met* vis est in pronomine. Aliter Sallust. Liv. alii.

§. 6. *quas me natura ipsa docuit*, a scena petitum; docere enim fabulam scriptor dicitur. Similis locus est pro Sull 3 allatus a Camerario: *Hanc mihi tu si propter res meas gestas imponis in omni vita mea personam, Torquate, vehementer erras: me natura misericordem, patria severum, crudelem nec patria, nec natura esse voluit. Denique istam ipsam personam vehementem et acrem, quam mihi tum tempus et resp. imposuit, iam voluntas et natura ipsa detraxit: illa enim ad breve tempus severitatem postulavit, haec in omni vita misericordiam lenitatemque desiderat.* Cf. Catil. IV, 6, 11.

7 At de officio defenſionis meae ac de ratione accuſa-
tionis tuae fortaſſe etiam alia in parte orationis dicen-
dum nobis erit. Sed me, iudices, non minus hominis
ſapientiſſimi atque ornatiſſimi, Ser. Sulpicii, conqueſtio,
quam Catonis accuſatio commovebat; qui graviſſime et
acerbiſſime ferre dixit, me, familiaritatis neceſſitudinis-
que oblitum, cauſam L. Murenae contra ſe defendere.
Huic ego, iudices, ſatisfacere cupio, vosque adhibere
arbitros. Nam quum grave eſt vere accuſari in amicitia,
tum, etiam ſi falſo accuſeris, non eſt negligendum. Ego,
Ser. Sulpici, me in petitione tua tibi omnia ſtudia atque
officia pro noſtra neceſſitudine et debuiſſe confiteor et
praeſtitiſſe arbitror; nihil tibi, conſulatum petenti a me
defuit, quod eſſet aut ab amico aut a gratioſo aut a
conſule poſtulandum. Abiit illud tempus; mutata ratio
eſt; ſic exiſtimo, ſic mihi perſuadeo, me tibi contra
honorem L. Murenae, quantum tu a me poſtulare auſus
8 ſis, tantum debuiſſe, contra ſalutem, nihil debere. Ne-
que enim ſi tibi tum, quum peteres conſulatum, affui,
idcirco nunc, quum Murenam ipſum petas, adiutor eo-
dem pacto eſſe debeo. Atque hoc non modo non lau-
dari, ſed ne concedi quidem poteſt, ut, amicis noſtris

§. 7. *hominis ſapientiſſimi.* Arbitror pertinere ad ſcientiam iuris, propter quam *ſapientes* dicti ICti: quamquam et philoſophus fuit. *Ern.* Sic *ſapientia Scaevolarum* de orat. II, 33, 144. Nam, ut ait Cic. de offic. I, 5, 16 *ut quisque maxime perſpicit, quid in re quaque veriſſimum ſit, quique acutiſſime et celerrime poteſt et videre et explicare rationem, is prudentiſſimus et ſapientiſſimus rite haberi ſolet.* cf. or. 21, 70. 35, 123. infra §. 20.

*qui grav. et acerb. ferre dixit*, pro ſe ferre. vid. ad or. pro S. Roſc. §. 61.

§. 8. *quum Mur. ipſum petas.* Non ſimpliciter de tempore ſermo eſt, ut putat Ern., ſed ineſt etiam cauſae ſignificatio: *nunc quum petis et quia petis*, ut antea, *tum quum petebas et quia petebas* ſ. *quum peteres.* Milon. 35, 98. *hoc tempore ipſo, quum omnes a meis inimicis faces meae invidiae* ſubiiciantur, *tamen omni in hominum coetu* etc. *quum* haud dubie eſt de tempore, et pendet e verbis *hoc tempore ipſo;* at quum ſequatur *tamen*, apparet idem eſſe pro *quamvis*, quam vim quum habet, coniunctivum poſtulat. Sic defendi etiam poteſt locus Off. II, 15, 54. *Quum dando egere coeperint, alienis bonis manus afferre coguntur*, i. e. tum quum coeperunt, et quum (quia) coeperint.

*non modo non laudari.* Hic alterum *non* omitti non poterat, quia opponuntur inter ſe *laudari* et *concedi*, et ad haec proprie illae particulae pertinent. Sic Or. II, 72, 294. *ut non modo non* abiecto, *ſed ne* reiecto *quidem ſcuto fugere videar* vitioſum eſſet *ut non modo abi.* Ver. II, 29, 71. *non modo non* ratione, *ſed ne* diſſimulatione *quidem tectam improbitatem et audaciam.* Cf. ib. 49, 120. III, 48. extr. 97, 225. Sull. 8, 25. Phil. I, 6, 14. Hinc de Legg. III, 9, 21. legendum videtur *non modo nulla in domo, ſed nulla in gente*, quia *domus* et *gens* ſibi opponuntur; quamquam *non modo ullus* legitur infra §. 69 ſed extra oppoſitionem. Quum autem verbum utrique membro commune negantem ſententiam habet, obſcuratur oppoſitio, ut pro Sext. 9, 20. 34, 73. Verr. V, 10, 26. Phil. XI, 9, 23.



accuſantibus, non etiam alieniſſimos defendamus. Mihi IV
autem cum Murena, iudices, et vetus et magna amicitia
eſt, quae in capitis dimicatione a Ser. Sulpicio non
idcirco obruetur, quod ab eodem in honoris contentione
ſuperata eſt. Quae ſi cauſa non eſſet, tamen vel dignitas
hominis, vel honoris eius, quem adeptus eſt, amplitudo
ſummam mihi ſuperbiae crudelitatisque famam inuſſiſſet,
ſi hominis et ſuis et populi Romani ornamentis ampliſ-
ſimi cauſam tanti periculi repudiaſſem: neque enim iam
mihi licet, neque eſt integrum, ut meum laborem homi-
num periculis ſublevandis non impertiam. Nam quum
praemia mihi tanta pro hac induſtria ſint data, quanta
antea nemini, labores, per quos ea ceperis, quum
adeptus ſis, deponere, eſſet hominis et aſtuti et ingrati.
Quod ſi licet deſinere, ſi te auctore poſſum, ſi nulla 9
inertiae nota, nulla ſuperbiae turpitudo, nulla inhumani-
tatis culpa ſuſcipitur, ego vero libenter deſino; ſin autem
fuga laboris deſidiam, repudiatio ſupplicum ſuperbiam,
amicorum neglectio improbitatem coarguit, nimirum haec
cauſa eſt eiusmodi, quam nec induſtrius quisquam nec
miſericors nec officioſus deferere poſſit. Atque huiusce
rei coniecturam de tuo ipſius ſtudio, Servi, facillime
ceperis: nam ſi tibi neceſſe putas, etiam adverſariis ami-
corum tuorum de iure conſulentibus reſpondere, et, ſi

c. IV. *in capitis dimicatione*, in certamine iudicii, in quo *caput*, i. e. ſtatus hominis civilis, agitur, et quo qui vincitur, vel libertatem vel civitatem amittit, vel ſolum vertere cogitur. Lege enim Tullia Ciceronis de ambitu a. 690 ambitus condemnato exilium decem annorum conſtitutum erat. Dio Caſſ. XXXVII, p. 4[illegible].

*in honoris contentione*, in petitione conſulatus. Sic de off. I, 25, 87. infr. §. 56. *contentio dignitatis* infr. §. 11, nam *contendere de dignitate* dicuntur homines §. 21. hinc contentio pro comparatione.

*ſuperata eſt*, quia Cic. Sulpicio potius, quam Murenae, in petitione conſulatus adiutor fuit.

*ſi cauſa non eſſet, tamen.* vid. ad Catil. III, §. 7.

*famam inuſſiſſet.* Proprie inuritur nota proprio ſenſu et tranſlato: hinc *famam* apparet eſſe pro infamia.

*hominis — ampliſſimi cauſam tanti periculi* (i. e. cauſam e tanto periculo ortam. ad Manil. §. 43. Catil. I, §. 4.) vid. ad Catil I, 12.

turpe exiſtimas, te advocato, illum ipſum, quem contra veneris, cauſa cadere, noli tam eſſe iniuſtus, ut, quum tui fontes vel inimicis tuis pateant, noſtros rivulos etiam
10 amicis putes clauſos eſſe oportere. Etenim, ſi me tua familiaritas ab hac cauſa removiſſet, et, ſi hoc idem Q. Hortenſio, M. Craſſo, clariſſimis viris, ſi item ceteris, a quibus intelligo tuam gratiam magni aeſtimari, accidiſſet, in ea civitate conſul deſignatus defenſorem non haberet, in qua nemini umquam infimo maiores noſtri patronum deeſſe voluerunt. Ego vero, iudices, ipſe me exiſtimarem nefarium, ſi amico, crudelem, ſi miſero, ſuperbum, ſi conſuli defuiſſem. Quare quod dandum eſt amicitiae, large dabitur a me, ut tecum agam, Servi, non ſecus, ac ſi meus eſſet frater, qui mihi eſt cariſſimus, iſto in loco; quod tribuendum eſt officio, fidei, religioni, id ita moderabor, ut meminerim me contra amici ſtudium pro amici periculo dicere.

V Intelligo, iudices, tres totius accuſationis partes fuiſſe,
11 et earum unam in reprehenſione vitae, alteram in contentione dignitatis, tertiam in criminibus ambitus eſſe verſatam. Atque harum trium partium prima illa, quae graviſſima eſſe debebat, ita fuit infirma et levis, ut illos lex magis quaedam accuſatoria, quam vera maledicendi facultas de vita L. Murenae dicere aliquid coëgerit. Obiecta eſt enim Aſia; quae ab hoc non ad voluptatem et luxuriam expetita eſt, ſed in militari labore peragrata. Qui ſi adoleſcens patre ſuo imperatore non meruiſſet,

§. 9. *quem contra veneris*, alio tempore, in alio iudicio. pro Q. Roſcio Com. 6, 18 *quid tu, Saturi, qui contra hunc venis, exiſtimas aliter?* cf. Verr. II, 43, 107. Phil. II, 2 in. VIII, 6, 18. quos locos attulit Manut. Praepoſitiones autem, accuſativum poſtulantes, non raro ſubiicit Cic. or. 10, 34. pro Cluent. 47, 130 *multitudinem illicitum eſt contra dicere.* Phil. II, 8, 18. *quem contra dicit.* agrar. II, 30 in. *quem per iter qui faciunt.* ad Att. X, 8. (94, 23.) Lael. 22, 83.

§. 10. *iſto in loco*, in accuſatorum ſubſelliis, ut recte Schütz. In fragm. or. pro Scauro 10. p. 30 ed. Kil. *Quamquam ea, quae dixi, non ſecus dixi, quam ſi ejus frater eſſem.*

c. V. §. 11. *lex quaedam accuſ.* regula, quam ſequi ſolent accuſatores, ut in anteactam rei vitam inquirant, quo magis credibile ſit crimen, quod obiiciunt. vid pro Roſc. §. 37 — 39. *Male dicere* etiam dicitur, quum vera flagitia obiiciuntur. vid. c. VI in. *Ern.*

*Obiecta eſt enim Aſia.* Graeciam Aſiamque *omnibus libidinum illecebris repletam* eſſe dicit Cato ap. Liv. XXXIV, 4. Inde Romanam luxuriam ortam fuiſſe idem ſcribit l. XXXIX, c. 6. *Sylv.*



aut hoſtem aut patris imperium timuiſſe, aut a parente repudiatus videretur. An, quum ſedere in equis triumphantium praetextati potiſſimum filii ſoleant, huic donis militaribus patris triumphum decorare fugiendum fuit, ut rebus communiter geſtis paene ſimul cum patre triumpharet? Hic vero, iudices, et fuit in Aſia, et viro for- 12
tiſſimo, parenti ſuo, magno adiumento in periculis, ſolatio in laboribus, gratulationi in victoria fuit. Et, ſi habet Aſia ſuſpicionem luxuriae quandam, non Aſiam numquam vidiſſe, ſed in Aſia continenter vixiſſe, laudandum eſt. Quamobrem non Aſiae nomen obiiciendum Murenae fuit, ex qua laus familiae, memoria generi, honos et gloria nomini conſtituta eſt, ſed aliquod aut in Aſia ſuſceptum aut ex Aſia deportatum flagitium ac dedecus. Meruiſſe vero ſtipendia in eo bello, quod tum populus Romanus non modo maximum, ſed etiam ſolum gerebat, virtutis, patre imperatore libentiſſime meruiſſe, pietatis, finem ſtipendiorum patris victoriam ac triumphum fuiſſe, felicitatis fuit; maledicto quidem idcirco nihil in hiſce rebus loci eſt, quod omnia laus occupavit. Saltatorem VI
appellat L. Murenam Cato. Maledictum eſt, ſi vere ob- 13
iicitur, vehementis accuſatoris, ſin falſo, maledici conviciatoris. Quare quum iſta ſis auctoritate, non debes, M. Cato, arripere maledictum ex trivio aut ex ſcurrarum aliquo convicio neque temere conſulem populi Romani

*ſedere in equis triumph.* Moris erat, ut, qui triumphans in urbem introibat, liberos ac cognatos utriusque ſexus, ſiquidem praetextati eſſent, in curru iuxta ſe haberet, ſin grandiores eſſent, equis iugalibus funalibusque imponeret. Quod ſi plures eſſent, equis ſingularibus vecti currum proſequebantur, ut ſcribit Zonaras Tom. II ex Dione. Vide quae notavimus ad Suet. Tib. c. 6. *Graev.* Cf. Liv. 45, 40. Lipſ. ad Senec. conſ. ad Marc. 13.

*donis militaribus* ob virtutem a patre acceptis. *Manut.* *Fugere* cum infin. iungit Cic. etiam Or. III, 38, 153. ad Att. X, 8 (94, 12) *Ut* pendet a *decorare*, pro *ita ut.*

§. 12. *deportatum flagitium*, int. meretricem aut res furto ablatas. *Ern.*

*maledicto quidem.* Nos diceremus: *ſed maledicto.* vid. ad or. pro Roſc. §. 31. Sed etiam in his propria voc. vis obtinet, qua ſignificat *ſaltem.*

c. VI, §. 13. *Maledictum eſt.* pro Coel. 3, 6. *Aliud eſt maledicere, aliud accuſare. Accuſatio crimen deſiderat, rem ut definiat, hominem ut notet, argumento probet, teſte confirmet; maledictio autem nihil habet propoſiti, praeter contumeliam; quae ſi petulantius iactatur, convicium, ſi facetius, urbanitas nominatur.* *Camer.*

*ex ſcurr. aliquo convicio*, i. e. coniuncto clamore plurium ſcurrarum, qui maledictis inter ſe

ſaltatorem vocare, ſed circumſpicere, quibus praeterea vitiis affectum eſſe neceſſe ſit eum, cui vere iſtud obiici poſſit. Nemo enim fere ſaltat ſobrius, niſi forte inſanit, neque in ſolitudine, neque in convivio moderato atque honeſto; tempeſtivi convivii, amoeni loci, multarum deliciarum comes eſt extrema ſaltatio. Tu mihi arripis id, quod neceſſe eſt omnium vitiorum eſſe poſtremum, relinquis illa, quibus remotis, hoc vitium omnino eſſe non poteſt. Nullum turpe convivium, non amor, non comiſſatio, non libido, non ſumptus oſtenditur; et quum ea non reperiantur, quae voluptatis nomen habent, quaeque vitioſa ſunt, in quo ipſam luxuriam reperire non potes,
14 in eo te umbram luxuriae reperturum putas? Nihil igitur in vitam L. Murenae dici poteſt? nihil, inquam, omnino, iudices. Sic a me conſul deſignatus defenditur, ut eius nulla fraus, nulla avaritia, nulla perfidia, nulla crudelitas, nullum petulans dictum in vita proferatur. Bene habet; iacta ſunt fundamenta defenſionis: nondum enim noſtris laudibus, quibus utar poſtea, ſed prope inimicorum confeſſione, virum bonum atque integrum hominem defendimus. Quo conſtituto, facilior eſt mihi aditus ad contentionem dignitatis; quae pars altera fuit accuſationis.

VII
15 Summam video eſſe in te, Ser. Sulpici, dignitatem generis, integritatis, induſtriae ceterorumque ornamentorum omnium, quibus fretum ad conſulatus petitionem aggredi par eſt. Paria cognoſco eſſe iſta in L. Murena, atque ita paria, ut neque ipſe dignitate vinci potuerit, neque te dignitate ſuperarit. Contempſiſti L. Murenae genus, extuliſti tuum. Quo loco ſi tibi hoc ſumis, niſi qui patricius ſit, neminem bono eſſe genere natum, facis,

certant, quale convicium, etſi non ſcurrarum, eſt in Horat. Serm. I, 7.

*circumſpicere.* conſiderare, perpendere, ut ad Quint. fr. I, 1, 19 *circumſpiciendum diligenter, ut — omnes miniſtros imperii tui ſociis et civibus et reip. praeſtare videare.* Cf. Daviſ. ad Cic. de leg. II, 17. Eſt e coni. Guilielmii pro *conſpicere*, quod hoc ſenſu non uſurpatur.

*Tempeſtiva convivia* ſunt, quae ante ſolitam horam ineuntur, et in multam noctem producuntur, reliquis apparatiora. vid. Lipſ. Exc. A. ad Tacit. Ann. XIV.

*relinquis*, non commemoras. vid. ad Catil. III, §. 18.

c. VII. §. 15. *ad conſul. petit. aggredi.* de nat. d. I, 21, 57. *antequam aggrediar ad ea.* ubi vid. Creuzer. p. 94. Omnino Cic. poſt vv. cum praepoſ. compoſita repetere ſolet praepoſ. ut *ineſſe in re* dicit, non *rei.*



ut rurſus plebs in Aventinum ſevocanda eſſe videatur; ſin autem ſunt amplae et honeſtae familiae plebeiae, et proavus L. Murenae et avus praetor fuit, et pater quum ampliſſime atque honeſtiſſime ex praetura triumphaſſet, hoc faciliorem huic gradum conſulatus adipiſcendi reliquit,
quod is iam patri debitus a filio petebatur. Tua vero 16
nobilitas, Ser. Sulpici, tametſi ſumma eſt, tamen hominibus litteratis et hiſtoricis eſt notior, populo vero et ſuffragatoribus obſcurior: pater enim fuit equeſtri loco, avus nulla illuſtri laude celebratus. Itaque non ex ſermone hominum recenti, ſed ex annalium vetuſtate eruenda eſt memoria nobilitatis tuae. Quare ego te ſemper in noſtrum numerum aggregare ſoleo, quod virtute induſtriaque perfeciſti, ut, quum equitis Romani eſſes filius, ſumma tamen amplitudine dignus putarere; nec mihi umquam minus in Q. Pompeio, novo homine et fortiſſimo viro, virtutis eſſe viſum eſt, quam in homine nobiliſſimo, M. Aemilio.

*in Aventinum.* Sequitur Piſonem, quum frequentior fama eſſet, plebem in ſacrum montem ſeceſſiſſe. Liv. II, 32.

*proavus* praetor a. u. 596. *avus* a. u 610.

*praetor fuit.* Sic edd. vett. et codd. nonnulli pro *praetores fuerunt.* de orat. III, 18, 67. *nam Speuſippus et Xenocrates et Polemo et Crantor nihil ab Ariſtotele magnopere diſſenſit.* Brut. 8. in. *tum Leontinus Gorgias, Thraſymachus Chalcedonius, Protagoras Abderites, Prodicus Ceus, Hippias Eleus in honore magno fuit.* cf. ib. 9, 36. 17, 68. 50 extr. Orat. II, 1, 2.

§. 16. *tametſi ſumma eſt*, orta quippe a Ser. Sulpicio, qui anno decimo poſt reges exactos conſul fuit. v. Brut. 16. *Ern. tametſi-tamen.* de orat. II, 27, 120 *alterum, tametſi artem requirit, tamen prudentiae eſt paene mediocris* etc. cf. pro Roſc. XX, 55. 56. XXVII in. XL, 117. XLII, 123. l. Man. §. 13. 51. Verr. V, 61 in. 67, 173. IV, 51, 113. 114. epp. fam. IV, 7. (110, 8.) ad Att. I. 11. (2, 3.) de orat. II, 52, 210 recte legebatur in Ald. et Iunt. *tametſi ea non ſit iniqua merces periculi, tamen ea non delectari*, ubi Ern. „ne *tametſi* quidem Cicerone dignum in hac vicinia *τοῦ tamen.*“

*in Q. Pompeio*, Auli filio, coſ. a. u. 612. *qui.* ut ait Brut. 25, 96 *ſummos honores, homo per ſe cognitus, ſine ulla commendatione maiorum adeptus eſt.* cf. Verr. V, 70, 181. v. Burm. ad Vellei. II, 1 p. 675. ed. Ruhnk.

*M. Aemilio* Scauro, coſ. a. u. 638 et 646. De eo Aſconius ad fr. or. pro Scauro p. 1008. *M. Scaurus ita fuit patricius, ut tribus ſupra aetatibus iacuerit domus eius fortuna: nam neque pater neque avus, neque etiam proavus, ut puto, propter tenues opes et nullam vitae induſtriam honores adepti ſunt.* Hinc Plutarch. de fort. Rom. II p. 318. C. (T. II p. 305. ed. Wytt.) *Αἰμίλιος δὲ Σκαῦρος ἐκ ταπεινοῦ βίου καὶ ταπεινοτέρου γένους καινὸς ἄνθρωπος ἀρθεὶς ὑπ' αὐτῆς (τῆς Τύχης) προγράφεται τοῦ μεγάλου συνεδρίου*, i. e. princeps

Etenim eiusdem animi atque ingenii eſt, poſteris ſuis,
quod Pompeius fecit, amplitudinem nominis, quam non
acceperit, tradere, et, ut Scaurus, memoriam prope
VIII intermortuam generis ſui virtute renovare. Quamquam
17 ego iam putabam, iudices, multis viris fortibus ne igno-
bilitas obiiceretur generis, meo labore eſſe perfectum, qui
non modo Curiis, Catonibus, Pompeiis, antiquis illis,
fortiſſimis viris, novis hominibus, ſed his recentibus,
Mariis et Didiis et Coeliis commemorandis iacebant.
Quum ego vero tanto intervallo clauſtra iſta nobilitatis re-
fregiſſem, ut aditus ad conſulatum poſthac, ſicut apud
maiores noſtros fuit, non magis nobilitati, quam virtuti,
pateret, non arbitrabar, quum ex familia vetere et
illuſtri conſul deſignatus ab equitis Romani filio conſule
defenderetur, de generis novitate accuſatores eſſe dicturos.
Etenim mihi ipſi accidit, ut cum duobus patriciis, altero
improbiſſimo atque audaciſſimo, altero modeſtiſſimo atque
optimo viro peterem; ſuperavi tamen dignitate Catilinam,
gratia Galbam. Quod ſi id crimen homini novo eſſe de-
beret, profecto mihi neque inimici, neque invidi defuiſſent.
18 Omittamus igitur de genere dicere, cuius eſt magna in
utroque dignitas; videamus cetera.

„Quaeſturam una petiit, et ſum ego factus prior.“
Non eſt reſpondendum ad omnia: neque enim quem-

ſenatus lectus a. u. 638 a. L. Metello et Cn. Domitio cenſoribus.

c. VIII. §. 17. *Curiis — commemorandis* i. e. quamquam Curios commemorabant, ut de offic. I, 2, 4. *quis eſt enim, qui nullis officii praeceptis tradendis philoſophum ſe audeat dicere? — Iacebant*, negligebantur, contemnebantur, ex quo fiebat, ut nulli iis magiſtratus mandarentur. Tuſc. I, 2 *iacent ea ſemper, quae apud quosque improbantur.* Off. III, 20. *C. Marius, quum a ſpe conſulatus longe abeſſet, et iam ſeptimum annum poſt praeturam iaceret* etc. Cf. Heuſing. ad Offic. III, 20, 1. Intelligit autem M'. Curium Dentatum, qui ter conſul fuit a. u. 463. 468. 479. et de Pyrrho rege triumphavit; M. Porcium Catonem, conſulem a. u. 558; Marium, ſepties conſulem: T. Didium, qui praetor ex Macedonia triumphavit, coſ. a. u. 665; C. Coelium Caldum, coſ. a. u. 659. de quo eſt etiam Verr. V, 70.

*clauſtra iſta nobil.* Agrar. II, 1, 3 *Me perlongo intervallo prope memoriae temporumque noſtrorum primum hominem novum conſulem feciſtis, et eum locum, quem nobilitas praeſidiis firmatum atque omni ratione obvallatum tenebat, me duce, reſcidiſtis, virtutique in poſterum patere voluiſtis.* Camer.

*Galbam;* P. Sulpicium G. ad Att. I, 1 in. *Prenſat unus P. Galba; ſine fuco ac fallaciis, more maiorum, negatur; ut opinio eſt hominum, non aliena rationi noſtrae fuit illius haec praepoſtera prenſatio.*



quam veſtrum fugit, quum multi pares dignitate fiant,
unus autem primum ſolus poſſit obtinere, non eundem
eſſe ordinem dignitatis et renuntiationis, propterea quod
renuntiatio gradus habeat, dignitas autem ſit perſaepe
eadem omnium. Sed quaeſtura utriusque propemodum
pari momento ſortis fuit. Habuit hic lege Titia provin-
ciam tacitam et quietam, tu illam, cui, quum quaeſtores
ſortiuntur, etiam acclamari ſolet, Oſtienſem, non tam
gratioſam et illuſtrem, quam negotioſam et moleſtam.
Conſedit utriusque nomen in quaeſtura: nullum enim
vobis ſors campum dedit, in quo excurrere virtus cogno-
ſcique poſſet. Reliqui temporis ſpatium in contentionem 19
vocatur. Ab utroque diſſimillima ratione tractatum eſt.
Servius hic nobiscum hanc urbanam militiam reſpondendi, IX
ſcribendi, cavendi, plenam ſollicitudinis ac ſtomachi, ſe-
cutus eſt; ius civile didicit; multum vigilavit, laboravit,
praeſto multis fuit, multorum ſtultitiam perpeſſus eſt,
arrogantiam pertulit, difficultatem exſorbuit; vixit ad

§. 18. *quum multi — fiant*, ſc. quaeſtores. pro Planc. 6, 15 *ſin hoc perſaepe accidit, ut et factos aliquos et non factos miremur.* §. 16. *hic factus eſt.* et ſaepius. — *primum obtinere* dicitur, qui primus renunciatur, quaſi primum locum ſ. gradum obtineat.

*pari momento ſortis fuit* i. e. ſors dedit utrique propemodum aequalem provinciam ſc. Italicam. Recte Camer. cum voc. *momentum* comparat gr. ῥοπὴ (noſtr. *Ausſchlag.*) Beck.

*lege Titia.* Ea videtur eſſe C. Titii trib. pl. a. u. 488. de quaeſtorum numero duplicando (antea enim quatuor fuerant) et provinciis quaeſtoriis e SC. ſortiendis. vid. Pigh. Ann. ad a. laud.

*acclamari ſolet.* Oſtienſis provincia maritima, quae curam importandarum et exportandarum mercium, etiam rei frumentariae, (vid. pro Sext. 17, 39.) in portu Oſtienſi et Puteolano habebat, videtur etiam dicta fuiſſe *aquaria.* vid. in Vatin. 5, 12 *quum tibi magno clamore aquaria provincia ſorte obtigiſſet, miſſusne ſis a conſule Puteolos* — — — Aquarii autem dicebantur ſervi, qui ad aquaeductuum et aquarum curationem adhibebantur, quod humillimum genus hominum fuiſſe, infra ſervos etiam, indicat Iuven. 6, 331 *abſtuleris ſpem ſervorum; veniet conductus aquarius.* Sic Geſner. in Theſ. Aliter Lipſ. antiqu. lect. lib. I. c. 12. quem ſequitur Ern. in cl. *Acclamari* autem irridendi cauſa.

*Conſedit*, deſiit celebrari. *Ern.* in clav. Proprie de otio. ad Attic. II, 4 *in otio conſederit.* Or. 27, 96 *genus orationis in ea, de qua loquor, mediocritate conſedit.*

c. IX. *Reſpondere* de iure ICti dicuntur conſulentibus, quum iis, quid ius poſtulet, exponunt; *ſcribere*, quum formulas ſponſionum, ſtipulationum, actionum, teſtamentorum componunt (vid. Victor. et Manut. ad Fam. VII, 14. Gronov. de ſeſtert. p. 644.); *cavere*, quum litigantibus aut aliquid contrahentibus oſtendunt, quomodo lis inſtruenda resque contrahenda ſit, ne aut cauſa cadant, aut decipiantur.

*exſorbuit*, ad Qu. fr. III, 9 *iſta*

aliorum arbitrium, non ad ſuum. Magna laus et grata
hominibus, unum hominem elaborare in ea ſcientia, quae
20 ſit multis profutura. Quid Murena interea? fortiſſimo et
ſapientiſſimo viro, ſummo imperatori, legatus L. Lucullo
fuit; qua in legatione duxit exercitum, ſigna contulit,
manum conſeruit, magnas copias hoſtium fudit, urbes
partim vi, partim obſidione cepit, Aſiam iſtam refertam
et eandem delicatam ſic obiit, ut in ea neque avaritiae,
neque luxuriae veſtigium reliquerit, maximo in bello ſic
eſt verſatus, ut hic multas res et magnas ſine imperatore
geſſerit, nullam ſine hoc imperator. Atque haec quam-
quam praeſente L. Lucullo loquar, tamen, ne ab ipſo
propter periculum noſtrum conceſſam videamur habere
licentiam fingendi, publicis litteris teſtata ſunt omnia,
quibus L. Lucullus tantum laudis impertiit, quantum
neque ambitioſus imperator neque invidus tribuere alteri
21 in communicanda gloria debuit. Summa in utroque eſt
honeſtas, ſumma dignitas; quam ego, ſi mihi per Servium
liceat, pari atque eadem in laude ponam. Sed non licet;
agitat rem militarem; inſectatur totam hanc legationem;
aſſiduitatis et operarum harum quotidianarum putat eſſe
conſulatum. Apud exercitum mihi fueris, inquit, tot
annos? forum non attigeris? abfueris tamdiu? et, quum
longo intervallo veneris, cum iis, qui in foro habitarunt,
de dignitate contendas? Primum iſta noſtra aſſiduitas,

*odia non ſolum ſorbeo, ſed etiam concoquo.* Alias *devorare taedium* etc. dicitur.

§. 20. *ſapientiſſimo viro.* Cf. de l. Man. §. 20.

*quamquam — loquar.* Orat. II, 1 in. *quamquam non ita ſeſe rem habere arbitrarentur.* ubi coniunct. *erant multi, qui — deterrerent* hanc vim habere non credo Ellendtio ad Cic. Brut. §. 115. p. 87. cf. ib. III, 7, 27. Brut. 30, 115 *qui quamquam innocentiſſimus in iudicium vocatus eſſet.* pro Planc. 3, 8 *quamquam ſim ingreſſus* contra latinitatem eſſe narrat Ern. contra ad locos allatos ne γρῦ quidem. Cat. m. 13, 44. ubi vid. Gernh. et Heuſing. ad Off. p. 18. not. c. Goerenz. ad Leg. p. 238.

*ambitioſus*, qui gratiam aliorum captat. Similiter Brut. 69, 244 *non puto exiſtimare te, ambitione me labi: quippe de mortuis.* Vid. de voce *ambitio* et *ambitioſus* Gronov. ad Liv. 45, 36. Heuſing. ad Off. p. 251. b. Spalding. ad Quint. I, 2, 22.

§. 21. *pari atque eadem.* vid. ad Catil. II. §. 27. IV. §. 18.

*agitat*, exagitat, inſectatur dicteriis, reprehendit. de Or. II, 62 in. *agitare perſonas*, ridere. Brut. 28, 109 *M. Pennus facile agitavit in tribunatu C. Gracchum.*

*operarum*, laboris in cauſis agendis et reſpondendo iure poſiti. Sic etiam Verr. V, 47. in. pro Sull. 9, 26.

*de dignitate cont.* uter conſulatu ſit dignior. Cf. pro Sull. c. 8. Tuſc. III, 21.



Servi, neſcis, quantum interdum afferat hominibus faſti-
dii, quantum ſatietatis. Mihi quidem vehementer expe-
diit, poſitam in oculis eſſe gratiam; ſed tamen ego mei
ſatietatem magno meo labore ſuperavi, et tu idem fortaſſe;
verumtamen utrique noſtrum deſiderium nihil obfuiſſet.
Sed, ut, hoc omiſſo, ad ſtudiorum atque artium conten- 22
tionem revertamur, qui poteſt dubitari, quin ad conſu-
latum adipiſcendum multo plus afferat dignitatis rei mi-
litaris, quam iuris civilis gloria? Vigilas tu de nocte, ut
tuis conſultoribus reſpondeas, ille, ut eo, quo intendit,
mature cum exercitu perveniat; te gallorum, illum buc-
cinarum cantus exſuſcitat; tu actionem inſtituis, ille aciem
inſtruit; tu caves, ne tui conſultores, ille, ne urbes aut
caſtra capiantur; ille tenet et ſcit, ut hoſtium copiae, tu,
ut aquae pluviae arceantur; ille exercitatur in propagan-
dis finibus, tu in regendis. Ac nimirum (dicendum eſt
enim quod ſentio) rei militaris virtus praeſtat ceteris omni-
bus. Haec nomen populo Romano, haec huic urbi aeter- X
nam gloriam peperit, haec orbem terrarum parere huic
imperio coëgit; omnes urbanae res, omnia haec noſtra
praeclara ſtudia et haec forenſis laus et induſtria latent in
tutela ac praeſidio bellicae virtutis; ſimulatque increpuit
ſuſpicio tumultus, artes illico noſtrae conticeſcunt.
Et, quoniam mihi videris iſtam ſcientiam iuris tam- 23
quam filiolam oſculari tuam, non patiar te in tanto errore
verſari; ut iſtud neſcio quid, quod tantopere didiciſti,
praeclarum aliquid eſſe arbitrere. Aliis ego te virtutibus,
continentiae, gravitatis, iuſtitiae, fidei, ceteris omnibus,

*poſitam in oculis eſſe*, in conſpectu populi, ut pro Planc. 27, *habitare in oculis populi.* — *gratiam*, quam mihi comparavi, quaeque eo magis ad honores adipiſcendos mihi profuit, quod omnibus nota erat.

§. 22. *de nocte. De* cum nominibus temporis ſignificat, illud tempus non plane effluxiſſe. Terent. Adelph. V, 3, 55 *Ceterum rus cras cum filio ibo primo lucu.* M. *Imo de nocte cenſeo.* Geſner. in Theſ. rectius quam Ern. in cl. Sic *de die potare*, quum dies adhuc eſt.

*te gallorum.* Horat. Serm. I, 1, 9 ſq. *agricolam laudat iuris legumque peritus, Sub galli cantum conſultor ubi oſtia pulſat.*

*tu in regendis.* Regere fines eſt conſtituere, decernere de finibus, de quibus controverſia eſt, quod faciunt arbitri finium regendorum. Ern. in clav.

c. X. §. 23. *aliis virtutibus, continentiae* etc. pro *aliis virtutibus, nempe continentia* etc. ut Offic. II, 5, 16 *ceteris cauſis, eluvionis, peſtilentiae* etc. i. e. *ceteris cauſis* interitus hominum, *nempe eluvione, peſtilentia.* Vid. ad Catil. II. §. 24. Non debuerunt locum corruptum arbitrari Lamb. et Schütz. *Aliis virtutibus* i. e. propter alias virtutes. de Or. III, 3, 12 *Ego*

conſulatu et omni honore ſemper digniſſimum iudicavi;
quod quidem ius civile didiciſti, non dicam, operam perdidiſti,
ſed illud dicam, nullam eſſe in illa diſciplina munitam
ad conſulatum viam: omnes enim artes, quae nobis
populi Romani ſtudia conciliant, et admirabilem dignitatem
et pergratam utilitatem debent habere. Summa digni-
XI 24 tas eſt in iis, qui militari laude antecellunt: omnia enim,
quae ſunt in imperio et in ſtatu civitatis, ab iis defendi et
firmari putantur; ſumma etiam utilitas, ſiquidem eorum
conſilio et periculo cum republica, tum etiam noſtris rebus
perfrui poſſumus. Gravis etiam illa eſt et plena dignitatis
dicendi facultas, quae ſaepe valuit in conſule deligendo,
poſſe conſilio atque oratione et ſenatus et populi et eorum,
qui res iudicant, mentes permovere. Quaeritur conſul,
qui dicendo nonnumquam comprimat tribunicios furores,
qui concitatum populum flectat, qui largitioni reſiſtat. Non
mirum, ſi ob hanc facultatem homines ſaepe etiam non
nobiles conſulatum conſecuti ſunt, praeſertim quum haec
eadem res plurimas gratias, firmiſſimas amicitias, maxima
ſtudia pariat. Quorum in iſto veſtro artificio, Sulpici,
25 nihil eſt. Primum dignitas in tam tenui ſcientia quae
poteſt eſſe? res enim ſunt parvae, prope in ſingulis litteris
atque interpunctionibus verborum occupatae. Deinde,
etiam ſi quid apud maiores noſtros fuit in iſto ſtudio admirationis,
id, enuntiatis veſtris myſteriis, totum eſt contemptum
et abiectum. Poſſet agi lege, necne, pauci quondam
ſciebant: faſtos enim vulgo non habebant; erant in
magna potentia qui conſulebantur, a quibus etiam dies,
tamquam a Chaldaeis, petebantur. Inventus eſt ſcriba
quidam Cn. Flavius, qui cornicum oculos confixerit et

*vero te, Craſſe, tum vitae flore, tum mortis opportunitate, divino conſilio et ortum et exſtinctum eſſe arbitror.* de Fin. I, 13, 42 *gubernatoris ars non utilitate, ſed arte laudatur.* cf. ib. II, 26, 83. ad Famil. VI, 13. infr. §. 87. Goerenz. ad Cic. de leg. III, 9, 22 p. 245.

c. XI. §. 24. *quae ſunt in imperio et in ſtatu civ.* quae ad imperium et ſtatum civ. i. e. ſalutem pertinent.

*poſſe conſilio* etc. Eſt ἐπεξήγησις verborum *dicendi facultas.* de Orat. I, 8, 30 *neque vero mihi quidquam praeſtabilius videtur, quam poſſe dicendo tenere hominum coetus, mentes allicere, voluntates impellere, quo velit, unde autem velit, deducere*, i. e. quam eloquentia.

*plurimas gratias.* Cf. XIII, 28, XX, 42.

§. 25. *Cn. Flavius.* De eo Liv. IX, 46 *Eodem anno Cn. Flavius Cn. filius ſcriba, patre libertino, humili fortuna ortus, ceterum callidus vir et facundus, aedilis curulis fuit. — — Ceterum contumacia adverſus contemnentes humilitatem ſuam nobiles certavit; civile ius, repoſitum in penetralibus pontificum, evulgavit, faſtosque circa forum in albo propoſuit, ut, quando lege agi poſſet, ſciretur.* Cic. de orat. I, 41. *veteres illi, qui huic ſcientiae* (iuris civilis) *praefuerunt, obtinendae atque augendae potentiae ſuae cauſa pervulgari artem ſuam noluerunt; deinde poſteaquam eſt editum* (ius) *expoſitis a Cn. Flavio primum actionibus* (i. e. formulis, quibus litigantes uterentur) *nulli fuerunt, qui illa artificioſe digeſta generatim componerent.* ad Attic. VI, 1 *unum ἱστορικὸν requiris, de Cn. Flavio Cn. fil. Ille vero ante decemviros non fuit, quippe qui aedilis curulis fuerit, qui magiſtratus multis annis poſt decemviros inſtitutus eſt. Quid ergo profecit, quod protulit faſtos? occultatam putant quodam tempore ipſam tabulam, ut dies agendi peterentur a paucis. Nec vero pauci ſunt auctores, Cn. Flavium ſcribam faſtos protuliſſe, actionesque compoſuiſſe; ne me hoc, vel potius Africanum (is enim loquitur) commentum putes.* Cf. Plin. H. N. XXXIII, 6. Ex epiſt. ad Att. intelligitur, recte hic dici *dies — petebantur*, pro quo Ern. dedit *petebatur.* Inutilis vero emendatio Schütz. *ſing. diebus ediſcendis faſtos* pro *ſ. d. ediſcendos* i. e. cognoſcendos.



ſingulis diebus ediſcendos faſtos populo propoſuerit et ab
ipſis cautis iureconſultis eorum ſapientiam compilarit.
Itaque irati illi, quod ſunt veriti, ne, dierum ratione pervulgata
et cognita, ſine ſua opera lege poſſet agi, notas
quaſdam compoſuerunt, ut omnibus in rebus ipſi intereſ-
ſent. Quum hoc fieri belliſſime poſſet: „*Fundus Sabinus* XII
*meus eſt:*“ „immo meus:“ deinde iudicium; noluerunt. 26
*Fundus*, inquit, *qui eſt in agro, qui Sabinus vocatur.* Satis
verboſe; cedo, quid poſtea? *Eum ego ex iure Quiritium*

*cornicum oculos confixerit*, i. e. callidos ac circumſpectos feſellerit ac circumvenerit, et quaſi caecos reddiderit. Cf. pro Flacc. 20. *Hic hercule cornici oculum ut dicitur: nam hunc Hermippum, hominem eruditum, civem ſuum, cui debebat eſſe notiſſimus, percuſſit.* Geſner. ad Quint. VIII, 3, 22 comparat Propert. IV, 5, 15 de lena: *Poſſit ut intentos aſtu caecare maritos, Cornicum emeritas eruit ungue genas.* Itaque hoc agitur, inquit, cornicum oculis configendis a venefica, ut maritum caecum reddat ad furta coniugis adulterae. Hinc tractum, ut cornici oculos configere dicatur, ſi quis fallit alioquin cautiſſimos. Recte autem *confixerit, propoſuerit, compilarit*, non *configeret, proponeret, compilaret*, quod latinitatis legitima ratio poſtulare videbatur Ern. Neque enim configebat, proponebat, compilabat, quod, ut ait Gellius X, 3 in diutina repraeſentatione locum haberet, ſed confixit, propoſuit, compilavit.

*pervulgata* defenditur loco Ciceronis de orat. I, 41 et Livii, qui *evulgavit.* Quod vero Ern. dicit *promulgata*, prout Graev. edidit e MS. Francii, privati hominis facto non videri convenire, nec uſpiam ſe ſic reperiſſe, errat: nam Plin. l. c. de iſto Flavio: *Appii Caeci hortatu exceperat eos dies — promulgaveratque.*

*notas quaſdam*, i. e. formulas obſcuras et contortas actionum. Egregia de hoc verbo obſervatio eſt Ern. in cl.

*meum eſſe dio* Quid tum? *inde ibi ego te ex iure manu conſertum voco.* Quid huic tam loquaciter litigioſo reſponderet ille, unde petebatur, non habebat. Tranſit idem iureconſultus, tibicinis Latini modo: *unde tu me*, inquit, *ex iure manu conſertum vocaſti*, *inde ibi ego te revoco.* Praetor interea ne pulchrum ſe ac beatum putaret, atque aliquid ipſe ſua ſponte loqueretur, ei quoque carmen compoſitum eſt cum ceteris rebus abſurdum, tum vero nullo uſu utrisque: *ſuperſtitibus iſtam viam dico; inite viam.* Praeſto aderat ſapiens ille, qui inire viam doceret: *redite*

c. XII. §. 26. *inde ibi* eſt in eum locum, et dicitur ut *inante*, *exinante*, *inſimul*, et huius generis alia. *Graev.*

*manum*, vel, ubi de pluribus ſermo eſt, *manus* (pro quo ſcribebant *manu'* vel *manu* vid. Drakenb. ad Liv. VI, 42) *conſerere* eſt, de qua re disceptatur, in re praeſenti, ſive ager ſive quid aliud eſt, cum adverſario ſimul manu prendere, et in ea re ſolennibus verbis vindicare. Verba ſunt Gellii N. A. XX, 10. Cf. infra XIV §. 30. *tam loquaciter litigioſo.* Ad has verboſas verborum formulas fortaſſe reſpexit Ovid. Am. I, 12, 23 quum *vadimonia garrula* dixit. Item infr. c. 14. ſapientia *verboſa* ICtorum. *Ern.*

*ille, unde petitur*, in cauſa privata dicitur is, in quem actio ſuſcipitur, qui in cauſa publica vocatur reus.

*tibicinis Latini modo.* Videntur tibicines, in ſcena hiſtrionibus modos facientes, modo ſubmiſſius, modo contentius canendo ad hunc vel illum hiſtrionem ſe convertiſſe et dicendi agendique rationem ſuo cantu oſtendiſſe et moderati eſſe, ut ad h. l. explicat Graev., quem ſequuntur Geſner. ad Quint. VII, 1. Ern. in cl. „Quare autem Latinus tibicen dicatur, patet e Livio IX, 30. Nempe Romani cives nulli tibicines, ſed e Latinis, ut haruſpices omnes ex Hetruſcis.“ *Ern.*

*utrisque*, petitori et ei, unde petitur *ſuperſtitibus*, i. e. praeſentibus. Feſtus: *ſuperſtites praeſentes teſtes ſignificat*, *cuius rei teſtimonium eſt*, *quod ſuperſtitibus*, *id eſt*, *praeſentibus teſtibus*, *ii*, *inter quos controverſia eſt*, *vindicias ſumere iubentur.* Cf. Servium ad Virg. Aen. III, 339. Gell. I, 22.

*inite viam.* Gellius XX, 10 *Poſtquam Praetores*, *propagatis Italiae finibus*, *datis iurisdictionibus*, *negotiis occupati*, *proficiſci vindiciarum dicendarum cauſa in longinquas res gravabantur; inſtitutum eſt contra XII tabulas tacito conſenſu, ut litigantes non in iure apud praetorem manum conſererent*, *ſed ex iure manum conſertum vocarent*, *id eſt*, *alter alterum ex iure ad conſerendam manum in rem*, *de qua ageretur*, *vocaret; atque profecti ſimul in agrum*, *de quo litigabatur*, *terrae aliquid ex eo*, *uti unam glebam in ius in urbem ad praetorem deferrent*, *et in ea gleba*, *tanquam in toto agro*, *vindicarent.* Poſtea inſtitutum eſſe videtur, ut, ſi longius abeſſet ager, de quo litigabatur, et petitor et is, unde petebatur, teſtibus advocatis, rem eo ipſo in loco transigerent, et tum demum glebam manu tenentes praetorem adirent, qui, ut antiquus ritus ſervaretur, ire eos et redire iubebat. Sic hanc rem expedivit Savigny in *Zeitſchrift für geſchichtliche Rechtswiſſenſchaft* B. III. H. 3. p. 421 ſqq.



*viam;* eodem duce redibant. Haec iam tum apud illos
barbatos ridicula, credo, videbantur; homines, quum
recte atque in loco conſtitiſſent, iuberi abire, ut, unde
abiſſent, eodem ſtatim redirent. Iisdem ineptiis fucata
ſunt illa omnia, *quando te in iure conſpicio*, et haec, *ſed
anne tu dicis cauſa vindicaveris?* quae dum erant occulta,
neceſſario ab eis, qui ea tenebant, petebantur; poſtea
vero pervulgata atque in manibus iactata et excuſſa inaniſſima
prudentiae reperta ſunt, fraudis autem et ſtultitiae
pleniſſima. Nam quum permulta praeclare legibus eſſent 27
conſtituta, ea iureconſultorum ingeniis pleraque corrupta
ac depravata ſunt. Mulieres omnes propter infirmitatem
conſilii maiores in tutorum poteſtate eſſe voluerunt, hi invenerunt
genera tutorum, quae poteſtate mulierum continerentur;
ſacra interire illi noluerunt, horum ingenio
ſenes ad coëmptiones faciendas, interimendorum ſacrorum
cauſa, reperti ſunt; in omni denique iure civili aequitatem
reliquerunt, verba ipſa tenuerunt, ut, quia in alicuius
libris exempli cauſa id nomen invenerant, putarunt, omnes
mulieres, quae coëmptionem facerent, Caias vocari. Iam
illud mihi quidem mirum videri ſolet, tot homines, tam
ingenioſos, per tot annos etiam nunc ſtatuere non potuiſſe,
utrum diem tertium, an perendinum, iudicem, an arbitrum,
rem, an litem dici oporteret. Itaque, ut dixi, XIII
dignitas in iſta ſcientia conſularis numquam fuit, quae 28
tota ex rebus fictis commenticiisque conſtaret, gratiae
vero multo etiam minores: quod enim omnibus patet et

*quando te in i. conſp.* Plena formula eſt: *quando* (*quandoquidem* pro Caec. 19) *te in i. conſp. poſtulo an ſuas auctor*, i. e. is qui accuſando vindicat.

§. 27. *quae poteſtate mul. continerentur*, quia teſtamento optio tutoris iis data erat, etiam facultas alium tutorem eligendi. *ſenes ad coemptiones fac.* waren Greiſe, mit welchen zum Scheine eine ſtrenge Ehe, bloſs zur Zerſtörung der *ſacra*, geſchloſſen wurde. Allein dieſelbe Formalität konnte ja auch angewendet werden, um der Frau von der läſtigen *tutela legitima* Freiheit zu verſchaffen. Wollte nämlich ein Vater ſeiner Tochter dieſe Befreiung gewähren, ſo brauchte er ſie nur an einen Greis nach dem Recht der ſtrengen Ehe (freilich zum Schein) zu vermählen: der Ehemann muſste ſich dann nicht ſcheiden, ſondern der Frau die *tutoris optio* im Teſtament geben, und eben deswegen war dazu ein Greis ganz unentbehrlich.“ Savigny in Zeitſchrift etc. p. 341.

*utrum diem tertium.* Reſpicit ad ICtorum formulas: *in diem tertium ſeu perendinum: iudicem arbitrumve peto ut des: quam rem ſive litem dicere oportet:* quae apud Briſſonium ſunt, et apud Probum ſingularum litterarum notis indicatae. *Ern.*

aeque promptum eſt mihi et adverſario meo, id eſſe gratum nullo pacto poteſt. Itaque non modo beneficii collocandi ſpem, ſed etiam illud, quod aliquandiu fuit, *licet conſulere*, iam perdidiſtis. Sapiens exiſtimari nemo poteſt in ea prudentia, quae neque extra Romam usquam, neque Romae, rebus prolatis, quidquam valet; peritus ideo haberi nemo poteſt, quod in eo, quod ſciunt omnes, nullo modo poſſunt inter ſe diſcrepare; difficilis autem res ideo non putatur, quod et perpaucis et minime obſcuris litteris continetur. Itaque, ſi mihi, homini vehementer occupato, ſtomachum moveritis, triduo me iureconſultum eſſe profitebor. Etenim quae de ſcripto aguntur, ſcripta ſunt omnia; neque tamen quidquam tam anguſte ſcriptum eſt, quo ego non poſſim, *qua de re agitur*, addere; quae con-

c. XIII. §. 28. *licet conſulere.* Indicat non amplius tum moris fuiſſe, in adeundis ICtis et conſulendis hoc humanitatis cauſa dicere. *Ern.*

*rebus prolatis.* Res prolatae dicebantur, quum feriari licebat, munerum urbanorum vacatione conceſſa, quo tempore ludi fiebant, votivi, Romani, Victoriae, plebeii. Ideo dixit Plautus in Capt. I, 10 ex perſona paraſiti: *Ubi res prolatae ſunt, quum rus homines eunt, Simul prolatae res ſunt noſtris dentibus.* Et ad Att. VII, 12 *Nec enim rerum prolatio, nec aerarium clauſum tardabit.* XIV, 5 *Meam ſtultam verecundiam, qui legari noluerim ante res prolatas, ne deſerere viderer hunc rerum tumorem.* Et ad Qu. fr. III, 8 *Res prolatae; ad interregnum comitia adducta. Manut.* in iuſtitio, vel propter ferias, vel aliis de cauſis. *Ern.*

*difficilis autem res.* de orat. I, 43 in. *Omnia enim ſunt poſita ante oculos, collocata in uſu quotidiano, in congreſſione hominum atque in foro, neque ita multis litteris et voluminibus continentur: eadem enim ſunt elata primum a pluribus, deinde, paucis verbis commutatis, etiam ab iisdem ſcriptoribus ſcripta ſunt ſaepius;* ubi haec Craſſus ad commendandam iuris civilis ſcientiam dicit. Cf. ib. c. 58.

*me iure conſultum eſſe profitebor.* Or. 9, 30 *Ecce autem aliqui ſe Thucydidios eſſe profitentur.* Verr. III, 217 *me omnium provinciarum defenſorem eſſe profitebor.* cf. pro Roſc. §. 84. At Ern. ubique *eſſe* delendum ſuſpicabatur, ſuae tamen regulae ipſe oblitus ad Cic. de opt. gen. or. c. 6. in. Parad. 4. ſub fin.

*anguſte*, tenuiter, exiliter, et hinc obſcure. Scriptum autem ius actiones ſ. formulas continet.

*qua de re agitur* i. e. ſtatum controverſiae, cauſam, quae nominibus perſonarum, locorum, rerum etc. continetur. Exemplum addit Camerarius: ut, ſi probatum ſit ab Oreſte, ea fuiſſe ſcelera materna, propter quae interfici illam oportuerit, quum ſe ultorem eſſe debuiſſe dicat, tota in hoc cauſa vertitur, utrum ita ſceleratam matrem recte filius interemerit. Brut. 79, 275 *qua de re agitur autem, illud quod multis locis in ICtorum includitur formulis, id ubi eſſet videbat.* de fato 5 *Haec diſſerens, qua de re agatur, et in quo cauſa conſiſtat, non videt.* Quum autem proprie dicendum eſſet, *in quo ego non poſſim, qua de re agatur, videre*, irridendi cauſa dixit *addere*, quaſi haec eſſet formula plerumque inanis, et ſine ratione et quaſi e praeſcripto a ICtis addi ſolita.



ſuluntur autem, minimo periculo reſpondentur. Si id, quod oportet, reſponderis, idem videare reſpondiſſe, quod Servius; ſin aliter, etiam controverſum ius noſſe et tractare videare. Quapropter non ſolum illa gloria milita- 29
ris veſtris formulis atque actionibus anteponenda eſt, verum etiam dicendi conſuetudo longe et multum iſti veſtrae exercitationi ad honorem antecellet. Itaque mihi videntur plerique initio multo hoc maluiſſe; poſt, quum id aſſequi non potuiſſent, iſthuc potiſſimum ſunt delapſi; ut aiunt in Graecis artificibus eos auloedos eſſe, qui citharoedi fieri non potuerint, ſic nonnullos videmus, qui oratores evadere non potuerunt, eos ad iuris ſtudium devenire. Magnus dicendi labor, magna res, magna dignitas, ſumma autem gratia: etenim a vobis ſalubritas quaedam, ab iis, qui dicunt, ſalus ipſa petitur. Deinde veſtra reſponſa atque decreta evertuntur ſaepe dicendo et ſine defenſione oratoris firma eſſe non poſſunt; in qua ſi ſatis profeciſſem, parcius de eius laude dicerem; nunc nihil de me dico, ſed de iis, qui in dicendo magni ſunt aut fuerunt.

Duae ſunt artes, quae poſſunt locare homines in am- XIV
pliſſimo gradu dignitatis, una imperatoris, altera oratoris 30
boni: ab hoc enim pacis ornamenta retinentur, ab illo belli pericula repelluntur. Ceterae tamen virtutes ipſae per ſe multum valent, iuſtitia, fides, pudor, temperantia, quibus te, Servi, excellere omnes intelligunt; ſed nunc

§. 29. *poſt, quum id aſſ. non potuiſſent.* Quint. XII, 3, 9. *Quodſi plerique, deſperata facultate agendi, ad diſcendum ius declinaverunt, quam id ſcire facile eſt oratori, quod diſcunt, qui ſua quoque confeſſione oratores eſſe non poſſunt?* Seqq. *ut aiunt* etc. citat id. VIII. 3, 79.

*auloedos eſſe.* Quantae artis eſſet citharoedum eſſe, i. e. citharae nervos impellere et eundem voce accinere, indicavit Fabius I, 12, 3. Minus multo eſt auloedum eſſe, h. e. tibias inflanti alii vocem accommodare. Igitur qui prius illud tentavit infeliciter, omiſſa cithara tamen auloedus eſſe poteſt. *Geſner.* ad Quint. VIII, 3, 79.

*ſumma autem gr. Autem* ſaepe exaggerationi inſervire et reſpondere noſtro *ja*, obſervavit Goerenz. ad Leg. I, 17, 47. Rectius dicas, in enumerando, quum plura iam commemorata ſint, uſurpari.

*in qua* refertur ad *defenſionem oratoris*, ſed ita, ut omnino facultas dicendi cogitetur, ut Catil. IV in. *eam* ad *voluntas* referebatur, ſed intellecta ſollicitudine, infra §. 38 *quae* ad *voluntas.* Brut. 29, 112 *ad ſenatoriam ſententiam, cuius erat ille princeps*, non ſententiae, ſed ſenatus. Cf. Gronov. ad Liv. VIII, 11. IX, 41. Daviſ. ad Cic. de Fin. V, 6.

de studiis ad honorem dispositis, non de insita cuiusque virtute disputo. Omnia ista nobis studia de manibus excutiuntur, simulatque aliquis motus novus bellicum canere coepit. Etenim, ut ait ingeniosus poëta et auctor valde bonus, proeliis promulgatis, *pellitur e medio* non solum ista vestra verbosa simulatio prudentiae, sed etiam ipsa illa domina rerum *sapientia; vi geritur res. Spernitur orator,* non solum odiosus in dicendo ac loquax, verum etiam *bonus; horridus miles amatur.* Vestrum vero studium totum iacet. *Non ex iure manu consertum, sed mage ferro,* inquit, *rem*
31 *repetunt.* Quod si ita est, cedat, opinor, Sulpici, forum castris, otium militiae, stilus gladio, umbra soli; sit denique in civitate ea prima res, propter quam ipsa est civitas omnium princeps.

Verum haec Cato nimium nos nostris verbis magna facere demonstrat, et oblitos esse, bellum illud omne Mithridaticum cum mulierculis esse gestum. Quod ego longe secus existimo, iudices, deque eo pauca disseram: neque enim causa in hoc continetur. Nam, si omnia bella, quae cum Graecis gessimus, contemnenda sunt, derideatur de rege Pyrrho triumphus M'. Curii, de Philippo T. Flaminini, de Aetolis M. Fulvii, de rege Perse L. Paulli, de Pseudophilippo Q. Metelli, de Corinthiis L. Mummii; sin haec bella gravissima victoriaeque eorum bellorum gravissimae fuerunt, cur Asiaticae nationes atque ille a te hostis contemnitur? Atqui ex veterum rerum monumentis vel maximum bellum populum Romanum cum Antiocho gessisse video, cuius belli victor L. Scipio, parta cum Publio fratre gloria, quam laudem ille, Africa oppressa, cognomine ipso prae se ferebat, eandem hic sibi

c. XIV. §. 30. *dispositis*, quae quasi praesidia sint honorum consequendorum: nam praesidia proprie *disponi* dicuntur.

*ingeniosus poëta*, Ennius, cuius hi versus sunt ex octavo Annalium, citati etiam a Gellio XX, 10. Inde voc. *promulgatis* etiam petitum videbatur Ern. Mox *auctor* est non scriptor, sed quo ad sententiam tuam confirmandam uti possis. *sapientia* est rerum gerendarum scientia, et, qua illa imprimis nititur, eloquentia; quam *dominam rerum* vocat, respiciens, ni fallor, ad dictum veteris poëtae ap. Cic. de orat. II, 44, 187. Quint. I, 12, 18 *flexanima atque omnium regina rerum oratio*, secundum Eurip. Hec. 816 Musgr. πειθώ, τὴν τύραννον ἀνθρώπων μόνην.

§. 31. *in hoc continetur.* Vid. ad Catil. IV. §. 1.

*ille*, Publius, *hic*, Lucius. pro Rosc. com. 2 *quid est, quod negligenter scribamus adversaria? quid est, quod diligenter conficiamus tabulas? quia haec sunt menstrua, illae aeternae* etc. Tusc. II, 21, 49. *Pacuvius haec*



ex Asiae nomine assumpsit. Quo quidem in bello virtus 32
enituit egregia M. Catonis, proavi tui; quo ille, quum esset, ut ego mihi statuam, talis, qualem te esse video, numquam esset profectus, si cum mulierculis bellandum esse arbitraretur. Neque vero cum P. Africano senatus egisset, ut legatus fratri proficisceretur, quum ipse paullo ante, Hannibale ex Italia expulso, ex Africa eiecto, Karthagine oppressa, maximis periculis rempublicam liberavisset, nisi illud grave bellum et vehemens putaretur.
Atqui, si diligenter, quid Mithridates potuerit et quid XV
effecerit et qui vir fuerit, consideraris, omnibus regibus, quibuscum populus Romanus bellum gessit, hunc regem nimirum antepones, quem L. Sulla, maximo et fortissimo exercitu, pugna excitatum, non rudis imperator, ut aliud nihil dicam, bello invectum totam in Asiam cum pace dimisit, quem L. Murena, pater huiusce, vehementissime vigilantissimeque vexatum, repressum magna ex parte, non oppressum reliquit, qui rex, sibi aliquot annis sumptis ad confirmandas rationes et copias belli, tantum ipse opibus conatuque invaluit, ut se Oceanum cum Ponto,
Sertorii copias cum suis coniuncturum putaret. Ad quod 33
bellum duobus consulibus ita missis, ut alter Mithridatem persequeretur, alter Bithyniam tueretur, alterius res et

*melius quam Sophocles: apud illum* (Soph.) *enim perquam flebiliter Ulixes lamentatur in vulnere; tamen huic* (Ulixi ap. Pacuv.) etc. vid. Cort. ad Cic. epist. VII, 2, 5. Ut autem h. l. *hic*, quamvis nomen ipsum praecesserit, gravioris oppositionis causa additur, sic de orat. II, 30, 130 *habere certos locos, qui, ut litterae ad verbum scribendum, sic* illi *ad causam explicandam statim occurrant.* cf. de Legg. III, 2, 5.

§. 32. *ut ego mihi statuam*, i. e. animo fingam.

*esset profectus, si — arbitraretur.* vid. ad Catil. II, §. 3. Profectus autem est M. Cato trib. mil. in bellum Antiochi cum M'. Acilio Glabrione, qui regem ad Thermopylas vicit, et a consule Romam dimissus, qui res gestas senatui populoque exponeret. Liv. 36, 21.

c. XV. §. 32. *nimirum*, i. e. sine dubio, ut infra XXII, 45. Leg. II, 1, 13.

*pugna excitatum.* Ern. intelligit pugnam felicem Sullae cum duce Mithridatis Archelao in Graecia (ad Chaeroneam. vid. Plut. Sull. 16 sqq. Appian. Mithrid. 42. p. 699 sqq.), qua excitatus sit Mithrid. ad rem maiori vi et impetu in Asia gerendam.

*non rudis*, dictum est eadem vi, qua Polybius a Livio vocatur *haud spernendus auctor* i. e. egregius, *non ignobilis tragicus* Quint. I, 12, 18, ubi vid. Gesner. Cf. Drakenb. ad Liv. XXX, 45, 5.

*cum pace dimisit.* vid. pro Man. c. 3. extr.

§. 33. *alterius res*, M. Aurelii Cottae, cos., qui Bithyniam tueri iussus, Plut. Lucull. 6 extr. πληγεὶς ἅμα καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν, ἑξήκοντα μὲν ἀπώλε-

terra et mari calamitosae vehementer et opes regis et nomen auxerunt, L. Luculli vero res tantae exstiterunt, ut neque maius bellum commemorari possit, neque maiore consilio et virtute gestum. Nam, quum totius impetus belli ad Cyzicenorum moenia constitisset, eamque urbem sibi Mithridates Asiae ianuam fore putavisset, qua effracta et revulsa tota pateret provincia, perfecta ab Lucullo haec sunt omnia, ut urbs fidelissimorum sociorum defenderetur, et omnes copiae regis diuturnitate obsidionis consumerentur? Quid illam pugnam navalem ad Tenedum, quum contento cursu, acerrimis ducibus, hostium classis Italiam spe atque animis inflata peteret, mediocri certamine et parva dimicatione commissam arbitraris? Mitto proelia; praetereo oppugnationes oppidorum; expulsus regno tandem aliquando, tantum tamen consilio atque auctoritate valuit, ut se, rege Armeniorum adiuncto,
XVI novis opibus copiisque renovarit. Ac, si mihi nunc de rebus gestis esset nostri exercitus imperatorisque dicendum, plurima et maxima proelia commemorare possem; sed
34 non id agimus. Hoc dico: si bellum hoc, si hic hostis, si ille rex contemnendus fuisset, neque tanta cura senatus et populus Romanus suscipiendum putasset, neque tot annos gessisset, neque tanta gloria L. Luculli, neque vero eius belli conficiendi curam tanto studio populus Romanus ad Cn. Pompeium detulisset, cuius ex omnibus pugnis, quae sunt innumerabiles, vel acerrima mihi videtur illa, quae cum rege commissa est et summa contentione pugnata. Qua ex pugna quum se ille eripuisset et Bosporum confugisset, quo exercitus adire non posset, etiam in extrema fortuna et fuga nomen tamen retinuit regium. Itaque ipse

*σεν αὔτανδρα σκάφη, πεζοὺς δὲ τετρακισχιλίους, αὐτὸς δὲ κατακλεισθεὶς εἰς Χαλκηδόνα καὶ πολιορκούμενος εἰς τὰς Λουκούλλου χεῖρας ἀπέβλεπεν.* Plut. ib. c. 8. cf. Appian. Mithr. 71. p. 745 sq.

*ad Cyzicenorum moenia.* vid. pro l. Manil. c. 8.

*ad Tenedum.* vid. ib. §. 21.

c. XVI. §. 34. *quae cum rege commissa est*, ad Euphratem. vid. Dio Cassius XXXVI, 32. Plut. Pomp. 32. Appian. Mithrid. c. 100. p. 792.

*nomen tamen retin. r.* vid. ad Catil. III, §. 10. paulo ante c. 15 extr. epp. famil. V, 2, 3 *me in clarissimis meis atque amplissimis rebus tamen aliquod testimonium tuae vocis habere voluisse*, i. e. quamvis clarissimae atque amplissimae res meae essent. ibid. II, 16 *in communibus miseriis hac tamen oblectabar specula.* Ex hoc autem loco argumentum epigrammatis in Anthol. Lat. T. I p. 301 ductum esse suspicatur Ruhnken. ad Vellei. p. 127. *Adspice, quem valido subnixum gloria regno Altius et coeli*



Pompeius, regno possesso, ex omnibus oris ac notis sedibus hoste pulso, tamen tantum in unius anima posuit, ut, quum omnia, quae ille tenuerat, adierat, sperarat, victoria possideret, tamen non ante, quam illum vita expulit, bellum confectum iudicarit. Hunc tu hostem, Cato, contemnis, quocum per tot annos tot proeliis tot imperatores bella gesserunt? cuius expulsi et eiecti vita tanti aestimata est, ut, morte eius nuntiata, tum denique bellum confectum arbitraremur? Hoc igitur in bello L. Murenam legatum fortissimi animi, summi consilii, maximi laboris cognitum esse defendimus, et hanc eius operam non minus ad consulatum adipiscendum, quam hanc nostram forensem industriam, dignitatis habuisse.

At enim in praeturae petitione prior renuntiatus est XVII
Servius. Pergitisne vos, tamquam ex syngrapha, agere 35
cum populo, ut, quem locum semel honoris cuipiam dederit, eundem reliquis honoribus debeat? Quod enim fretum, quem Euripum tot motus, tantas, tam varias habere putatis agitationes fluctuum, quantas perturbationes et quantos aestus habet ratio comitiorum? Dies intermissus unus aut nox interposita saepe perturbat omnia, et totam opinionem parva nonnumquam commutat aura rumoris. Saepe etiam sine ulla aperta causa fit aliud, atque existimamus, ut nonnumquam ita factum esse etiam
populus admiretur; quasi vero non ipse fecerit. Nihil 56
est incertius vulgo, nihil obscurius voluntate hominum, nihil fallacius ratione tota comitiorum. Quis L. Philippum summo ingenio, opera, gratia, nobilitate, a M.

*sedibus extulerat. Terrore hic belli magnum concusserat orbem; Hic reges Asiae fregerat ac populos; Hic grave servitium iam iam tibi, Roma, ferebat: Cetera namque viri cuspide conciderant. Quum subito in medio rerum certamine praeceps Corruit, e patria pulsus in exsilium. Tale Deae numen; tali mortalia nutu Fallax momento temporis Hora premit.*

*non minus — dignitatis hab.* vid. ad Catil. IV, §. 16.

c. XVII. §. 35. *tanquam ex syngr. ag.* i. e. tamquam debitum postulare, quemadmodum pecunia debita ex syngrapha postulatur. *Ern.*

*Quod enim fretum.* pro Planc. 6, 15 *si campus atque illac undae comitiorum, ut mare profundum et immensum, sic effervescunt quodam quasi aestu, ut ad alios accedant, ab aliis autem recedant* etc. Ibid. 4, 11 *qui in hac tempestate populi iactamur ac fluctibus.*

*quem Euripum.* Proverbii vim obtinuerat Euripus propter continuos fluctus ancipites. vid. Wyttenbach. ad Plat. Phaedon. p. 240. Orell. opusc. Gr. sentent. II, p. 695.

§. 36. *L. Philippum.* Brut. 45 *Eodem tempore* (circa a. u. 660)

Herennio ſuperari poſſe arbitratus eſt? quis Q. Catulum,
humanitate, ſapientia, integritate antecellentem, a Cn.
Manlio? quis M. Scaurum, hominem graviſſimum, civem
egregium, fortiſſimum ſenatorem, a Q. Maximo? non
modo horum nihil ita fore putatum eſt, ſed ne quum eſſet
factum quidem, quare ita factum eſſet, intelligi potuit.
Nam ut tempeſtates ſaepe certo aliquo coeli ſigno commo-
ventur, ſaepe improviſo nulla ex certa ratione obſcura
aliqua ex cauſa concitantur, ſic in hac comitiorum tem-
peſtate populari ſaepe intelligas, quo ſigno commota ſit,
XVIII ſaepe ita obſcura eſt, ut caſu excitata eſſe videatur. Sed
37 tamen, ſi eſt reddenda ratio, duae res vehementer in
praetura deſideratae ſunt, quae ambae in conſulatu Mu-
renae profuerunt, una, exſpectatio muneris, quae et
rumore nonnullo et ſtudiis ſermonibusque competitorum
creverat, altera, quod ii, quos in provincia ac legatione
omnis et liberalitatis et virtutis ſuae teſtes habuerat, non-
dum deceſſerant. Horum utrumque ei fortuna ad conſu-
latus petitionem reſervavit: nam et L. Luculli exercitus,
qui ad triumphum convenerat, idem comitiis L. Murenae
praeſto fuit, et munus ampliſſimum, quod petitio prae-
38 turae deſiderabat, praetura reſtituit. Num tibi haec parva
videntur adiumenta et ſubſidia conſulatus? voluntas mili-
tum? quae quum per ſe valet multitudine, tum apud ſuos
gratia, tum vero in conſule declarando multum etiam apud

*M. Herennius in mediocribus oratoribus, latine et diligenter loquentibus, numeratus eſt; qui tamen ſumma nobilitate hominem, cognatione, ſodalitate, collegio, ſumma etiam eloquentia L. Philippum in conſulatus petitione ſuperavit.* Conſul factus eſt Philippus cum L. Iulio Caeſare a. u. 663. *Opera*, forenſi, induſtria in cauſis agendis. de Offic. II, 15, 53 *qui opera, id eſt, virtute et induſtria, benefici et liberales erunt.*

*Q. Catulum.* Planc. 5. populus dicet *praepoſuiſſe ſe Q. Catulo, ſumma in familia nato, Cn. Manlium, non ſolum ignobilem, verum ſine virtute, ſine ingenio, vita etiam contemta ac ſordida.* Conſul fuit Manlius a. u. 649.

*a Q. Maximo*, eo, qui cognomine *eburnus* dictus eſt per iocum, propter inſignem candorem.

*coeli ſigno*, ſidere. Hanc ſimilitudinem paene poëticum ſpiritum habere obſervat Quint. VIII, 3, 80.

c. XVIII. §. 37. *muneris*, quod non edidit Mur., quum ante praeturam non fuiſſet aedilis; quam omiſſionem muneris aedilitii non diſſimulabat pop. *rumore nonnullo*, quum competitores ſuos ipſorum ludos verbis ſtudioſe amplificarent. Sed ſortitus praeturam urbanam Mur. magnifice ludos Apollinares fecit, quos praetorem urb. dare neceſſe erat. vid. Cic. Phil. V. Liv. 27, 23. Sic locum explicavit Ferrat. apud Garat.



univerſum populum Romanum auctoritatis habet; ſuffra-
gatio militaris? imperatores enim comitiis conſularibus,
non verborum interpretes deliguntur. Quare gravis eſt
illa oratio: *me ſaucium recreavit; me praeda donavit; hoc
duce caſtra cepimus, ſigna contulimus; numquam iſte plus
militi laboris impoſuit, quam ſibi ſumpſit ipſe; cum fortis,
tum etiam felix.* Hoc quanti putas eſſe ad famam hominum
ac voluntatem? etenim, ſi tanta illis comitiis religio eſt,
ut adhuc ſemper omen valuerit praerogativum, quid mi-
rum eſt, in hoc felicitatis famam ſermonemque valuiſſe?
Sed, ſi haec leviora ducis, quae ſunt graviſſima, et hanc 39
urbanam ſuffragationem militari anteponis, noli ludorum
huius elegantiam et ſcenae magnificentiam valde con-
temnere, quae huic admodum profuerunt. Nam quid ego
dicam, populum ac vulgus imperitorum ludis magnopere
delectari? minus eſt mirandum; quamquam huic cauſae
id ſatis eſt: ſunt enim populi ac multitudinis comitia.
Quare ſi populo ludorum magnificentia voluptati eſt, non
eſt mirandum, eam L. Murenae apud populum profuiſſe.
Sed ſi nosmetipſi, qui et ab delectatione omni negotiis im-
pedimur, et in ipſa occupatione delectationes alias multas
habere poſſumus, ludis tamen oblectamur et ducimur, quid
tu admirere de multitudine indocta? L. Otho, vir fortis, XIX
meus neceſſarius, equeſtri ordini reſtituit non ſolum di- 40
gnitatem, ſed etiam voluptatem. Itaque lex haec, quae
ad ludos pertinet, eſt omnium gratiſſima, quod honeſtiſſimo
ordini cum ſplendore fructus quoque iucunditatis eſt re-
ſtitutus. Quare delectant homines, mihi crede, ludi, etiam
illos, qui diſſimulant, non ſolum eos, qui fatentur; quod
ego in mea petitione ſenſi: nam nos quoque habuimus

§. 38. *omen praerogativum* i. e. praerogativam centuriam vel tribum ſemper ſecuti ſumus in ſuffragiis ferendis, ita ut praerogativae ſuffragia pro omine eſſent comitiorum et ſignificarent, quis futurus eſſet conſul.

c. XIX. §. 40. *L. Otho Roſcius lege ſua equitibus in theatro loca reſtituit*, Vellei. II, 32 nempe a. u. 686. C. Calpurnio Piſone et M'. Acilio Glabrione Coſſ. Ea lege, quae theatralis dicta, ſancitum eſt, ne quis in quatuordecim gradibus, orcheſtrae, in qua ſenatores ſedebant, proximis, ſederet, niſi qui eques et equeſtri cenſu eſſet. E verbo *reſtituit* Puteanus et Ruhnk. ad Vell. l. c. et Ern. in Ind. legg. colligunt, equites iam aliquando ante hanc legem ſeparatis a plebe locis ſediſſe. At Plut. Cicer. 13. *πρῶτος διέκρινεν — Ὄθων. . .* Quam legem quum plebs ſibi ignominiae duceret, maximas turbas excitavit Cicerone Coſ. ab hoc compoſitas oratione aliqua, quae intercidit. vid. ad Att. II, 1. Plutarch. Cicer. l. c. Plin. VII, 30.

ſcenam competitricem. Quod ſi ego, qui trinos ludos
aedilis feceram, tamen Antonii ludis commovebar, tibi,
qui caſu nullos feceras, nihil huius iſtam ipſam, quam
41 irrides, argenteam ſcenam adverſatam putas? Sed haec
ſane ſint paria omnia; ſit par forenſis opera militari; ſit
par militari ſuffragatio urbana; ſit idem, magnificentiſſimos
et nullos umquam feciſſe ludos; quid? in ipſa praetura
nihilne exiſtimas inter tuam et iſtius ſortem interfuiſſe?
Huius ſors ea fuit, quam omnes tui neceſſarii tibi optabamus,
iuris dicundi, in qua gloriam conciliat magnitudo
negotii, gratiam aequitatis largitio, qua in ſorte ſapiens
praetor, qualis hic fuit, offenſionem vitat aequabilitate
decernendi, benevolentiam adiungit lenitate audiendi.
Egregia et ad conſulatum apta provincia, in qua laus
aequitatis, integritatis, facilitatis ad extremum ludorum
42 voluptate concluditur. Quid tua ſors? triſtis, atrox;
quaeſtio peculatus, ex altera parte, lachrymarum et
ſqualoris plena, ex altera, catenarum atque indicum;
cogendi iudices inviti, retinendi contra voluntatem; ſcriba
damnatus, ordo totus alienus; Sullana gratificatio reprehenſa,
multi viri fortes et prope pars civitatis offenſa
eſt; lites ſevere aeſtimatae, cui placet, obliviſcitur, cui
dolet, meminit. Poſtremo tu in provinciam ire noluiſti.

*ſcenam competitricem.* Antonius ſcenam argentatam in ludis dederat, competitor Ciceronis in aedilitate. Hinc metuebat Cicero, ne ſcena illa plus apud populum in petitione valeret, quam ipſe, et ſcena petere conſulatum pro Antonio videbatur. *Ern.* Plin. H. N. 33, 16 *C. Antonius ludos ſcena argentea fecit. Item L. Murena et Caius princeps in Circo pegma duxit, in quo fuere argenti pondo* CXXIV.

*qui trinos ludos aedilis fec.* de offic. II, 17, 59 *pro amplitudine honorum, quos cunctis ſuffragiis adepti ſumus — ſane exiguus ſumptus aedilitatis fuit.* nempe *pro facultatibus*, ut ait ibid. §. 58.

*caſu* ad ſortem ſpectat, quae Sulpicio non dedit, ſed Murenae, ut praetor urbanus eſſet, ad quem ludorum Apollinarium cura pertinebat. *Manut.*

§. 42. *catenarum*, vinculorum, quae ab accuſatoribus intentantur. Sic *catenae* iniiciuntur navarchis Verr. V, 41, 106. 42 in. et 110. 49, 130. Metaphorice dictum eſſe, ut pro Sext. c. 17 *legum ſacrarum catenis conſtrictus*, quod Schütz. ſuſpicatur, idcirco non videtur, quia Cicero duo vocabula, alterum metaphorico, alterum proprio ſenſu ponere non ſolet.

*ſcriba damnatus* pro *ſi ſcriba damn.* eſt. Vid. ad or. pro S. Roſc. §. 55. *ordo*, ſcribarum. *Sullana* gratificatio, qua militibus et aliis viris fortibus e ſuo exercitu agros largitus erat, et pecunias publicas donaverat.

*lites ſevere aeſt.* Aeſtimare litem eſt decernere, quanta pecunia a reo poſt damnationem ſolvenda



Non poſſum id in te reprehendere, quod in me ipſo et
praetor et conſul probavi. Sed tamen L. Murenae provincia
multas bonas gratias cum optima exiſtimatione
attulit. Habuit proficiſcens delectum in Umbria; dedit ei
facultatem respublica liberalitatis, qua uſus multas ſibi
tribus, quae municipiis Umbriae conficiuntur, adiunxit;
ipſa autem in Gallia, ut noſtri homines deſperatas iam
pecunias exigerent, aequitate diligentiaque perfecit. Tu
interea Romae ſcilicet amicis praeſto fuiſti. Fateor; ſed
tamen illud cogita, nonnullorum amicorum ſtudia minui
ſolere in eos, a quibus provincias contemni intelligant.

Et, quoniam oſtendi, iudices, parem dignitatem ad XXI
conſulatus petitionem, diſparem fortunam provincialium 43
negotiorum in Murena atque in Sulpicio fuiſſe, dicam
iam apertius, in quo meus neceſſarius fuerit inferior
Servius, et ea dicam, vobis audientibus, amiſſo iam
tempore, quae ipſi ſoli re integra ſaepe dixi. Petere
conſulatum neſcire te, Servi, perſaepe tibi dixi, et in
iis rebus ipſis, quas te magno et forti animo et agere et
dicere videbam, tibi ſolitus ſum dicere, magis te fortem
ſenatorem mihi videri, quam ſapientem candidatum.
Primum accuſandi terrores et minae, quibus tu quotidie
uti ſolebas, ſunt fortis viri; ſed et populi opinionem
a ſpe adipiſcendi avertunt et amicorum ſtudia debilitant.
Neſcio quo pacto ſemper hoc ſit, neque in uno aut altero
animadverſum eſt, ſed iam in pluribus, ſimulatque
candidatus accuſationem meditari viſus eſt, ut honorem
deſperaſſe videatur. Quid ergo? acceptam iniuriam perſe- 44
qui non placet? Imo vehementer placet; ſed aliud
tempus eſt petendi, aliud perſequendi. Petitorem ego,

ſit, atque hac ratione lis ponitur pro re, de qua lis eſt. Haec autem aeſtimatio locum habebat praecipue in iudicio repetundarum et peculatus. Tunc enim damnato reo inibatur ratio furtorum eius damnique illati, et ad certam pecuniae ſummam redigebatur, quae ex eius bonis ſolvenda erat. *Forcellin.* in Lex.

*L. Murenae* provincia, Gallia Transalpina, quam poſt praeturam rexit. *Manut.*

*nonnullorum amicorum* nempe eorum, qui legationes, praefecturas, tribunatus, centurionatus cuperent habere et ſperarent ſe impetraturos. *Ern.*

c. XXI. §. 43. *populi opinionem* ſ. populum *a ſpe adipiſcendi avertunt*, faciunt, ut populus ſpem amittat, fore ut candidatus conſulatum adipiſcatur, ideoque, quum quisque putet ſuum ſuffragium nihil ei profuturum, alium ſuffragio ſuo creet.

praeſertim conſulatus, magna ſpe, magno animo, magnis copiis et in forum et in campum deduci volo; non placet mihi inquiſitio candidati, praenuntia repulſae, non teſtium potius, quam ſuffragatorum comparatio, non minae magis, quam blanditiae, non declamatio potius, quam perſalutatio, praeſertim quum iam hoc novo more omnes fere domos omnium concurſent, et ex vultu candidatorum coniecturam faciant, quantum quisque animi et facultatis
45 habere videatur. *Videsne tu illum triſtem? demiſſum? iacet, diffidit, abiecit haſtas.* Serpit hic rumor: *ſcis tu illum accuſationem cogitare? inquirere in competitores? teſtes quaerere? alium faciam, quoniam ſibi hic ipſe deſperat.* Eiusmodi candidatorum amici intimi debilitantur, ſtudia deponunt, aut [teſtatam] rem abiiciunt et ſuam operam
XXII et gratiam iudicio et accuſationi reſervant. Accedit eodem, ut etiam ipſe candidatus totum animum atque omnem curam, operam diligentiamque ſuam in petitione non poſſit ponere: adiungitur enim accuſationis cogitatio, non parva res, ſed nimirum omnium maxima: magnum eſt enim, te comparare ea, quibus poſſis hominem e civitate, praeſertim non inopem neque infirmum, exturbare, qui et per ſe et per ſuos et vero etiam per alienos defendatur: omnes enim ad pericula propulſanda concurrimus, et qui non aperte inimici ſumus, etiam alieniſſimis in capitis periculis amiciſſimorum officia et ſtudia praeſtamus.
46 Quare ego expertus et petendi et defendendi et accuſandi moleſtiam, ſic intellexi, in petendo ſtudium eſſe acerrimum, in defendendo officium, in accuſando laborem. Itaque ſic ſtatuo, fieri nullo modo poſſe, ut idem accuſationem et petitionem conſulatus diligenter adornet atque inſtruat. Unum ſuſtinere pauci poſſunt, utrumque nemo. Tu quum te de curriculo petitionis deflexiſſes animumque ad accuſandum transtuliſſes, exiſtimaſti, te utrique negotio ſatisfacere poſſe? vehementer erraſti: quis enim dies fuit, poſteaquam tu iſtam accuſandi denuntiationem ingreſſus es, quem tu non totum in iſta ratione conſumpſeris?
XXIII Legem ambitus flagitaſti, quae tibi non deerat: erat enim

*magnis copiis*, amicorum, clientium etc. Vide ad hunc locum intelligendum libellum de petitione conſul. c. 5. *Ern. et in forum et in campum.* In foro prenſabant, in campo comitiis creabantur.

c. XXII. §. 45. *Accedit eodem, ut.* vid. ad orat. pro S. Roſcio §. 86.

*quis enim dies fuit — quem tu non conſumpſeris.* Vid. ad epp. 67, 20.



ſeveriſſime ſcripta Calpurnia. Geſtus eſt mos et voluntati et dignitati tuae. Sed tota illa lex accuſationem tuam, ſi haberes nocentem reum, fortaſſe armaſſet, petitioni vero
refragata eſt. Poena gravior in plebem tua voce efflagitata 47
eſt, commoti animi tenuiorum; exſilium in noſtrum ordinem, conceſſit ſenatus poſtulationi tuae, ſed non libenter duriorem fortunae communi conditionem, te auctore, conſtituit; morbi excuſationi poena addita eſt voluntas offenſa multorum, quibus aut contra valitudinis commodum laborandum eſt, aut incommodo morbi etiam ceteri vitae fructus relinquendi. Quid ergo? haec quis tulit? is, qui auctoritati ſenatus, voluntati tuae paruit; denique is tulit, cui minime proderant. Illa, quae mea ſumma voluntate ſenatus frequens repudiavit, mediocriter adverſata tibi eſſe exiſtimas? confuſionem ſuffragiorum flagitaſti, prorogationem legis Maniliae, aequationem

c. XXIII. §. 46. *Calpurnia*, lata a. u. 686 C. Calpurnio Piſone, M'. Acilio Glabrione coſſ. auctore ſenatu, quod eo anno magnus ambitus apparebat, et C. Cornelius trib. pl. de ambitu ferebat gravioresque iuſto poenas ei conſtituebat. vid. pro C. Cornel. p. 632 ſq. *Ern.* Locus claſſicus de ea eſt Dionis Caſſii XXXVI p. 98 ſq. ubi ea ſancitum eſſe, narratur, *μήτ' ἄρχειν μήτε βουλεύειν σφῶν μηδένα, ἀλλὰ καὶ χρήματα προσοφλισκάνειν.* Cf. infra c. 32.

*ſi haberes — armaſſet.* vid. pro S. Roſc. §. 103.

§. 47. *Poena gr. — efflag.* eſt pro Quum poena gr. efflag. eſſet, ut Sext. 48, 103. Arch. p. 9, 22. *fortunae comm.* omnium ſenatorum.

*Morbi excuſationi*, ſi quis ſive teſtis, ſive iudex morbum excuſaret, ne iudicio intereſſet.

*ceteri vitae fructus*, qui relinquendi ſint excuſanti morbum, indicant poenam pertinuiſſe eo, ut, qui hac excuſatione in ea cauſa uteretur, is ab honoribus et aliis commodis civis Romani excluderetur. *Ern.*

*haec quis tulit?* ipſe Cicero a. u. 690, unde lex Tullia dicta. vid. Dio Caſſ. XXXVII p. 136.

*cui minime proderant*, ita ut amici et neceſſarii voluntatem, non ſuum commodum, ſecutus eſſe videretur.

*confuſionem ſuffragiorum.* Petierat Servius, ut, latis ſuffragiis, non centuriae numerarentur, quod fieri ſolebat, ſed ut omnia centuriarum omnium ſuffragia confunderentur, iisque numeratis, quis conſul factus eſſet, quis reiectus, intelligeretur. Ita fiebat, ut ambitus tolleretur, quum nullius centuriae beneficium appareret. *Manut.* Liv. XXIV, 18 *iuſſi inire confuſum ſuffragium.*

*legis Maniliae*, latae a. u. 687 a C. Manilio trib. pl. eodem, qui legem de Pompeio ad bellum Mithridaticum mittendo tulit, de libertinorum ſuffragiis, ut libertini, (qui a Fabio Maximo Cenſore in quatuor tribus urbanas coniecti erant,) in omnibus tribubus ſuffragia ferrent. Huius tamen legis prorogationem non poſtularat Sulpicius, ſed ut in comitiis centuriatis ſuffragia infimorum civium eamdem vim haberent, ac ceterorum, qui in centuriis claſſium primarum ſuffragia

gratiae, dignitatis, ſuffragiorum. Graviter homines honeſti
atque in ſuis civitatibus et municipiis gratioſi tulerunt, a
tali viro eſſe pugnatum, ut omnes et dignitatis et gratiae
gradus tollerentur. Idem editicios iudices eſſe voluiſti, ut
odia occulta civium, quae tacitis nunc diſcordiis conti-
48 nentur, in fortunas optimi cuiusque erumperent. Haec
omnia tibi accuſandi viam muniebant, adipiſcendi obſe-
piebant. Atque ex omnibus illa plaga eſt iniecta petitioni
tuae, non tacente me, maxima, de qua ab homine in-
genioſiſſimo et copioſiſſimo, Hortenſio, multa graviſſime
dicta ſunt; quo etiam mihi durior locus eſt dicendi datus,
ut, quum ante me et ille dixiſſet, et vir ſumma dignitate
et diligentia et facultate dicendi, M. Craſſus, ego in ex-
tremo non partem aliquam agerem cauſae, ſed de tota re
dicerem, quod mihi videretur. Itaque in iisdem rebus
fere verſor, et quoad poſſum, iudices, occurro veſtrae
XXIV ſapientiae. Sed tamen, Servi, quam te ſecurim putas in-
ieciſſe petitioni tuae, quum tu populum Romanum in eum
metum adduxiſti, ut pertimeſceret, ne conſul Catilina
fieret, dum tu accuſationem comparares, depoſita atque
49 abiecta petitione? Etenim te inquirere videbant, triſtem
ipſum, maeſtos amicos; obſervationes, teſtificationes, ſe-
ductiones teſtium, ſeceſſionem ſubſcriptorum animadver-
tebant; (quibus rebus certe ipſi candidatorum vultus ob-
ſcuriores videri ſolent) Catilinam interea alacrem atque

ferrent. Id poſtulatum quia ſimile erat ei, quod Manilius tulerat, ad invidiam Sulpicio faciendam illud cum huius lege, valde inviſa optimatibus, comparat. Sic Erneſti.

*editicios iudices.* ut accuſator ipſe ederet, quos de ambitu iudicare vellet, quod ſenatus repudiavit: vidit enim fore, ut ederentur iudices ii tantum, qui reo quacunque de cauſa infenſi eſſent. *Manut.*

§. 48. *occurro veſtrae ſap.* i. e. ſatisfacere ſtudeo, ut Verr. V, 9, 24. *avaritiae ac ſceleri alicuius occurrere.* Or. II, 7. *exſpectationi alic. occurrere.* Hinc ſequitur, ut ſit adiuvare ſtudeo veſtram ſap. ut epp. fam. XI, 20 *veteranis occurrere.* Quod Hotom. coniecit *occ. veſtrae ſatietati* dictum eſt, ut Verr. IV, 47, 105 *ſentio, iudices, occurrendum eſſe ſatietati aurium animorumque veſtrorum.* Cf. or. 52, 174. 65, 219.

c. XXIV. §. 49. *obſervationes,* quis largiretur, quis acciperet. *Manut.*

*teſtificationes*, confectiones teſtimoniorum, probationes per teſtes imprimis, quae fiunt per tabulas adſcriptis nominibus teſtium. Verr. V, 39, 102. *Iſte in tabulas refert; obſignat ſignis amicorum providens homo, ut contra hoc crimen, ſi quando opus eſſet, hac videlicet teſtificatione uteretur.* Hoc conſilio *ſeducebant* teſtes.



laetum, ſtipatum choro iuventutis, vallatum indicibus at-
que ſicariis, inflatum tum ſpe militum, tum collegae mei,
quemadmodum dicebat ipſe, promiſſis, circumfluentem
colonorum Arretinorum et Feſulanorum exercitu, quam
turbam diſſimillimo ex genere diſtinguebant homines per-
culſi Sullani temporis calamitate. Vultus erat ipſius plenus
furoris, oculi ſceleris, ſermo arrogantiae, ſic ut ei iam
exploratus et domi conditus conſulatus videretur. Mure-
nam contemnebat; Sulpicium accuſatorem ſuum nume-
rabat, non competitorem; ei vim denunciabat; reipublicae
minabatur. Quibus rebus qui timor bonis omnibus in- XXV
iectus ſit quantaque deſperatio reipublicae, ſi ille factus 50
eſſet, nolite a me commoneri velle; vosmetipſi vobiscum
recordamini: meminiſtis enim, quum illius nefarii gladia-
toris voces percrebruiſſent, quas habuiſſe in concione do-
meſtica dicebatur, quum miſerorum fidelem defenſorem
negaſſet inveniri poſſe, niſi eum, qui ipſe miſer eſſet; in-
tegrorum et fortunatorum promiſſis ſaucios et miſeros ce-
dere non oportere; quare qui conſumpta replere, erepta
recuperare vellent, ſpectarent quid ipſe deberet, quid
poſſideret, quid auderet; minime timidum et valde cala-
mitoſum eſſe oportere eum, qui eſſet futurus dux et ſigni-
fer calamitoſorum. Tum igitur, his rebus auditis, me- 51
miniſtis fieri ſenatusconſultum, referente me, ne poſtero
die comitia haberentur, ut de his rebus in ſenatu agere
poſſemus. Itaque poſtridie, frequenti ſenatu, Catilinam
excitavi, atque eum de his rebus iuſſi, ſi quid vellet, quae
ad me allatae eſſent, dicere. Atque ille, ut ſemper fuit
apertiſſimus, non ſe purgavit, ſed indicavit atque induit:

*vallatum indicibus. Indicis* verbum, ut ait Ern. in cl., Ciceronis temporibus convicium et nomen perditi hominis fuit et nocentis, ut, imprimis ſub Imperatoribus, nomen *delatoris* et *cognitoris.* Talis index fuit Vettius a Vatinio in concionem productus or. in Vatin. 10, 24. 11, 26. pro Sext. 63, 132. Sic pro Flacc. 38, 96 *nos iam ab indicibus nominamur; in nos crimina finguntur; nobis pericula comparantur.* Sext. 44 in. de Clodio, *qui ſtipatus ſemper ſicariis, ſeptus armatis, munitus indicibus fuit.* Cf. pro Sull. 25, 70.

*Arretinorum et Feſulan.* vid. in Catil. II, 9, 20.

c. XXV. §. 50. *nolite velle*, ut Phil. 7, 8, 25. *nolite igitur id velle.*

*in concione domeſtica.* apud M. Laecam. Catil. I, 4.

*promiſſis cedere*, dictum ut *precibus cedere*, i. e. flecti, ut propter promiſſa non facias, quae cogitabas.

§. 51. *ut ſemper fuit apert.* Vid. ad or. pro S. Roſc. §. 33.

*induit*, irretivit. Verr. II, 42 in. *Hic videte, in quot ſe laqueos induerit, quorum ex nullo ſe um-*

tum enim dixit duo corpora eſſe reipublicae, unum debile, infirmo capite, alterum firmum, ſine capite; huic, quum ita de ſe meritum eſſet, caput, ſe vivo, non defuturum. Congemuit ſenatus frequens, neque tamen ſatis ſevere pro rei indignitate decrevit: nam partim ideo fortes in decernendo non erant, quia nihil timebant, partim, quia timebant. Tum erupit e ſenatu, triumphans gaudio, quem omnino vivum illinc exire non oportuerat, praeſertim quum idem ille in eodem ordine paucis diebus ante Catoni, fortiſſimo viro, iudicium minitanti ac denuntianti, reſpondiſſet, ſi quod eſſet in ſuas fortunas incendium excita-
XXVI tum, id ſe non aqua, ſed ruina reſtincturum. His tum
52 rebus commotus, et quod homines iam tum coniuratos cum gladiis in campum deduci a Catilina ſciebam, deſcendi in campum cum firmiſſimo praeſidio fortiſſimorum virorum et cum illa lata inſignique lorica, non quae me tegeret (etenim ſciebam Catilinam non latus aut ventrem, ſed caput et collum ſolere petere) verum ut omnes boni animadverterent et, quum in metu et periculo conſulem viderent, id quod eſt factum, ad opem praeſidiumque meum concurrerent. Itaque quum te, Servi, remiſſiorem in pe-

*quam expediret.* ib. V, 64, 166 *ſua confeſſione induatur ac iugu-letur neceſſe eſt.* De hac vocis vi Garaton. citat Hottom. ad Verr. II, 42. V, 29. Lambin. ad Lucret. IV, 815. Daviſ. ad Cic. de divin. II, 17. et ad Caeſ. B. G. VII, 73. Burmann. ad Quint. V, 7. p. 379. Rem eamdem narrat Plut. Cic. 14 *διὸ τὴν ἡμέραν τῶν ἀρχαιρεσιῶν ὑπερθέμενος ὁ Κικέρων ἐκάλει τὸν Κατιλίναν εἰς τὴν σύγκλητον καὶ περὶ τῶν λεγομένων ἀνέκρινεν. ὁ δὲ πολλοὺς οἰομένους εἶναι τοὺς πραγμάτων καινῶν ἐφιεμένους ἐν τῇ βουλῇ, καὶ ἅμα τοῖς συνωμόταις ἐνδεικνύμενος, ἀπεκρίνατο τῷ Κικέρωνι οὐ μαλακὴν ἀπόκρισιν. Τί γὰρ, ἔφη, πράττω δεινὸν, εἰ, δυοῖν σωμάτων ὄντων, τοῦ μὲν ἰσχνοῦ καὶ κατεφθινηκότος, ἔχοντος δὲ κεφαλὴν, τοῦ δὲ ἀκεφάλου μὲν, ἰσχυροῦ δὲ καὶ μεγάλου, τούτῳ κεφαλὴν αὐτὸς ἐπιτίθημι;* Corpus debile eſt ſenatus cum optimatibus; eius infirmum caput Cicero, ut recte Graev. et Ern. ita dictus, quia non eſſet imperator fortis, rei militari innutritus, ſed timidus.

*ruina* eſt excidio totius urbis et reipublicae. Ita recte Graev. Sed, ut ſervetur allegoria, ſimul tenendum, quod Camerar. monuit, ubi aqua reſtingui ignis vis, flamma ſuperante, non poſſit, tum dirui aedificia, et hoc agi, ut incendium opprimatur. Salluſt. Catil. 31 extr. in ſenatu poſt primam orationem Ciceronis hoc dixiſſe Catilinam ſcribit: *quoniam quidem circumventus ab inimicis praeceps agor, incendium meum ruina reſtinguam.* Cf. Valer. Max. IX, 11, 3.

c. XXVI. §. 52. vid. ad Catil. I, §. 11.

*caput et collum*, quae lorica non teguntur. Reſpicit vero ſimul ad capita et colla proſcriptorum a Catilina ſecta.



tendo putarent, Catilinam et ſpe et cupiditate inflammatum viderent, omnes, qui illam ab republica peſtem depellere cupiebant, ad Murenam ſe ſtatim contulerunt.
Magna eſt autem comitiis conſularibus repentina volunta- 53
tum inclinatio, praeſertim quum incubuit ad virum bonum et multis aliis adiumentis petitionis ornatum. Qui quum honeſtiſſimo patre atque maioribus, modeſtiſſima adoleſcentia, clariſſima legatione, praetura probata in iure, grata in munere, ornata in provincia, petiſſet diligenter, et ita petiſſet, ut neque minanti cederet, neque cuiquam minaretur, huic mirandum eſt magno adiumento Catilinae ſubitam ſpem conſulatus adipiſcendi fuiſſe?
Nunc mihi tertius ille locus eſt orationis de ambitus 54
criminibus, perpurgatus ab iis, qui ante me dixerunt, a me, quoniam ita Murena voluit, retractandus; quo in loco Poſtumio, familiari meo, ornatiſſimo viro, de diviſorum indiciis et de deprehenſis pecuniis, adoleſcenti ingenioſo et bono, Ser. Sulpicio, de equitum centuriis, M. Catoni, homini in omni virtute excellenti, de ipſius accuſatione, de ſenatusconſulto, de republica reſpondebo.
Sed pauca, quae meum animum repente moverunt, prius XXVII
de L. Murenae fortuna conquerar. Nam quum ſaepe 55
antea, iudices, et ex aliorum miſeriis et ex meis curis laboribusque quotidianis fortunatos eos homines iudicarem, qui, remoti a ſtudiis ambitionis, otium ac tranquillitatem vitae ſecuti ſunt, tum vero in his L. Murenae tantis tamque improviſis periculis ita ſum animo affectus, ut non queam ſatis neque communem omnium noſtrum conditionem, neque huius eventum fortunamque miſerari; qui

§. 53. *prob. in iure.* §. 41. *grata in mun.* §. 39. *ornata in prov.* §. 37. 38.

§. 54. *Diviſores* proprie videntur fuiſſe iidem, qui *diribitores*, i. e. qui tabellas ad ſuffragia ferenda ſuae quisque tribui (nam in Verr. I, 8 memorantur *diviſores omnium tribuum*) distribuebant. Sed quum per hos commodiſſime tribus corrumpi poſſent, factum eſt, ut diviſorum opera ambitioſi ad corrumpendum uterentur, et ob hanc cauſam diviſoris nomen infame ac ſuſpectum fieret. Vid. Ern. in clav.

*de equitum centuriis.* Equ. cent. erant duodeviginti, et quidem claſſis primae; quas qui tenebat, facile in comitiis centuriatis ſuffragiis ſuperabat.

*in omni virt. exc.* pro Balb. 5, 15 *quum in omni genere artium — Cn. Pomp. excellat.* de orat. II, 54 in. *in quibus* (iocis) *tu longe aliis, Caeſar, excellis.* Cf. Beier. ad Off. I. p. 41.

§. 55. *Nam quum – iudicarem. – tum vero.* Vid. ad or. pro S. Roſc. §. 16.

primum dum ex honoribus continuis familiae maiorumque
ſuorum unum adſcendere gradum dignitatis conatus eſt,
venit in periculum, ne et ea, quae relicta, et haec, quae
ab ipſo parta ſunt, amittat; deinde propter ſtudium novae
laudis etiam in veteris fortunae diſcrimen adducitur.
56 Quae quum ſint gravia, iudices, tum illud acerbiſſimum
eſt, quod habet eos accuſatores, non qui odio inimicitia-
rum ad accuſandum, ſed qui ſtudio accuſandi ad inimici-
tias deſcenderunt. Nam, ut omittam Servium Sulpicium,
quem intelligo non iniuria L. Murenae, ſed honoris con-
tentione permotum, accuſat paternus amicus Cn. Poſtumius,
vetus, ut ait ipſe, vicinus ac neceſſarius, qui neceſſitudinis
cauſas complures protulit, ſimultatis nullam commemorare
potuit; accuſat Ser. Sulpicius, ſodalis filii, cuius ingenio
paterni omnes neceſſarii munitiores eſſe debebant; accuſat
M. Cato, qui quamquam a Murena nulla re umquam
alienus fuit, tamen ea conditione nobis erat in hac civitate
natus, ut eius opes et ingenium praeſidio multis etiam
alieniſſimis, exitio vix cuiquam inimico eſſe deberent.
57 Reſpondebo igitur Poſtumio primum, qui neſcio quo pacto
mihi videtur praetorius candidatus in conſularem, quaſi
deſultorius in quadrigarum curriculum, incurrere. Cuius
competitores ſi nihil deliquerunt, dignitati eorum conceſſit,
quum petere deſtitit; ſin autem eorum aliquis largitus eſt,
expetendus amicus eſt, qui alienam potius iniuriam, quam
ſuam, perſequatur.

* * *

XXVIII Venio nunc ad M. Catonem, quod eſt firmamentum
58 ac robur totius accuſationis; qui tamen ita gravis eſt ac-
cuſator et vehemens, ut multo magis eius auctoritatem,
quam criminationem, pertimeſcam. In quo ego accuſa-
tore, iudices, primum illud deprecabor, ne quid L. Mu-
renae dignitas illius, ne quid exſpectatio tribunatus, ne
quid totius vitae ſplendor et gravitas noceat, denique ne

c. XXVII. §. 56. *odio inimic.* vid. pro l. Manil. §. 43.

*honoris contentione.* vid. ad c. IV in.

§. 57. *quaſi deſultorius*, ſc. equus, a *deſultoribus*, quod erat genus equitum, qui in circo equos plures ita agitabant, ut in medio curſu ex uno in alterum deſilirent, ſeu ſe traiicerent. Eius rei antiquiſſimum exemplum eſt Il, ό. 679. Levius autem fuiſſe videtur hoc certaminis genus, quadrigarum gravius.

*alienam iniuriam*, a competitore Poſtumii largitione factam.



ea ſoli huic obſint bona M. Catonis, quae ille adeptus eſt,
ut multis prodeſſe poſſet. Bis conſul fuerat P. Africanus,
et duos terrores huius imperii, Karthaginem Numantiam-
que, deleverat, quum accuſavit L. Cottam. Erat in eo
ſumma eloquentia, ſumma fides, ſumma integritas, aucto-
ritas tanta, quanta in ipſo imperio populi Romani, quod
illius opera tenebatur. Saepe hoc maiores natu dicere
audivi, hanc accuſatoris eximiam dignitatem plurimum
L. Cottae profuiſſe. Noluerunt ſapientiſſimi homines,
qui tum rem illam iudicabant, ita quemquam cadere in
iudicio, ut nimiis adverſarii viribus abiectus videretur.
Quid Serv. Galbam? (nam traditum memoriae eſt) nonne 59
proavo tuo, fortiſſimo atque florentiſſimo viro, M. Catoni,
incumbenti ad eius perniciem, populus Romanus eripuit?
Semper in hac civitate nimis magnis accuſatorum opibus
et populus univerſus et ſapientes ac multum in poſterum
proſpicientes iudices reſtiterunt. Nolo accuſator in iu-
dicium potentiam afferat, non vim maiorem aliquam, non
auctoritatem excellentem, non nimiam gratiam. Valeant
haec omnia ad ſalutem innocentium, ad opem impoten-
tium, ad auxilium calamitoſorum, in periculo vero et in
pernicie civium repudientur. Nam ſi quis hoc forte dicet, 60

c. XXVIII. *L. Cottam.* Brut. 21, 81. *Q. Metellus — in primis eſt habitus eloquens, qui pro L. Cotta dixit, accuſante Africano.* Meminit etiam Divin. in Caec. 21, 69. Cf. Valer. Max. VIII, 1, 11. *P. Scipio Aemilianus L. Cottam ad praetorem accuſavit. Cuius cauſa quamvis graviſſimis criminibus erat confoſſa, ſepties ampliata et ad ultimum octavo iudicio abſoluta eſt, quia homines ſapientiſſimi verebantur, ne praecipuae accuſatoris amplitudini damnatio eius donata exiſtimaretur. Quos haec ſecum locutos crediderim: nolumus caput alterius petentem in iudicium triumphos et tropaea ſpoliaque ac devictarum navium roſtra deferre. Terribilis ſit is adverſus hoſtem; civis vero ſalutem tanto fulgore gloria ſubnixus ne inſequatur.*

*tenebatur*, ſuſtinebatur, ne corrueret, ut de nat. d. II, 11, 31 *abſurdum igitur eſt dicere, quum homines beſtiaeque hoc calore teneantur, — mundum eſſe ſine ſenſu, qui integro et puro et libero, eodemque acerrimo et mobiliſſimo ardore teneatur.*

§. 59. *Quid Serv. Galbam?* vid. ad Roſc. §. 92. Orat. I, 53, 227 *Idemque* (P. Rutilius Rufus) *Serv. Galbam — pergraviter reprehendere ſolebat, quod is, L. Scribonio* (trib. pl.) *quaeſtionem in eum ferente*, (quod Hiſpaniam ex praetura obtinens, triginta Luſitanorum millia perfidia trucidaverat, atque hoc modo Viriathini belli cauſa exſtitiſſe videbatur. v. Suet. Galba c. 3 et ibi Caſaub.) *populi miſericordiam concitaſſet, quum M. Cato, Galbae gravis atque acer inimicus, aſpere apud pop. R. et vehementer eſſet locutus, quam orationem in Originibus ſuis expoſuit ipſe.* Cf. II, 65, 263.

Catonem descensurum ad accusandum non fuisse, nisi prius de causa iudicasset, iniquam legem, iudices, et miseram conditionem instituet periculis hominum, si existimabit, iudicium accusatoris in reum pro aliquo praeiudicio valere oportere.

XXIX Ego tuum consilium, Cato, propter singulare animi mei de tua virtute iudicium, vituperare non audeo; nonnulla forsitan conformare et leviter emendare possim. *Non multa peccas*, inquit ille fortissimo viro senior magister; *sed, si peccas, te regere possum.* At ego te verissime dixerim peccare nihil, neque ulla in re te esse huiusmodi, ut corrigendus potius, quam leviter inflectendus esse videare: finxit enim te ipsa natura ad honestatem, gravitatem, temperantiam, magnitudinem animi, iustitiam, ad omnes denique virtutes magnum hominem et excelsum. Accessit istuc doctrina non moderata, nec mitis, sed, ut mihi videtur, paullo asperior et durior, quam veritas aut
61 natura patiatur. Et quoniam non est nobis haec oratio habenda aut cum imperita multitudine, aut in aliquo conventu agrestium, audacius paullo de studiis humanitatis, quae et mihi et vobis nota et iucunda sunt, disputabo. In M. Catone, iudices, haec bona, quae videmus divina et egregia, ipsius scitote esse propria; quae nonnumquam requirimus, ea sunt omnia non a natura, sed a magistro. Fuit enim quidam summo ingenio vir, Zeno, cuius

§. 60. *periculis hom.* vid. pro Rosc. §. 152.

c. XXIX. *fort. viro senior mag.* fortasse Achilli vel Chiron vel Phoenix. E tragoedia aliqua petitum videtur: Ennii erant Achilles et Phoenix. Quint. VIII, 6, 30, ubi hunc locum laudat, *neutrum enim*, inquit, *nomen est positum, et utrumque intelligitur.* Schützio metri causa scribendum esse videtur *regere te*, ut *possum* sequentis versiculi faciat initium.

*veritas*, vera rerum ratio, ut recte interpretatur Ern., qui comparat Horat. Serm. I, 3, 96 et Cic. Fin. IV, 19 *Sensus cuiusque et natura rerum atque ipsa veritas reclamat quodammodo, non posse se adduci, ut inter eas res nihil interesset.*

§. 61. *Et quoniam* etc. De loco, qui sequitur, Cicero de fin. IV, 27 in. *non ego tecum iam ita loquar, ut iisdem his de rebus, quum L. Murenam, te accusante, defenderem. Apud imperitos tum illa dicta sunt; aliquid etiam coronae datum. Plut. Cat. min.* 21 *τῆς δὲ δίκης λεγομένης, ὁ Κικέρων, ὕπατος ὢν τότε καὶ τῷ Μουρήνᾳ συνδικῶν, πολλὰ διὰ τὸν Κάτωνα τοὺς Στωϊκοὺς φιλοσόφους καὶ ταῦτα δὴ τὰ παράδοξα καλούμενα δόγματα χλευάζων καὶ παρασκώπτων γέλωτα παρεῖχε τοῖς δικασταῖς. τὸν οὖν Κάτωνα φασὶ διαμειδιάσαντα πρὸς τοὺς παρόντας ἐπὶ τοῦ βήματος εἰπεῖν· ὦ ἄνδρες, ὡς γελοῖον ὕπατον ἔχομεν!*



inventorum aemuli Stoici nominantur. Huius sententiae sunt et praecepta eiusmodi: sapientem gratia numquam moveri, numquam cuiusquam delicto ignoscere; neminem misericordem esse nisi stultum et levem; viri non esse neque exorari, neque placari; solos sapientes esse, si distortissimi sint, formosos, si mendicissimi, divites, si servitutem serviant, reges; nos autem, qui sapientes non sumus, fugitivos, exsules, hostes, insanos denique esse dicunt; omnia peccata esse paria, omne delictum scelus esse nefarium, nec minus delinquere eum, qui gallum gallinaceum, quum opus non fuerit, quam eum, qui patrem suffocaverit; sapientem nihil opinari, nullius rei poenitere, nulla in re falli, sententiam mutare numquam.
Haec homo ingeniosissimus, M. Cato, auctoribus erudi- XXX
tissimis inductus, arripuit; neque disputandi causa, ut 62
magna pars, sed ita vivendi. Petunt aliquid publicani, cave quidquam habeat momenti gratia. Supplices aliqui veniunt miseri et calamitosi, sceleratus et nefarius fueris,

*inventorum aemuli* h. e. sectatores, ut bene exponit ὁ πάνυ I. Fr. Gronovius ad illud Livii I, 18 *quem* (Pythagoram) *iuvenum aemulantium studia coetus habuisse constat.* Adiicit et hunc Taciti locum Histor. III, 81, 1 *studium philosophiae et placita Stoicorum aemulatus. Graev.*

*gratia*, qua alius apud eum valeat, amicitia. Cf. §. 62. 63. Quae hic exponuntur praecepta, *παράδοξα illi, nos admirabilia dicamus*, inquit Fin. IV, 27. de quibus singularis libellus est Ciceronis.

*numquam cuiusq. del. ign.* Diog. L. VII, 123 *ἐλεήμονάς τε μὴ εἶναι, συγγνώμην τε ἔχειν μηδενί· μὴ γὰρ παριέναι τὰς ἐκ τοῦ νόμου ἐπιβαλλούσας κολάσεις.*

*formosos* etc. Hor. Epist. I, 1 extr. *Ad summam, sapiens uno minor est Iove, dives, Liber, honoratus, pulcher, rex denique regum, Praecipue sanus, nisi quum pituita molesta est.* Cf. Serm. I, 3, 124. Cic. Fin. IV, 27 *ex iisdem verborum praestigiis et regna nata vobis sunt et imperia et divitiae, et tantae quidem, ut omnia, quae ubique sint, sapientis esse dicatis; solum praeterea formosum, solum liberum, solum civem, stultorum omnia contraria, quos etiam insanos esse vultis.* Cf. Diog. L. I. §. 121 sq.

*divites.* vid. Cic. Parad. VI. — *reges.* ib. V. — *fugitivos* i. e. servos. vid. ib. V. — *insanos.* ib. IV.

*omnia peccata esse paria.* Cic. Parad. III. de Fin. IV, 27. Horat. Serm. I, 3, 115 sqq.

*sapientem nihil opinari.* Diog. L. VII, 121 *ἔτι τε μὴ δοξάσειν τὸν σοφὸν, τουτέστι ψευδεῖ μὴ συγκαταθήσεσθαι μηδενί.*

c. XXX. §. 62. *arripuit*, i. e. studiose didicit, ut Corn. N. Cat. 3.

*Petunt aliquid publicani* pro si petunt al. p. vid. ad or. pro S. Roscio §. 55. De re ipsa Cic. Offic. III, 22, 88 *Ego etiam cum Catone meo saepe dissensi; nimis mihi praefracte videbatur aerarium vectigaliaque defendere, omnia publicanis negare, multa sociis.* Cf. ad Attic. I, 17, 17.

si quidquam, misericordia adductus, feceris. Fatetur ali-
quis se peccasse et eius delicti veniam petit, nefarium est
facinus ignoscere. „At leve delictum est.“ Omnia pec-
cata sunt paria. Dixisti quippiam; fixum et statutum est.
„Non re ductus es, sed opinione.“ Sapiens nihil opi-
natur. „Errasti aliqua in re.“ Maledici putat. Hac ex
disciplina nobis illa sunt: „dixi in senatu me nomen con-
sularis candidati delaturum.“ Iratus dixisti. „Numquam,
inquit, sapiens irascitur.“ At temporis causa. „Improbi,
inquit, hominis est, mendacio fallere; mutare sententiam
63 turpe est, exorari scelus, misereri flagitium.“ Nostri
autem isti (fatebor enim, Cato, me quoque in adolescen-
tia, diffisum ingenio meo, quaesisse adiumenta doctrinae)
nostri, inquam, illi a Platone et Aristotele, moderati
homines et temperati, aiunt, apud sapientem valere ali-
quando gratiam, viri boni esse misereri, distincta genera
esse delictorum et dispares poenas, esse apud hominem
constantem ignoscendi locum, ipsum sapientem saepe ali-
quid opinari, quod nesciat, irasci nonnumquam, exorari
eundem et placari, quod dixerit, interdum, si ita rectius
sit, mutare, de sententia decedere aliquando, omnes vir-
XXXI tutes mediocritate quadam esse moderatas. Hos ad ma-
64 gistros siqua te fortuna, Cato, cum ista natura detulisset,
non tu quidem vir melior esses, nec fortior, nec tempe-
rantior, nec iustior, (neque enim esse potes) sed paullo
ad lenitatem propensior; non accusares nullis adductus
inimicitiis, nulla lacessitus iniuria, pudentissimum homi-
nem, summa dignitate atque honestate praeditum; puta-
res, quum in eiusdem anni custodia te atque L. Mure-
nam fortuna posuisset, aliquo te cum hoc reipublicae
vinculo esse coniunctum; quod atrociter in senatu dixisti,
aut non dixisses, aut seposuisses, aut mitiorem in partem
65 interpretarere. Ac te ipsum (quantum ego opinione
auguror) nunc et animi quodam impetu concitatum, et vi
naturae atque ingenii elatum, et recentibus praeceptorum
studiis flagrantem iam usus flectet, dies leniet, aetas miti-
gabit. Etenim isti ipsi mihi videntur vestri praeceptores

*temporis causa*, quia tempus ita poscit, pro quo dicitur etiam *ad tempus* et *ex tempore*.

§. 63. *mediocritate*, ut virtus inter nimium et parum medium teneat, quae *μεσότης* explicatur praecipue ab Aristotele in Ethic. II, 6 sqq.

c. XXXI. §. 64. *seposuisses*, ita ut eo alio tempore utereris.



et virtutis magistri fines officiorum paullo longius, quam
natura vellet, protulisse, ut, quum ad ultimum animo
contendissemus, ibi tamen, ubi oporteret, consisteremus.
„Nihil ignoveris.“ Immo aliquid, non omnia. „Nihil
gratiae causa feceris.“ Immo resistito gratiae, quum offi-
cium et fides postulabit. „Misericordia commotus ne sis.“
Etiam; in dissolvenda severitate tamen est laus aliqua
humanitatis. „In sententia permaneto.“ Vero; nisi sen-
tentiam alia vicerit melior. Huiuscemodi Scipio ille fuit, 66
quem non poenitebat facere idem, quod tu, habere eru-
ditissimum hominem et paene divinum domi; cuius ora-
tione et praeceptis, quamquam erant eadem ista, quae
te delectant, tamen asperior non est factus, sed, ut
accepi a senibus, lenissimus. Quis vero C. Laelio comior,
quis iucundior eodem ex studio isto? quis illo gravior,
sapientior? Possum de L. Philo, de C. Gallo dicere haec
eadem; sed te domum iam deducam tuam. Quemquamne
existimas Catone, proavo tuo, commodiorem, commu-
niorem, moderatiorem fuisse ad omnem rationem huma-
nitatis? de cuius praestanti virtute quum vere graviterque
diceres, domesticum te habere dixisti exemplum ad imi-
tandum. Est illud quidem exemplum tibi propositum
domi, sed tamen naturae similitudo illius ad te magis,
qui ab illo ortus es, quam ad unumquemque nostrum

§. 65. *fines — protulisse*. Nam, ut ait Horat. Serm. I, 1, 107 *est modus in rebus, sunt certi denique fines, quos ultra citraque nequit consistere rectum*. Itaque *fines off. longius proferre* est, quod nos dicimus *übertreiben*. — *Quum ad ult. animo contend.* quamvis id, quod summum est in officiis, animo affecuti essemus, *ubi oporteret*, i. e. ubi natura postularet.

*Nihil ignoveris*. Vid. Excurs. 4 extr.

§. 66. *eruditissimum hom.* Panaetium Stoicum.

*de L.* Furio *Philo*. Orat. II, 37, 154 *non tulit ullos haec civitas aut gloria clariores, aut auctoritate graviores, aut humanitate politiores P. Africano, C. Laelio, L. Furio, qui secum eruditissimos homines ex Graecia palam semper habuerunt.*

*de C. Gallo* Brut. 20 in. *De minoribus autem C. Sulpicius Gallus maxime omnium nobilium Graecis litteris studuit*. Vid. Heusing. ad off. I, 6, 5.

*communiorem*. ad Fam. IV, 9 *eum magis communem censemus in victoria futurum fuisse*, ubi Graev. Communes Latinis dicuntur comes, aliter civiles, qui nihil singulare ac praecipuum sibi tribuunt prae aliis, qui non supra alios cives se extollunt, qui sunt populares, modesti, patientes iuris legumque communium, qui non suo in omnibus utuntur consilio, sed et aliorum civium hominumve. de Sen. c. 17 *communem atque humanum erga Lysandrum fuisse Cyrum*. Cf. Cat. m. 17, 59. c. n. Gernh. Lael. 18, 65. Corn. N. Att. 3. Suet. Claud. 21. Plin. Paneg. 2, 24.

pervenire potuit; ad imitandum vero tam mihi propoſitum
exemplar illud eſt, quam tibi. Sed, ſi illius comitatem
et facilitatem tuae gravitati ſeveritatique adſperſeris, non
iſta quidem erunt meliora, quae nunc ſunt optima, ſed
certe condita iucundius.

xxxii Quare, ut ad id, quod inſtitui, revertar, tolle mihi
67 e cauſa nomen Catonis; remove ac praetermitte auctori-
tatem, quae in iudiciis aut nihil valere, aut ad ſalutem
debet valere; congredere mecum criminibus ipſis. Quid
accuſas, Cato? quid affers in iudicium? quid arguis?
Ambitum accuſas? non defendo. Me reprehendis, quod
idem defendam, quod lege punierim? Punivi ambitum,
non innocentiam; ambitum vero ipſum vel tecum accu-
ſabo, ſi voles. Dixiſti, ſenatusconſultum, me referente,
eſſe factum, ſi mercede corrupti obviam candidatis iſſent,
ſi conducti ſectarentur, ſi gladiatoribus vulgo locus tribu-
tim et item prandia ſi vulgo eſſent data, contra legem
Calpurniam factum videri. Ergo ita ſenatus iudicat, con-
tra legem facta haec videri, ſi facta ſint; decernit, quod
nihil opus eſt, dum candidatis morem gerit: nam factum
ſit, necne, vehementer quaeritur. Si factum ſit, quin
68 contra legem ſit, dubitare nemo poteſt. Eſt igitur ridi-
culum, quod eſt dubium, id relinquere incertum, quod
nemini dubium poteſt eſſe, id iudicare. Atque id decer-
nitur omnibus poſtulantibus candidatis, ut ex ſenatuscon-
ſulto neque cuius interſit, neque contra quem ſit, intelligi
poſſit. Quare doce, a L. Murena illa eſſe commiſſa; tum
xxxiii egomet tibi contra legem commiſſa eſſe concedam. „Multi
obviam prodierunt de provincia decedenti, conſulatum
petenti.“ Solet fieri. Eccui autem non proditur rever-
tenti? „Quae fuit iſta multitudo?“ Primum, ſi tibi
iſtam rationem non poſſim reddere, quid habet admira-
tionis, tali viro advenienti, candidato conſulari, obviam

c. XXXII. §. 67. *ſi gladiatoribus vulgo.* Sententia huius loci eſt, ſi in ſpectaculis gladiatoriis plebi per ſingulas tribus data loca gratuita ſpectandi. Nam licuiſſe loca nonnulla quibusdam dare, et quidem tribulibus ſeu ſuae tribus hominibus, gratis, patet ex iis, quae mox de hoc capite disputabit Tullius, ſed non licebat loca dare gratuito tributim. Dabatur pro loco ſpectandi merces quaedam, quae dicebatur locar: non enim id tantum ſpectabat theatra, ſed et circos et amphitheatra. Inde *locarii*, qui loca ſpectatoribus locabant, apud Martialem V, 25, ut notavit Lipſius in amphitheatro. Hinc loca gratuita apud Suet. Calig. 26 quia erant alia, pro quibus pecunia pendebatur. *Graev.*



prodiſſe multos? quod niſi eſſet factum, magis mirandum
videretur. Quid, ſi etiam illud addam, quod a conſue- 69
tudine non abhorret, rogatos eſſe multos? num aut cri-
minoſum ſit aut mirandum, qua in civitate rogati infi-
morum hominum filios prope de nocte ex ultima ſaepe
urbe deductum venire ſoleamus, in ea non eſſe gravatos
homines prodire hora tertia in campum Martium, prae-
ſertim talis viri nomine rogatos? Quid, ſi omnes ſocieta-
tes venerunt, quarum ex numero multi hic ſedent iudices?
quid, ſi multi homines noſtri ordinis honeſtiſſimi?
quid, ſi illa officioſiſſima, quae neminem patitur non
honeſte in urbem introire, tota natio candidatorum? ſi
denique ipſe accuſator noſter Poſtumius obviam cum bene
magna caterva ſua venit; quid habet iſta multitudo ad-
mirationis? omitto clientes, vicinos, tribules, exercitum
totum Luculli, qui ad triumphum per eos dies venerat.
Hoc dico, frequentiam in iſto officio gratuitam non modo
dignitati ullius umquam, ſed ne voluntati quidem defuiſſe.
„At ſectabantur multi.“ Doce, mercede: concedam eſſe xxxiv
crimen. Hoc quidem remoto, quid reprehendis? „Quid 70
opus eſt, inquit, ſectatoribus? A me tu id quaeris, quid
opus ſit eo, quo ſemper uſi ſumus? Homines tenues unum
habent in noſtrum ordinem aut promerendi aut referendi
beneficii locum, hanc in noſtris petitionibus operam atque
affectationem: neque enim fieri poteſt, neque poſtulandum
eſt a nobis aut ab equitibus Romanis, ut ſuos neceſſarios
candidatos ſectentur totos dies; a quibus ſi domus noſtra
celebratur, ſi interdum ad forum deducimur, ſi uno
baſilicae ſpatio honeſtamur, diligenter obſervari videmur et

c. XXXIII. §. 69. *hora tertia.* vid. ad or. pro S. Roſcio §. 19.

*omnes ſocietates*, publicanorum; ſocietates autem in vectigalibus alicuius provinciae, ut Aſiae, Syriae, conducendis. Voluit dicere de equeſtri ordine; expreſſit per ſocietates, quia gratioſus apud equites fuit, ob ſocietates in provincia bene tractatas. *Ern.*

*tota natio candidatorum.* in Piſ. 23, 55 *dico veniſſe paene neminem, ne de officioſiſſima quidem natione candidatorum; quum vulgo eſſent et illo ipſo et multis ante diebus admoniti et rogati.* Cum contemtu dici, poſt Victor. V. L. IX, 22. Abram. ad or. pro Sext. 45., monuit Ern. propter loca pro Sext. 45, 97 *eſto igitur, ut hi ſint (quam tu nationem appellaſti) quiqui integri ſunt et ſani.* ib. 63, 132. 44, 96. de nat. d. II, 29, 74 *ita ſalem iſtum, quo caret veſtra natio, in irridendis nobis nolitote conſumere.*

c. XXXIV. §. 70. *At ſectabantur multi.* De ſectatoribus ſ. aſſectatoribus locus claſſ. eſt de petit. conſul. c. 9.

*uno baſilicae ſpatio* i. e. ſi hoc honore afficimur, ut, quum unum

coli. Tenuiorum et non occupatorum amicorum est ista
assiduitas, quorum copia bonis et beneficis deesse non solet.
71 Noli igitur eripere hunc inferiori generi hominum fru-
ctum officii, Cato; sine eos, qui omnia a nobis sperant,
habere ipsos quoque aliquid, quod nobis tribuere possint.
Si nihil erit, praeter ipsorum suffragium, tenue est; si, ut
suffragentur, nihil valent gratia. Ipsi denique, ut solent
loqui, non dicere pro nobis, non spondere, non vocare
domum suam possunt, atque haec a nobis petunt omnia,
neque ulla re alia, quae a nobis consequuntur, nisi opera
sua, compensari putant posse. Itaque et legi Fabiae,
quae est de numero sectatorum, et senatus consulto, quod
est L. Caesare consule factum, restiterunt: nulla est enim
poena, quae possit observantiam tenuiorum ab hoc vetere
72 instituto officiorum excludere. „At spectacula sunt tri-
butim data, et ad prandium vulgo vocati." Etsi hoc
factum a Murena omnino, iudices, non est, ab eius ami-
cis autem more et modo factum est, tamen admonitus
re ipsa recordor, quantum hae quaestiones in senatu habi-
tae punctorum nobis, Servi, detraxerint. Quod enim
tempus fuit aut nostra aut patrum nostrorum memoria,
quo haec, sive ambitio est, sive liberalitas, non fuerit, ut
locus et in circo et in foro daretur amicis et tribulibus?

tantum spatium per basilicam conficimus, seu semel tantum inambulamus, nos comitentur. Sic de Orat. I, 7, 28 *duobus spatiis tribusve factis.* De basilicis i. e. porticibus grandioribus et magnificis vid Alex. Donatus in Rom. vet. et nov. II, c. 27.

§. 71. *si* nihil erit, nisi *ut suffragentur*, i. e. ut gratia, qua fortasse ipsi valent, nos in petitione nostra adiuvent; nam *suffragari* aliud est, ac *suffragia ferre.*

*vocare domum suam*, ad convivium invitare. cf. pro Rosc. §. 52. — *atque* i. e. sed. de orat. III, 33, 132 *ut nemo genus universum complecteretur, atque ut alius aliam sibi partem, in qua elaboraret, seponeret*, cf. ib. 36, 145. Orat. 31, 112 *meminerimus, nil nos praecipiendi causa dicturos, atque ita potius acturos* cet. Verr. IV, 34, 76. ad Quint. fr. I, 1, 54 extr.

*L. Caesare consule* i. e. anno u. 690. quo anno consulatum petiit Cicero. Asconius in argum. or. in toga cand. *Causa orationis huiusmodi in senatu habendae Ciceroni fuit, quod, quum in dies licentia ambitus augeretur propter praecipuam Catilinae et Autronii audaciam, censuerat senatus, ut lex ambitus aucta etiam cum poena ferretur. Ei quoque rei Q. Mutius Orestinus intercesserat, quum Cicero, graviter senatu intercessionem ferente, surrexit atque in coitionem Catilinae et Autronii invectus est ante dies comitiorum paucos.*

§. 72. *et in foro.* Intellige de ludis gladiatoriis, qui ante quam amphitheatrum esset, in foro et in circo facti: nam amphitheatrum demum aedificatum est circa



haec homines tenuiores primum, nondum qui a suis
tribulibus vetere instituto assequebantur.

* * *

Praefectum fabrum semel locum tribulibus suis de- XXXV
disse: quid statuent in viros primarios, qui in circo totas 73
tabernas, tribulium causa, compararunt? Haec omnia
sectatorum, spectaculorum, prandiorum item crimina a
multitudine in tuam nimiam diligentiam, Servi, coniecta
sunt, in quibus tamen Murena ab senatus auctoritate
defenditur. Quid enim? Senatus num obviam prodire
crimen putat? „non; sed mercede;" convince. Num
sectari multos? „non; sed conductos;" doce. Num locum
ad spectandum dare aut ad prandium invitare? „minime;
sed vulgo, passim." Quid est vulgo? „universos." Non
igitur, si L. Natta, summo loco adolescens, qui et quo
animo iam sit, et qualis vir futurus sit, videmus, in equi-
tum centuriis voluit esse et ad hoc officium necessitudinis
et ad reliquum tempus gratiosus, id erit eius vitrico fraudi
aut crimini, nec, si virgo Vestalis, huius propinqua et
necessaria, locum suum gladiatoribus concessit huic, non
et illa pie fecit et hic a culpa est remotus. Omnia haec
sunt officia necessariorum, commoda tenuiorum, munia
candidatorum.
At enim agit mecum austere et Stoice Cato; negat 74
verum esse, allici benivolentiam cibo, negat iudicium ho-
minum in magistratibus mandandis corrumpi voluptatibus
oportere. Ergo ad coenam petitionis causa si quis vocat,
condemnetur? Quippe, inquit; tu mihi summum impe-
rium, tu summam auctoritatem, tu gubernacula reipubli-

tempora libertatis sublatae. *Ern.* Seqq. ita corrupta sunt, ut sine novis libris corrigi non possint.

c. XXXV. §. 73. *Haec omnia — coniecta sunt*, i. e. haec omnia crimina a te conquisita a multitudine ita accepta sunt, ut nimis te diligentem id est in levissimis rebus diligentem fuisse criminarentur.

*L. Natta*, Murenae privignus eques. *in equit. cent. voluit esse gratiosus*, equitum gratiam conciliare sibi voluit *et ad hoc offic. necess.* ut Murenae eos conciliaret, *et ad reliquum tempus*, ut postea sibi etiam faverent.

*Officium necessitudinis* vid. ad Manil. 43.

§. 74. *verum esse*, aequum, rectum. vid. Davis. ad Tusc. III, 29.

*Quippe* est respondentis et affirmantis pro recte. Fin. IV, 3, 7 *Ista ipsa — a te quidem apte ac rotunde; quippe: habes enim a rhetoribus.* Sic video locum iam distinxisse Horat. Tursell. in libro de particc. l. l.

cae petas fovendis hominum ſenſibus et deliniendis animis et adhibendis voluptatibus? Utrum lenocinium, inquit, a grege delicatae iuventutis, an orbis terrarum imperium a populo Romano petebas? Horribilis oratio, ſed eam uſus, vita, mores, civitas ipſa reſpuit. Neque tamen Lacedaemonii, auctores iſtius vitae atque orationis, qui quotidianis epulis in robore accumbunt, neque vero Cretes, quorum nemo guſtavit umquam cubans, melius, quam Romani homines, qui tempora voluptatis laborisque diſpertiunt, reſpublicas ſuas retinuerunt; quorum alteri uno adventu noſtri exercitus deleti ſunt, alteri noſtri imperii praeſidio diſciplinam ſuam legesque conſervant.
xxxvi Quare noli, Cato, maiorum inſtituta, quae res ipſa, quae
75 diuturnitas imperii comprobat, nimium ſevera oratione reprehendere. Fuit eodem ex ſtudio vir eruditus apud patres noſtros, et honeſtus homo et nobilis, Q. Tubero. Is, quum epulum Q. Maximus Africani patrui ſui nomine populo Romano daret, rogatus eſt a Maximo, ut triclinium ſterneret, quum eſſet Tubero eiusdem Africani ſororis filius. Atque ille homo eruditiſſimus ac Stoicus ſtravit pelliculis haedinis lectulos Punicanos, et expoſuit vaſa Samia; quaſi vero eſſet Diogenes Cynicus mortuus, et non divini hominis Africani mors honeſtaretur. Quem

*quotid. epulis*, *φιδιτίοις*. *in robore*, *ἐπὶ ξύλων* Athen. XII. p. 518. E. *ἐπὶ κλιντηρίου ψιλοῦ* id. IV. p. 142. A. cf. Plut. Lyc. 18.

*alteri*, Cretes. *uno adventu n. ex.* quum exercitus noſter ſemel tantum ad eos veniſſet; quamquam iſta expeditio Metelli triennium duravit. cf. pro l. Manil. §. 21 et notata ad §. 35. Hoeck Kreta III. p. 507.

c. XXXVI. §. 75. *eodem ex ſtudio*, eidem ſtudio Stoicae philoſophiae deditus.

*Q. Tubero — Q. Maximus.* L. Aemilius Paulus, is qui Perſen devicit, ex uxore Papiria duos filios ſuſcepit, quorum maiorem natu adoptandum dedit Q. Fabio Maximo ei, qui quinquies conſul fuit, minorem P. Cornelio Scipioni Africani maioris filio (Plutarch. Aemil. P. c. 5. 35). Hic eſt Africanus minor, patruus Q. Fabii Max. eius, qui Allobroges vicit, de quo hic ſermo eſt. Idem Aemilius Paulus e ſecunda uxore duas filias ſuſcepit, quarum altera nupſit Q. Aelio Tuberoni, maior Catuli filio. Plutarch. l. c. 5. Cf. Plin. H. N. XXXIII, 50 (qui Q. Aelium Tuberonem cum Aelio Sexto Cato confundit). Valer. Maxim. IV, 4, 9.

*lectulos Punicanos*, humiles et vilis materiae, quales Carthagine advecti erant. vid. Scaliger. ad Varr. R. R. III. 7. Peccaverat autem Tub. et in hoc, et quod *haed. pellibus* uſus erat pro veſte pretioſa et *vaſis Samiis* fictilibus pro Deliacis aut Corinthiis, ut notat Ferrat. ap. Garat. Vid. Manut. ad Verr. IV, 26.

*et non divini h.* *Et non* uſurpatur ut *ac non*, de quo vid. ad



quum ſupremo eius die Maximus laudaret, gratias egit diis immortalibus, quod ille vir in hac republica potiſſimum natus eſſet: neceſſe enim fuiſſe, ibi eſſe terrarum imperium, ubi ille eſſet. Huius in morte celebranda graviter tulit populus Romanus hanc perverſam ſapientiam
Tuberonis. Itaque homo integerrimus, civis optimus, 76
quum eſſet L. Paulli nepos, P. Africani, ut dixi, ſororis filius, his haedinis pelliculis praetura deiectus eſt. Odit populus Romanus privatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit; non amat profuſas epulas, ſordes et inhumanitatem multo minus; distinguit rationem officiorum ac temporum, viciſſitudinem laboris ac voluptatis. Nam, quod ais, nulla re allici hominum mentes oportere ad magiſtratum mandandum, niſi dignitate, hoc tu ipſe, in quo ſumma eſt dignitas, non ſervas: cur enim quemquam, ut ſtudeat tibi, ut te adiuvet, rogas? Rogas tu me, ut mihi praeſis, ut committam ego me tibi. Quid tandem? iſtuc me rogari oportet abs te, ut pro mea ſalute laborem
periculumque ſuſcipias? Quid, quod habes nomenclato- 77
rem? in eo quidem fallis et decipis: nam, ſi nomine appellari abs te cives tuos honeſtum eſt, turpe eſt eos notiores eſſe ſervo tuo, quam tibi; ſin, etiamſi noris, tamen per monitorem appellandi ſunt, cur ante petis, quam inſuſurravit? aut quid, quum admoneris, tamen, quaſi tute noris, ita ſalutas? quid, poſteaquam es deſignatus, multo ſalutas negligentius? Haec omnia ad rationem civitatis ſi dirigas, recta ſunt; ſin perpendere ad diſciplinae praecepta velis, reperiantur praviſſima. Quare nec plebi Romanae eripiendi fructus iſti ſunt ludorum, gladiatorum, conviviorum, quae omnia maiores noſtri comparaverunt, nec candidatis iſta benignitas adimenda eſt, quae liberalitatem magis ſignificat, quam largitionem.

or. pro S. Roſcio §. 92. Verr. III, 48 in. *imo tum inſaniſſet*, *ſi oratoribus*, *quod deberent*, *licitum eſſet*, *et non*, *quod Apronius imperaſſet*, *neceſſe fuiſſet dare*, ubi Ern. *et* deleri iubet, venuſtiorem ita orationem fieri ratus ſcilicet. Cf. Or. I, 22, 102. Verr. V, 9, 24.

§. 76. *Odit pop. R.* pro Flacc. 12, 28. *Haec enim ratio ac magnitudo animorum in maioribus noſtris fuit*, *ut*, *quum in privatis rebus ſuisque ſumptibus tenuiſſimo cultu viverent*, *in imperio atque in publica dignitate omnia ad gloriam ſplendoremque revocarent*: *quaeritur enim in re domeſtica continentiae laus, in publica dignitatis.* Cf. Hor. Carm. II, 15, 13. Broukh. ad Tibull. II, 6, 11.

*ut mihi praeſis*, quum eris in magiſtratu. *Manut.*

XXXVII At enim te ad accuſandum reſpublica adduxit. Credo,
78 Cato, te iſto animo atque ea opinione veniſſe; ſed tu
imprudentia laberis. Ego quod facio, iudices, quum
amicitiae dignitatisque L. Murenae gratia facio, tum me
pacis, otii, concordiae, libertatis, vitae denique omnium
noſtrum cauſa facere clamo atque teſtor. Audite, audite
conſulem, iudices, nihil dicam arrogantius, tantum dicam,
totos dies atque noctes de republica cogitantem. Non
usque eo L. Catilina rempublicam deſpexit atque contem-
pſit, ut ea copia, quam ſecum eduxit, ſe hanc civitatem
oppreſſurum arbitraretur. Latius patet illius ſceleris con-
tagio, quam quisquam putat; ad plures pertinet. Intus,
intus, inquam, eſt equus Troianus, a quo numquam, me
79 conſule, dormientes opprimemini. Quaeris a me, quid
ego Catilinam metuam. Nihil; et curavi, ne quis metue-
ret; ſed copias illius, quas hic video, dico eſſe metuendas;
nec tam timendus eſt nunc exercitus L. Catilinae, quam
iſti, qui illum exercitum deſeruiſſe dicuntur: non enim
deſeruerunt, ſed ab illo in ſpeculis atque inſidiis relicti
in capite atque in cervicibus noſtris reſtiterunt. Hi et in-
tegrum conſulem et bonum imperatorem et natura et for-
tuna cum reipublicae ſalute coniunctum deiici de urbis
praeſidio et de cuſtodia civitatis veſtris ſententiis deturbari
volunt. Quorum ego ferrum et audaciam reieci in campo,
debilitavi in foro, compreſſi etiam domi meae ſaepe,
iudices, his vos ſi alterum conſulem tradideritis, plus
multo erunt veſtris ſententiis, quam ſuis gladiis conſecuti.
80 Magni intereſt, iudices, id quod ego multis repugnantibus
egi atque perfeci, eſſe Kalendis Jan. in republica duo con-
ſules. Nolite arbitrari, mediocribus conſiliis, aut uſitatis
viis, aut * * Non lex improba, non pernicioſa largitio,
non auditum aliquando aliquod malum reipublicae quae-
ritur. Inita ſunt in hac civitate conſilia, iudices, urbis
delendae, civium trucidandorum, nominis Romani ex-
ſtinguendi. Atque haec cives, cives, inquam, (ſi eos hoc
nomine appellari fas eſt) de patria ſua et cogitant et cogi-

c. XXXVII. §. 78. *ea copia* pro iis copiis, ut dixit Catil. II, 2, 4. Sic in epiſt. Pomp. ad Att. VIII, 12. Cf. Kritz. ad Sall. Catil. 56, 1.

§. 79. *nec tam timendus eſt*, vid. Catil. II, 3, 5.

*et natura et fortuna*, qui et ipſe per ſe bene animatus in remp. eſt, et, ut fit, fortuna etiam adducitur: res enim novas quaerunt, qui mala fortuna utuntur; infra §. 83) *Manut.*



taverunt; horum ego quotidie conſiliis occurro, audaciam
debilito, ſceleri reſiſto. Sed vos moneo, iudices; in exitu
eſt iam meus conſulatus; nolite mihi ſubtrahere vica-
rium meae diligentiae; nolite adimere eum, cui rempu-
blicam cupio tradere incolumem ab his tantis periculis
defendendam. Atque ad haec mala, iudices, quid accedat XXXVIII
aliud, non videtis? te, te appello, Cato; nonne proſpicis 81
tempeſtatem anni tui? iam enim heſterna concione into-
nuit vox pernicioſa deſignati tribuni, collegae tui, contra
quem multum tua mens, multum omnes boni provide-
runt, qui te ad tribunatus petitionem vocaverunt. Omnia,
quae per hoc triennium agitata ſunt iam ab eo tempore,
quo a L. Catilina et Cn. Piſone initum conſilium ſenatus
interficiendi ſcitis eſſe, in hos dies, in hos menſes, in hoc
tempus erumpunt. Qui locus eſt, iudices, quod tempus, 82
qui dies, quae nox, quum ego non ex iſtorum inſidiis ac
mucronibus, non ſolum meo, ſed multo etiam magis di-
vino conſilio eripiar atque evolem? Neque iſti me meo
nomine interfici, ſed vigilantem conſulem de reipublicae
praeſidio demovere volunt; nec minus vellent, Cato, te
quoque aliqua ratione, ſi poſſent, tollere, id quod, mihi
crede, et agunt et moliuntur. Vident, quantum in te ſit
animi, quantum ingenii, quantum auctoritatis, quantum
reipublicae praeſidii; ſed quum conſulari auctoritate et
auxilio ſpoliatam vim tribuniciam viderint, tum ſe facilius
inermem et debilitatum te oppreſſuros arbitrantur: nam ne
ſufficiatur conſul, non timent. Vident in tuorum poteſtate
collegarum fore; ſperant ſibi Silanum, clarum virum, ſine
collega, te ſine conſule, rempublicam ſine praeſidio obiici
poſſe. His tantis in rebus tantisque in periculis eſt tuum, 83
M. Cato, qui non mihi, non tibi, ſed patriae natus es,
videre quid agatur, retinere adiutorem, defenſorem,
ſocium in republica, conſulem non cupidum, conſulem
(quod maxime tempus hoc poſtulat) fortuna conſtitutum

c. XXXVIII. §. 81. *deſignati tribuni.* Intelligi videtur Q. Metellus Nepos (idem, qui Ciceronem conſulatu abeuntem prohibuit, quominus concionem haberet. vid. ad Fam. V, 2, 15. in Piſon. 3, 6. Plut. Cicer. 23). Eius ut perdita conſilia frangeret, Cato tribunatum petiit. vid. Plut. Cat. min. 20.

*erumpunt.* Cf. Catil. I. §. 31.

§. 82. *Qui locus eſt* etc. Cf. Catil. IV. §. 2.

*vident in tuorum pot. coll. fore* pro te in tuor. pot. coll. fore. vid. ad or. pro S. Roſcio §. 61. Sed h. l. *te* facile poſt *vident* excidere potuit. De formula *in poteſtate alic. eſſe* vid. ad epp. 2, 4.

ad amplexandum otium, ſcientia ad bellum gerendum,
animo et uſu ad quod velis negotium.

XXXIX Quamquam huiusce rei poteſtas omnis in vobis ſita
eſt, iudices; totam rempublicam vos in hac cauſa tenetis,
vos gubernatis. Si L. Catilina cum ſuo conſilio nefario-
rum hominum, quos ſecum eduxit, hac de re poſſet
iudicare, condemnaret L. Murenam; ſi interficere poſſet,
occideret. Petunt enim rationes illius, ut orbetur auxilio
respublica, ut minuatur contra ſuum furorem imperato-
rum copia, ut maior facultas tribunis plebis detur, de-
pulſo adverſario, ſeditionis ac discordiae concitandae.
Idemne igitur delecti ampliſſimis ex ordinibus honeſtiſſimi
atque ſapientiſſimi viri iudicabunt, quod ille importuniſ-
ſimus gladiator, hoſtis reipublicae iudicaret? Mihi credite,
iudices, in hac cauſa non ſolum de L. Murenae, verum
etiam de veſtra ſalute ſententiam feretis. In discrimen ex-
tremum venimus; nihil eſt iam, unde nos reficiamus, aut
ubi lapſi reſiſtamus. Non ſolum minuenda non ſunt auxi-
lia, quae habemus, ſed etiam nova, ſi fieri poſſit, com-
paranda: hoſtis eſt enim non apud Anienem, quod bello
Punico graviſſimum viſum eſt, ſed in urbe, in foro: (dii
immortales! ſine gemitu hoc dici non poteſt:) non nemo
etiam in illo ſacrario reipublicae, in ipſa, inquam, curia
non nemo hoſtis eſt. Dii faxint, ut meus collega, vir
fortiſſimus, hoc Catilinae nefarium latrocinium armatus
opprimat! ego togatus, vobis bonisque omnibus adiutori-
bus, hoc, quod conceptum respublica periculum parturit,
85 conſilio discutiam et comprimam! Sed quid tandem fiet,
ſi haec elapſa de manibus noſtris in eum annum, qui
conſequitur, redundarint? Unus erit conſul, et is non in
adminiſtrando bello, ſed in ſufficiendo collega occupatus.
Hunc iam qui impedituri ſint, *.* illa peſtis immanis, im-
portuna prorumpet, qua poterit; et iam populo Romano
minatur; in agros ſuburbanos repente advolabit; verſa-
bitur in caſtris furor, in curia timor, in foro coniuratio,
in campo exercitus, in agris vaſtitas; omni autem in ſede
ac loco ferrum flammamque metuemus. Quae iamdiu
comparantur, eadem iſta omnia, ſi ornata ſuis praeſidiis
erit respublica, facile magiſtratuum conſiliis et privatorum
diligentia comprimentur.

c. XXXIX. §. 84. *apud Anienem*, ad quem Hannibal caſtra poſuit ad tertium ab urbe lapidem, ſ. tria millia paſſuum ab urbe. Liv. XXVI, 10.



Quae quum ita ſint, iudices, primum reipublicae cauſa, XL
qua nulla res cuiquam potior debet eſſe, vos, pro mea 86
ſumma et vobis cognita in rempublicam diligentia, moneo,
pro auctoritate conſulari hortor, pro magnitudine peri-
culi obteſtor, ut otio, ut paci, ut ſaluti, ut vitae veſtrae
et ceterorum civium consulatis; deinde ego fide defenſoris
et amici officio adductus, oro atque obſecro, iudices, ut
ne hominis miſeri et tum corporis morbo tum animi
dolore confecti, L. Murenae, recentem gratulationem nova
lamentatione obruatis. Modo maximo beneficio populi
Romani ornatus fortunatus videbatur, quod primus in
familiam veterem, primus in municipium antiquiſſimum
conſulatum attuliſſet; nunc idem ſqualore ſordidus, con-
fectus morbo, lacrymis ac maerore perditus, veſter eſt
ſupplex, iudices, veſtram fidem obteſtatur, miſericordiam
implorat, veſtram poteſtatem ac veſtras opes intuetur.
Nolite, per deos immortales! iudices, hac eum re, qua 87
ſe honeſtiorem fore putavit, etiam ceteris ante partis
honeſtatibus atque omni dignitate fortunaque privare.
Atque ita vos Murena, iudices, orat atque obſecrat, ſi
iniuſte neminem laeſit, ſi nullius aures voluntatemve
violavit, ſi nemini, ut leviſſime dicam, odio nec domi nec
militiae fuit, ſit apud vos modeſtiae locus, ſit demiſſis
hominibus perfugium, ſit auxilium pudori. Miſericor-
diam ſpoliatio conſulatus magnam habere debet, iudi-
ces: una enim eripiuntur cum conſulatu omnia. Invi-
diam vero his temporibus habere conſulatus ipſe nullam
poteſt: obiicitur enim concionibus ſeditioſorum, inſidiis
coniuratorum, telis Catilinae, ad omne denique pericu-
lum atque ad omnem invidiam ſolus opponitur. Quare 88

c. XL. §. 86. *in municipium antiqu.* Lanuvium.

§. 87. *hac eum re*, propter hanc rem, conſulatum. Ut hic duo ablativi diverſa vi ponuntur, ſic ad Fam. V, 13 extr. *quarum tu rerum cogitatione levare nos aegritudine voluiſti*, ubi aegritudine non debebat delere Ern. et paulo poſt: *animorum coniunctione iisdem ſtudiis ita fruemur.* Verr. Act. I, 2, 2 *Verres, homo vita atque factis omnium iam opinione damnatus, pecuniae magnitudine ſua ſpe ac praedicatione abſolutus* i. e. propter vitam atque facta ex omnium opinione etc. cf. pro S. Roſc. §. 51. ſupra §. 23. 24. Catil. IV, 10, 20. Sull. I, 1. Tuſc. III, 15, 33. Off. II, 17, 58. Intereſt tamen aliquid inter hunc et illos locos, ut valde mihi probabilis ſit coniectura Schützii, legendum cenſentis *cum hac eum re*.

*demiſſis hom.* i. e. modeſtis, nemini adverſantibus et non nimis magna affectantibus, ut expl. Kritz. ad Sall. Catil. 51, 12.

*ſolus oppon.* Hanc locutionem Tullio familiarem illuſtrat Drak. ad Liv. II, 61. *Garat.*

quid invidendum Murenae aut cuiquam nostrum sit in hoc
praeclaro consulatu, non video, iudices. Quae vero mise-
randa sunt, ea et mihi ante oculos versantur et vos videre
XLI et perspicere potestis. Si (quod Juppiter omen avertat)
hunc vestris sententiis afflixeritis, quo se miser vertet?
domumne? ut eam imaginem clarissimi viri, parentis
sui, quam paucis ante diebus laureatam in sua gratula-
tione conspexit, eandem deformatam ignominia lugen-
temque videat? an ad matrem, quae misera, modo consu-
lem osculata filium suum, nunc cruciatur et sollicita est,
ne eundem paullo post spoliatum omni dignitate conspiciat?
89 Sed quid ego matrem aut domum appello, quem nova
poena legis et domo et parente et omnium suorum consue-
tudine conspectuque privat? Ibit igitur in exilium miser?
quo? ad Orientisne partes, in quibus annos multos lega-
tus fuit et exercitus duxit et res maximas gessit? At habet
magnum dolorem, unde cum honore decesseris, eodem
cum ignominia reverti. An se in contrariam partem
terrarum abdet, ut Gallia Transalpina, quem nuper sum-
mo cum imperio libentissime viderit, eundem lugentem,
maerentem, exsulem videat? in ea porro provincia quo
animo C. Murenam, fratrem suum, adspiciet? qui huius
dolor? qui illius maeror erit? quae utriusque lamentatio?
quanta autem perturbatio fortunae atque sermonis, quod,
quibus in locis paucis ante diebus factum esse consulem
Murenam nuntii litteraeque celebrassent, et unde hospi-
tes atque amici gratulatum Romam concurrerint, repente
90 eo accedat ipse nuntius suae calamitatis? Quae si acerba,
si misera, si luctuosa sunt, si alienissima a mansuetudine
et misericordia vestra, iudices, conservate populi Romani
beneficium, reddite reipublicae consulem, date hoc ipsius
pudori, date patri mortuo, date generi et familiae, date

c. XLI. *quo se miser vertet?* Imitatus esse videtur locum ex orat. C. Gracchi, quem affert Cicero de orat. III, 56, 214 *Quo me miser conferam? quo vertam? in Capitoliumne? at fratris sanguine redundat; an domum? matremne ut miseram lamentantemque videam et abiectam?* Graccho fortasse obversabatur locus Ennii e Medea ap. Cic. Orat. III, 58 *Quo nunc me vertam? quod iter incipiam ingredi? Domum paternamne, anne ad Peliae filias?* quod ductum est ex Eurip. Medea 503 ed. Pors. *νῦν ποῖ τράπωμαι; πότερα πρὸς πατρὸς δόμους; οὓς σοι προδοῦσα καὶ πάτραν ἀφικόμην; ἢ πρὸς ταλαίνας Πελιάδας;*

*laureatam*, quia pater triumphi Sullae particeps fuerat.

§. 89. *nova poena legis* exsilium decem annorum, quae poena ambitus lege Tullia constituta erat. Dio Cass. XXXVII, p. 130.



etiam Lanuvio, municipio honestissimo, quod in hac tota causa frequens maestumque vidistis. Nolite a sacris patriis Iunonis Sospitae, cui omnes consules facere necesse est, domesticum et suum consulem potissimum avellere. Quem ego vobis, si quid habet aut momenti commendatio, aut auctoritatis confirmatio mea, consul consulem, iudices, ita commendo, ut cupidissimum otii, studiosissimum bonorum, acerrimum contra seditionem, fortissimum in bello, inimicissimum huic coniurationi, quae nunc rempublicam labefactat, futurum esse promittam et spondeam.

§. 90. *Iunonis Sospitae*, cuius antiquissimus cultus Lanuvio proprius erat, mature tamen receptus a Romanis. Liv. VIII, 14. Cic. de nat. d. I, 29, 82. — — *illam nostram Sospitam, quam tu numquam ne in somnis quidem vides, nisi cum pelle caprina, cum hasta, cum scutulo, cum calceis repandis. At non est talis Argiva nec Romana Iuno.*

*facere* sc. sacra, sacrificare.

# EXCVRSVS

# DE VSV FVTVRI EXACTI LATINORVM.

## AD CATIL. IV, 6, 11.

In quaeſtionibus grammaticis illud nunc praecipue requiritur, ut, quae cauſa ſit cuiusque verborum vel ſententiarum conformationis, (*conſtructionem* ſ. *ſtructuram* vocant) diſerte et plane explicetur; et recte quidem: nam niſi cauſam teneas, cur quidque eo, quo ſolet, modo dicatur, nec vim cuiusque *conſtructionis* teneas, nec cui quaeque loco accommodata ſit, diiudices. Sed in hoc genere illud imprimis cavendum eſt, ne cauſas comminiſcamur eas, quae ex recondita aliqua ratione philoſophica petitae ſint, et per ſe probabiliter cogitari poſſint, ad uſum autem optimorum ſcriptorum haud commode adhiberi queant; niſi enim cauſae illae ex ipſis ſcriptorum locis diligenter collectis et accurate inter ſe collatis ac ponderatis eliciantur, vana eſt atque inutilis omnis illa cauſarum indagatio, et magis, quid dici *potuerit*, quam quid revera dictum fuerit, demonſtrat. Saepe etiam cauſae illae non in certa aliqua ratione, ſed in ſimilitudine aliqua poſitae ſunt, ut *refertus rei* nonnunquam dixerunt Romani nullam aliam ob cauſam, niſi quod adiectivum *plenus* ita uſurpabant. Grammaticae autem latinae, ut partes nonnullae egregie explicatae ſunt, ita aliae, et fortaſſe plures numero, nondum ſatis expolitae, quod e Grammaticorum diſſenſionibus apparet; corpus autem grammaticae, ex quo accurate cognoſcas, quaenam in Latio ipſo nata, quae transmarina ſint, quid diverſorum ſcriptorum, nec tantum poëtarum et eorum, qui proſa oratione uſi ſunt, ſed horum etiam inter ſe comparatorum, ut Ciceronis et Livii, diſtet, vix inchoatum videtur. Sed, ne vagetur oratio, tractandum



ſumſi locum de futuro exacto, de quo Viros doctiſſimos inter ſe diſſentire, nonnullos diverſa etiam inter ſe commiſcentes, videbam, non quo meam unam rectam eſſe eius explicandi viam cenſerem, ſed quod non melius profici in quaque doctrina exiſtimo, quam ſi qui in eodem genere elaborant, ſententiam ſuam libere profitentur. Nihil autem minus decet Grammaticum, quam ſua tantum mirari, quae alii afferant, cum ſupercilio faſtidire.

Iam primum hoc norunt omnes, futurum exactum poni, ubi duae actiones comparentur, quarum altera alteram praeceſſerit. Itaque multi in eo ſaepe haeſerunt, quod non raro futurum exactum poſitum reperitur, ubi non actio alteram futuram praegreſſa, ſed eam continuato tractu proſequens commemoratur, *ut ſi potuero.* Brut. 5, 21. *ego vero, ſi potuero, faciam vobis ſatis.* Tuſc. Diſp. I, 43, 103. *verumtamen, Crito, ſi me aſſequi potueris — — ut tibi videbitur, ſepelito.* Leg. II, 18 in. *Plato, ſi modo interpretari potuero, his fere verbis utitur.* Et Erneſtus quidem plerumque *ſi potero* ſcribendum edixit, contra quem pugnat Heuſing. Praef. ad Cic. off. p. LI. ubi quid interſit inter *ſi potero* et *ſi potuero* docere conatur. Aliam viam ingreſſus eſt Goerenz. ad Fin. IV, 6, 14. quam mox explorabimus. Sed mutari illos locos vetant non tam libri manu ſcripti, qui in illa lectione conſentiunt — facile enim librarii a *potero* ad *potuero* aberrare potuerunt — quam aliae conſimiles locutiones, *ſi voluero* Off. III, 19, 76. Leg. III, 13 in. Caeſ. B. C. II, 24 extr. *ſi licuerit* Cic. epp. fam. V, 4, 4. IX, 16. X, 31. Phil. II, 21, 51. *ſi placuerit* Or. II, 48, 198. *ſi quid fuerit loci* Leg. III, 13, 29. epp. fam. X, 28, 9. *ſi opus fuerit* Fin. II, 17, 56. *Plura ſcribam, ſi plus otii* habuero. Haec enim, *poſſe*, *velle*, *licet*, *placet*, *locus eſt*, omnia actionem iuxta alteram continuatam ſuapte natura indicant, neque tamen, qui *volet*, *licebit*, *placebit* corrigere velit, audaciae crimen effugiat. Accedit, quod, ubi oratione obliqua utuntur, plusquamperfecto utuntur, quod futuro exacto in illa orationis forma reſpondere conſtat. Cic. de orat. II, 2, 7. *Quo etiam feci libentius, ut ea cuſtodirem litteris, ſi ullo modo aſſequi complectique potuiſſem.* Cf. ib. 49, 200. III, 35, 140. Caeſ. B. C. I, 68 extr. ib. 19. *proinde, ſi qua facultas fuiſſet, ad ſe cum omnibus copiis veniret.* Mihi in his Romani id ſpectaſſe videntur, quod, etiamſi actiones, quae verbis *poſſe*, *velle* etc. declarantur, continuari neceſſe eſt, dum actio ab

iis profecta perficitur, tamen *poteſtas, voluntas* etc. praecedere etiam debent ipſam rem, nec quisquam unquam rem aggreditur, niſi poteſtas ac voluntas eam et ſuſcipiendi et perficiendi antea affuerit. Ita, ſi ſententiam ſpectes, nihil omnino intereſt inter *ſi potuero, ſi voluero* et *ſi potero, ſi volam,* ſed utram locutionem eligere velit ſcriptor, in ipſius arbitrio poſitum eſt, et omnibus illis locis nihil cauſae eſt, quare non etiam, *ſi potero, ſi volam, ſi licebit, ſi placebit, ſi quid erit loci, ſi poſſem, ſi qua facultas eſſet,* ſcribatur. Hinc alterum futurum cum altero nonnunquam commutatur, ut epp. fam. IX, 16, 2. *quidquid arte fieri* poterit (*non enim iam ſatis eſt conſilio pugnare: artificium quoddam excogitandum eſt*) *ſed tamen quidquid elaborari aut effici* potuerit etc.

Praeterea ſaepe etiam duo futura exacta ita ponuntur, ut alterum ad alterum referatur, ut Or. III, 14, 55 *quarum virtutum expertibus ſi dicendi copiam* tradiderimus, *non eos quidem oratores* effecerimus, *ſed furentibus quaedam arma* dederimus. Or. 69, 231. *quae vitia qui* fugerit, — — *is omnia fere vitia* vitaverit. Partit. or. 3, 10. *quare quum de cauſa* dixero, *de utroque* dixero. pro Ligar. 12, 36. *quam ſalutem quum utrisque his* dederis, *tres fratres optimos et integerrimos reipublicae* condonaveris. Phil. I, extr. *huc ſi quid* acceſſerit, *non tam mihi, quam vobis reique publicae* acceſſerit. epp. fam. X, 13. extr. *qui M. Antonium* oppreſſerit, *is bellum* confecerit, quod iisdem paene verbis repetit ib. 19 extr. *qui Antonium* oppresserit, *is hoc bellum teterrimum periculoſiſſimumque* confecerit, et XI, 12. *is bellum* confecerit, *qui Antonium* oppreſſerit. de Fin. III, 3, 10. *quidquid enim praeter id, quod honeſtum ſit, expetendum eſſe* dixeris *in bonisque* numeraveris, *et honeſtum ipſum, quaſi virtutis lumen,* exſtinxeris *et virtutem penitus* everteris. Cf. ib. V, 16, 45. epp. fam. II, 18, 6. XI, 27, 19. Eadem eſt ratio infinitivi perfecti ap. Cic. Verr. III, 95. in. *Quapropter ſi vos semel in iudicando finem aequitatis et legis* transieritis, *ſcitote vos nullum ceteris in aestimando finem improbitatis et avaritiae* reliquiſſe, i. e. ſi transieritis — reliqueritis. Nonnunquam pro altero futuro ponitur imperativus, ut orat. 70, 232. *Immuta paulum;* perierit *tota res* i. e. ſi immutaveris, perierit. Tuſc. I, 13, 30. *tolle hanc opinionem; luctum* ſuſtuleris. Verr. V, 65, 168. *Tolle hanc ſpem — — iam omnes provincias* praecluſeris. Quo etiam pertinet illud Ovidii, *Da mihi te facilem;* dederis *in carmina vires;* nonnunquam etiam alia locutio, ut ap. Liv. 26, 43. *in una urbe univerſam ceperitis Hiſpaniam,* i. e. ſi hanc unam urbem ceperitis, univ. ceperitis Hiſp. Quibus locis ſi quis futura exacta optandi vim habere cum Goerenzio (in proluſ. edita Zwiccaviae ſ. a. *quaeſtio de vi futuri exacti optativa.* Cf. idem ad Ciceron. de fin. I, 20, 70. IV, 6, 14.) ſtatuat, is primum caveat, ne optativos Graecis inauditos proferat, *ληψοίμην, δέξαιμι, ἐκφεύξαιμι, παρέξαιμι* (p. 5.) tum doceat, quis optativo locus ſit in his Phil. XII, 12, 30. *Haec quoque pericula tanta ſi* effugero, *ſatisne tutum reditum putatis fore? Quum enim et veſtra auctoritate et meo me more* defendero, *et meam fidem reipublicae conſtantiamque* praeſtitero, *tum erunt* etc., quae vix quisquam Graece mediocriter doctus ſic cum Goerenzio vertat: *εἰ ἐκφύγοιμι, εἰ διασωθείην, εἰ παράσχοιμι,* ſed *ἢν ἐκφύγω, ἢν ἀπολογήσωμαι, ἢν παράσχω,* in quibus aoriſtus vim futuri exacti exprimit, vel *εἰ ἐκφεύξομαι, εἰ παρέξω,* ut Ennii illa *ſi te ſecundo lumine hic offendero, Moriere* ex his Euripidis verſa ſunt Med. 356. *εἴ σ' ἡ 'πιοῦσα λαμπὰς ὄψεται θεοῦ -- θανεῖ.* Nec minus idem errat, quum p. 13. haec *Romam quum venero, quae perſpexero, ſcribam ad te, Ut ſementem feceris, ita metes, Morati melius erimus, quum didicerimus, quid natura deſideret* ſi graece verteris, ex huius linguae indole itidem optativo efferenda eſſe dicit. Denique, quum ad plures animi affectiones ſignificandas optativus valeat, declarandum etiam erat, quam ille in iſtis locutionibus vim haberet. Si quis enim modeſtiae alicuius ſignificationem in Livii formula XXVI, 43. ineſſe ſtatuat, videat ne nimis modeſtum et minime imperatorium ſibi fingat imperatorem, qui, quum milites ad aggrediendam urbem excitare velit, dubitare ſe profiteatur, an capturi ſint urbem. Nec qui vere modeſtus eſt, dicere ſolet *ſcitote vos reliquiſſe,* Cic. Verr. III, 95. ſed videte vel vereor, ne relinquatis. At *Graecis ipſis,* ut ait idem ib. *Optativus ſaepe ſic ponitur, ut eius rationem iudicio non niſi acriore adhibito rite aſſequi poſſis.* Quidni igitur acriore iudicio ſuo in his locis explicandis frui voluit? Sed taedet in his refutandis diutius immorari. Unus mihi vim fut. exacti recte perſpexiſſe videtur Grammaticus, non ille quidem e doctiſſimis, ſed qui multa tamen et accurata lectione ſenſum latinitatis ſatis ſubactum haberet, Broeder. Gramm. lat. §. 618. dicens, tum futurum ex. in utroque orationis membro poni, quum dicere velis, actionem aliquam eo-

dem temporis puncto abfolutum iri, quum altera abfoluta fuerit. Eodem modo hunc ufum explicat Krebfius in libro utiliffimo *Anleitung zum Lateinifchfchreiben* §. 272. Cf. Beier. ad Cic. off. III, 6, 30 p. 231 fq. Hoc quidem in omnibus locis, quae vel ipfe attuli, vel ab aliis allata vidi, fieri intelligo, ut futura exacta actiones fignificent, non per aliquod temporis fpatium uno tenore fefe fubfequentes, fed eodem temporis articulo perfectas. Nam et qui virtutis experti copiam dicendi tradit, eo ipfo tempore, quo tradit, non poft aliquod demum tempus, neque fic ut per aliquod tempus utraque actio continuetur, furenti quaedam arma tradit, et Caefar fi falutem dat petentibus, eodem tempore et actione eadem tres fratres reipublicae condonat, et bellum confectum erit oppreffo Antonio. Magis etiam eiusdem actionis τὸ ὁμόχρονον feu temporis congruentia, ut ita dicam, elucet e locis iis, ubi idem verbum bis ponitur, *dixero-dixero; acceſſerit-acceſſerit.* Sic pro Mur. 30, 62. *ſceleratus et nefarius* fueris, *ſi quidquam miſericordia adductus* feceris, futurum exact. in membro antecedenti fignificat, fermonem effe de fingulis actionibus; *nefarius eris* continuum animi habitum indicaret. Ut enim duae res praeteritae triplici ratione inter fe comparantur, *vel* ita ut altera demum finita altera fequatur, in quo genere actio finita plusquamperfecto, fequens perfecto declaratur, *vel* ita ut duae actiones tempore inter fe coniunctae fint, et vel per aliquod tempus fimul continuentur, ubi duo Imperfecta ponuntur, vel in unum idemque temporis momentum concludantur, quod fignificatur perfecto bis pofito *), fic duae res futurae vel ita inter fe referuntur, ut alteram finitam altera poft aliquod tempus vel ftatim fubfequatur, — quod quum fit, futuro exacto refpondet fimplex, — vel ita ut duae actiones altera alteram quafi pari paffu comitentur, quae vis eft duplicis futuri fimplicis, vel ut uno eodemque tempore plene contineantur, et utraque abfoluta cogitetur, ad quam rationem declarandam duplici futuro exacto utuntur. Sic quod

*) ut Cic. ad Attic. 7, 3, 11. *quem quum ornavit Cato*, declaravit *iis ſe ſolis invidere* etc. Nat. d. III, 28, 70. *ſi mens voluntasque divina idcirco* confuluit *hominibus, quod iis largita eſt rationem, iis ſolis* confuluit, *quos bona ratione donavit.* Cf. ib. 30, 74. Catil. 4, §. 13. Cf. Phil. III, 5, 13. Fin. V, 6, 15.



fupra e Cicer. epp. ad Att. 7, 3, 11. attuli, fi Cicero ipfi Catoni fcripfiffet hortandi fortaffe caufa, haud dubie dixiffet *Bibulum quum ornaveris, — declaraveris.* Hinc etiam, quum de re futura loquentes praeter ea, quae in idem, quod prius verbum, tempus incidunt, actionem etiam fua natura continuatam commemorant, inter plura futura exacta futurum fimplex interponunt, ut Cic. epp. famil. X, 14. *quod ſi erit factum* (i. e. fi curaveris, ut ne qua fcintilla teterrimi belli relinquatur) *et remp. divino beneficio* affeceris, *et ipſe aeternam* gloriam confequere. Nam rempublicam beneficio afficiet Plancus eo ipfo quod bellum penitus exftinxerit, gloriam autem poft illud demum, eamque non brevi praetereuntem, fed duraturam et indies fefe corroboraturam confequetur. Cf. epp. fam. XIII, 65. c. n. Ern. Att. III, 19. IV, 1. Contra in epiftola ad Plancum annexa ep. ad Attic. XVI, 16, 5. *Quod ſi feceris, me, quem voluntate et paterna neceſſitudine coniunctum ſemper habuiſti, maximo beneficio devinctum habebis,* ubi fi verbo *habere* abstinere voluiffet, haud dubie dixiffet devinxeris, ut epp. fam. XIII, 29, 15. *Hanc rem ſi effeceris, — — Capitonem ad tuam neceſſitudinem tuo ſummo beneficio* adiunxeris. Cf. ib. XIII, 7, 10. Eadem ratio eft loci Catil. IV, 6 in. *Quamobrem ſive hoc* ftatueritis, dederitis *mihi ad concionem comitem populo carum atque iucundum, ſive Silani ſententiam ſequi* malueritis, *facile me atque vos a crudelitatis vituperatione* defendetis: neque enim defenfio illa, probata Silani fententia, eadem opera finita et perfecta erit, fed faepius etiam ea utendum erit. Nonnunquam prior actio eft continua, altera ftatim cum priore eventum habitura, ut Tufc. II, 26, 63. *tibi ſi recta probanti* placebis, *tum non modo tete* viceris, *ſed omnes et omnia.* Caefar ap. Cic. epp. ad Att. X, 8, (34.) *Namque et amicitiae graviorem iniuriam* feceris, *et tibi minus commode* confulueris, *ſi non fortunae obſecutus* videbere. ubi dicere etiam poterat *facies — conſules*, fed fenfu paulum diverfo: hoc enim fignificaret, eum per totum hoc tempus, quo fortunae obfecutus videretur, iniuriam facturum effe et fibi minus confulturum; *feceris — conſulueris* quum dicit, indicat eum tum ftatim, quum vifus fuerit, iniuriam facturum effe. Cf. Cornel. N. Hann. 2.

Similiter pro altero fut. exacto nonnunquam ponitur perfectum. Cic. Verr. III, 62, 145. *niſi ita manifeſta res erit allata, ut reſponderi nihil poſſit,* vicimus. Liv.

21, 43. *ſi tales animos in proelio habebitis, quales hic oſtenditis*, vicimus; vel poſt imperativum pro fut. exacto, ut Verr. II, 23, 61. *Unum oſtende* (i. e. ſi oſtenderis) in *tabulis aut tuis aut patris tui;* viciſti. Sic Eurip. Med. 78. *ἀπωλόμεσθ' ἄρ', εἰ κακὸν προσοίσομεν νέον παλαιῷ.* Hoc gravius etiam affirmat, quam ſi futura exacta poſita eſſent, *vicerimus, viceris*, ſiquidem ne futuri quidem ſignificatio adeſt, ſed una rei praeteritae.

Supereſt formula, quae difficillimam explicationem habet, *videro, videris* etc. quod ſi tantum de reliquis, praeter primam, perſonis uſurparetur, quis non pro perfecto coniunctivi haberet, etſi neminem fore puto, qui Ciceronem in his Platonis ὁρασοίμην cum Goerenzio prol. cit. p. 9, imitatum eſſe dicat: nam neque in Platone neque in ullo alio ſcriptore graeco ὁρασοίμην vel ὁρασαίμην legitur. Sed Cicero Acad. Qu. II, 24, 76. *Quid inventum ſit, paulo poſt videro.* Ib. 44, 135. *recte ſecusne alias viderimus.* Leg. 1, 21. *Cui tamen ego aſſentiar in omnibus nec ne, mox videro.* Fin. I, 10, 35. *Quae fuerit cauſa, mox videro.* Tuſc. Diſp. V, 7, 20. *Sed videro, quid efficiat; tantisper hoc ipſum magni faciam quod pollicetur.* Contra nonnunquam eſt futurum ſimplex, ut Fin. V, 21. extr. *Quorum omnium quae ſint notitiae, — — mox videbimus.* Epp. fam. III, 9, 8. *Verum haec videbimus.* Cf. ad Att. X, 7. XII, 34. In his formulis futurum exactum pro ſimplici poni, vix adducor ut credam, nec ullum in his optativo locum eſſe video, *ἴδοιμι ἄν*, multo minus *ὀψοίμην ἄν.* Originem locutionis hanc eſſe ſuſpicor: quum *videre*, ubi ad animum transfertur, proprie ſit perpendere, conſiderare, Latini, ſi dicere volunt de hac re deliberabo, quaeram, et quae facienda vel dicenda ſunt, curabo, dicunt *hoc videbo.* At *videro* proprie eſſe videtur, quum rem conſideravero, decernam eam et diiudicabo, ubi omittitur id, quod conſequens eſt *videndi* et conſiderandi actioni. Sed uſus latius manavit, et hanc formulam ad ea transtulit, quae ſeria conſideratione et ſententiae de re latae pronuntiatione vix digna viderentur. Hinc *videro* eſt ſeponentis aliquid, ut loquitur Cortius ad Cic. epp. fam. IV, 12. tanquam quod vix operae pretium ſit diligentius excutere, ſed leviter et celeriter percurrere ſatis ſit. Cf. J. Fr. Gronov. ad Senec. de ira 3, 14, de prov. 3. p. 312. Celeritatis quidem aliquam ſignificationem ineſſe Zumptius etiam Gramm. lat. §. 511. et Stallbaumius ad Ruddimanni



Inſtitut. gramm. lat. II, p. 383. viderunt. Sic Graeci futuro tertio utuntur. Ariſtoph. Plut. 1027. *τί γάρ ποιήσει, φράζε, καὶ πεπράξεται.* Plato Gorg. p. 469. D. *ἐὰν γὰρ ἄρα ἐμοὶ δόξῃ τινὰ τουτωνί τῶν ἀνθρώπων ὧν σὺ ὁρᾷς αὐτίκα μάλα δεῖν τεθνάναι, τεθνήξεται οὗτος ὃν ἂν δόξῃ, κἂν τινὰ δόξῃ μοι τῆς κεφαλῆς αὐτῷ κατεαγέναι δεῖν, κατεαγὼς ἔσται αὐτίκα μάλα* etc.

Similis usus eſt Perfecti Coni. pro Imperativo poſiti pro Mur. 31, 65. *nihil ignoveris, nihil gratiae cauſa feceris, miſericordia commotus ne ſis* ubi de ſingulis actionibus, certo tempore ſuſcipiendis, ſermo eſt; *nihil ignoſcas, nihil gratiae cauſa facias, miſer. ne commoveare*, de eo, quod quoque tempore et ſemper faciendum eſſet, valeret, ut ibidem ſtatim ſequitur *In ſententia permaneto*, non in una aliqua re, ſed per totam vitam.

## INDEX RERVM ET VERBORVM IN NOTIS ILLVSTRATORVM.